This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

SILAS WRIGHT DUNNING
BEQUEST
UNIVERSITY OF MICHIGAN
GENERAL LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DB
264
.H152

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

WENCESLAI HAGEK A LIBOCZAN,

ANNALES BOHEMORUM

E BOHEMICA EDITIONE LATINE REDDITI
ET QUIBUSDAM NOTIS ILLUSTRATI

A

P. VICTORINO A S. CRUCE E SCHOLIS PIIS.

NUNC

PLURIMIS ANIMADVERSIONIBUS HISTORICO-CHRONOLOGICO-CRITICIS, NEC NON DIPLOMATIBUS, RE GENEALOGICA, NUMARIA, VARIIQUE GENERIS ANTIQUIS ÆRI INCISIS MONUMENTIS AUCTI

A

P. GELASIO A S. CATHARINA
EJUSDEM INSTITUTI SACERDOTE,

PARS II.

QUÆ

BOHEMIÆ HISTORIAM

AB ANNO DCXLIV. USQUE AD ANNUM DCCCLII. COMPLECTITUR.

CUM

SACRÆ CÆSAREÆ REGIÆQUE APOSTOLICÆ MAJESTATIS PRIVILEGIO.

PRAGÆ,
TYPIS JOANNIS JOSEPHI CLAUSER, REGII TYPOGR.
ANNO MDCCLXIII.

Digitized by Google

Plerique errare malunt, eamque ſententiam, quam adamaverunt, pugnaciſſime defendere, quam ſine pertinacia, quid conſtantiſſime dicatur, exquirere. *Cicero Academicarum Quæſtionum l. 4. n. 3.*

Qui ſcribit hiſtoriam, univerſis placere non poteſt. Itaque ſicut contemtoribus antiquitatum nimius, ita curioſis parcus; ſicut facile credulis nimium ſcrupuloſus, ita Catonibus non ſatis rigidus, accuratusque cenſebitur. *Maurolicus Abbas Rerum Sicanicarum l. 6.*

Digitized by Google

Dunning
Bale
6-18-40
40835

CELSISSIMO
DOMINO DOMINO
HENRICO
SACRI ROMANI IMPERII
ET IN
FONDI
PRINCIPI
COMITI
DE MANNSFELD,
NOBILI DOMINO
IN HELDRUNGEN SEEBURG ET SCHRAPLAU.
DOMINO
DYNASTIARUM BOEMICARUM DOBRZIZ, HEILIGENFELD,
STIEZOW, SUCHODOL, NEUHAUS, ARNSTEIN
ET NUSSEL.
MANNSFELDICÆ STIRPIS
RESTAURATORI.
HUMANITATIS, ADFABILITATIS, MUNIFICENTIÆQUE
PROTOTYPO.
OMNIBUS NATURÆ DONIS
INCLYTO.
MOECENATI
REVERENTISSIME COLENDO
VITAM ET FELICITATEM.

Digitized by Google

Pridem publicum quoddam monumentum ſummæ erga CELSITUDINEM TUAM *obſervantiæ, officii, cultusque expopoſcit a me tum magnitudo benevolentiæ, tum multitudo beneficiorum, quibus me voluntas* TUA *ad omnem gratiam munificentiamque non tam efformata quam nata ornavit ac cumulavit. Quintus is annus eſt* CELSISSIME PRINCEPS, *quod me in ædes* TUAS *recipere, Illuſtriſſimoque filio* TUO, *tum adhuc tenello, ſummæ ſpei atque ad omnia maxima nato Juveni,* TUUM, *inquam, ſimulacrum animo vultuque referenti formatorem tradere placuit; ab eo tempore quanta* TUA *in me exſtiterint patrocinia, gratiæ, liberalitasque, quæ memoriæ, quæ vis ingenii mei, quæ magnitudo obſervantiæ ea ſatis complectatur? Nempe quæ omnibus* CELSISSIMIS MAJORIBUS TUIS *familiaris ac domeſtica virtus, facilitas, comitas, benignitas, liberalitasque fuiſſe prædicatur, eam ſic ingenii induſtriæque vis in* TE *excacuit, ut & omni ſtudio contendat, & ſummo lucro reponat: univerſis humа-*

Digitized by Google

manitatem benevolentiamque impendere, quam plurimos beneficiis afficere, quorum liberis posterisque prodatur memoriæ ut his ingratis esse non liceat. Enim vero habitura est patria nostra non unum hujusce generis monimentum, quod TUI *memoriam sibi sempiternum gratissimam faciat. Habitura* CELSISSIMA POSTERITAS TUA *sumtuosissime structa* TUA *voluptuaria tum Dobrzizii tum Nussii palatia, intus omnis apparatus genere regia quadam magnificentia instructa, foris exquisitissimis nullisque in Bohemia secundis tempe adornata, quæ se se perpetuo admoneant, quantum* NOMINIS TUI *immortalitati debeat, qui velut alter Mictpsa, nominatissimus ille Numidiæ Rex, steriles agros, minus obsequentem terram, dura & aspera saxa, maximis substructionum molibus oppressos colles in auriferos Hesperidum hortos convertisti, & pendentibus ruinis horrida castrorum rudera velut in totidem sumtuosa Dianæ templa transformasti. Quo in molimine eadem* TE *manet gloria, quæ* PETRUM ERNESTUM PROPATRUUM TUUM, *cujus immor-*

Digitized by Google

tale horti palatiique opus ad Luzemburgum conditum (a) *elogiis celebrant historiæ Belgicæ, adeo ut Hispaniarum Rex Philippus II. Gubernatrixque Belgii Isabella gavisi sint se se tantorum decorum heredes fieri, nec dubitaverit Philippus pleraque admirationis ergo transferri in Hispaniam, eaque sedulo posteritatis memoriæ inter thesauri sui cymelia servari. Habitura eadem magnanimitatem, humanitatem, moderationem in negotiis omnibus, experientiam, mansuetudinem, prudentiam, religionem, familiæ decorum proferendorum ardorem pro exemplis, in quæ tanquam in speculum inspiciat, ad quorum normam vitæ suæ rationem instituat, e quibus cognoscat, quantum Deo, Regi & Patriæ debeat, si ad laudum* TUARUM *æmulationem velit proxime accedere. Agnitura illa* TE *stirpis Mannsfeldicæ restauratorem, qui omnem spem familiæ in* TE UNO *repositam duplici sobole mascula summis ingenii, virtutis corporisque dotibus vigente locupletasti. Habituri Illustrissimæ spei surculi* TUI *sollicitudine ac munificentia* TUA *ad religionem, disciplinas,*

(a) *Franken hist. Mannsfeld. P. 2. c. 17.* *om-*

Digitized by Google

omnemque vitæ humanæ felicitatem probiſſime inſtituti, qui TE *non modo genitorem, ſed morum quoque efformatorem, fortunarumque ſuarum architectum veneratione nunquam emoritura colant. Habituri denique hiſtorici, qui Chronica Mannsfeldica* TUIS *egregie factis illuſtrent, immortalemque illum ſplendorem vetuſtiſſimæ* PROSAPIÆ TUÆ *nova acceſſione augeant. Vetuſtiſſimæ, inquam,* PROSAPIÆ TUÆ, *quæ merito hodie cum omni Germana nobilitate de antiquitatis prærogativa certare poteſt, cujus ſcilicet plures certasque memorias jam inde a reſuſcitato Occidentali Imperio in hiſtoriis eſt legere,* (b) *quam jam ſæculo ordiente XII. digniſſimam judicavere Ordines Imperii, ut eam ad Imperiale faſtigium in Lothario evocarent;* (c) *quæ tot heroibus fortiſſimisque belliducibus inclaruit, ut velut Trojanus ille equus non alios quam fortes invictosque Menelaos & Ulyſſes profuderit. Sed nec animus eſt, nec paginarum iſtarum*

(b) *Conſer.* Spangenberg Mannsfeldiſche *Chronica P. I.* Franken Hiſtorie der Grafſchaft Mannsfeld *P. I. c.* 1. *Zeidler in arbore Genealogica Mannsfeldiorum, Henningeſium in Geneal. Mannsfeld.* (c) *Mauſolæum ex ære fuſum Petri Erneſti de Mannsfeld Luxemburgi.*

Digitized by Google

rum anguſtiæ ſuſtinent omnia MAJORUM TUORUM *decora complecti, quæ alii integris voluminibus perſecuti ſunt, id compendio dixiſſe ſufficiat: alios toga, alios ſago immortale feciſſe in Germania* MANNSFELDICUM *nomen, alios religione in Deum ſanctitateque ſumme conſpicuos ad Eccleſiæ decus ac incrementum plurimum contuliſſe.*

Porro quanquam CELSISSIMA PROGENIES TUA *natalitia ſua minime debeat Bohemiæ, tamen multis nominibus jam inde a vetuſtiſſimis temporibus luculentiſſima in Annalibus noſtris loca invenit: Certe Divæ Ludmillæ Proto-Martyris & primæ omnium Chriſtianæ Ducis ſanguinem in eam transfuſum, jam ſuperiore ſæculo docuit, Genealogicisque tabellis ſuis expreſſit eruditiſſimus patrius ſcriptor Balbinus.* (d) *Habuit jam ſæculo X. Bohemia, ipſumque Pragenſe S. Viti caſtrum intra muros ſuos inſigne illud familiæ* TUÆ *decus* ELISABETHAM DE QUER-

(d) *Balbinus Dec. II. l. 2. p. 3. Tab. VII.*

Digitized by Google

QUERFURT, (e) *quæ morum integritate, prudentia, ceterisque virtutibus tantum excelluit, ut in Parthenone Divi Georgii Antiſtes & Princeps II. mereretur deſignari, quam dignitatem eidem vatidico ſpiritu a S. Wolfgango prædictam teſtatur & Vita illius & Faſti noſtri Eccleſiaſtici.* (f) *Habet Boemia quod ſempiterna grati animi ſignificatione proſequatur ejusdem* ELISABETHÆ *fratrem* S. BRUNONEM *Martyrem, qui S. Adalberti Pragenſis Epiſcopi coætaneus, condiſcipulus, familiaris & Martyrii æmulus primus ejusdem Vitam ſcripſit,* (g) *illam videlicet, quam hactenus perperam alii Silveſtro Papæ, alii Coſmæ adjudicarunt, ut merito id* PROSAPIÆ TUÆ *debeat patria, quæ ex illa vetuſtiſſimum interque primos rerum ſuarum Scriptorem accepit. In arctiorem dein Bohemiæ nexum, accepta Budiſſinenſi provincia, pervenit ſæculo XII. ordiente* HOGERUS DE MANNSFELD, (h) *ſummus ille hujuſce*

b *æta-*

(e) *Reiſner. in Oper. Gen. Auctuar. p.* 45. *Hammerſchmid. hiſt. S. Georg.* §. 30. *p.* 89. (f) *Lectiones Breviarii Pragenſis lect.* 6. (g) *Chronicon Magdeburgicum apud Meibomium rer. Germ. T. II. p.* 275. (h) *Vita Viperti Groicenſis c.* 10. & 11.

Digitized by Google

ætatis Archistrategus, atque a tot prœliis secundo Marte gestis clarissimus. Sed invida fata vinculum hoc procul dubio temporum cursu magis magisque firmandum brevi abrupere, dum tertio post anno hosti intrepide congredientem abstulerunt. Post sæcula tria merita sua in Boemam gentem palam fecere VOLRADUS & GEUEHARDUS, (i) *dum contra Hussiticam pestem arma sociarunt Sigismundo Cæsari Regique nostro, inque ea reprimenda nullum non moverunt lapidem. Non multo post commendanda cumprimis* GUNTHERI *solicitudo, qui ad supprimendam in ortu illam dissidii flammam, quæ Ladislaum inter Bohemiæ Regem Fridericumque Ducem Saxoniæ suscensa fuit, omnia consilia pacis prudens circumspexit;* (k) *ipse enim anno* 1454. *concordiæ pactis Pragæ interesse gestiit, ac demum in sumtuosissimis illis Equestribus ludis in foro Vetero-Urbensi celebratis glorioſus ex equo decertavit. Non minus testatam fecit*

JO-

(i) *Paulus Langius in Chron. Citizensi ad An.* 1422. (k) *Kumermeisteri Annales Erfurtenses German. ad h. a.*

Digitized by Google

JOANNES GEORGIUS *Ferdinando I. Regi Bohemiæ propensionem suam,* (l) *qui exortis in illis cum Duce Saxoniæ dissensionibus eidem sedulam fidelemque navavit operam. Sed palmam omnibus præripuere immortalia* PETRI ERNESTI *facinora, ob quæ eum Rudolphus II. Imperator Rexque Bohemorum Principis Imperii titulo nobilitandum dignissimum duxit.* (m) *Postea non incognita fuit patriæ nostræ virtus* ERNESTI, *qui prioris sæculi initio Plsnam urbem nunquam antea expugnatam, olimque omnes Ziscæ, Hussitarum, Orphanorumque minas ac insultus elato supercilio despicantem duorum mensium obsidione cepit.* (n) *At quo magis irritato is erat in Ferdinandum II. animo, tanto ampliora* BRUNONIS *ac* FRANCISCI *erga eundem Cæsarem Regemque studia, quæ præmium & aureum vellus, & supremam Aulæ Augustæ præfecturam, & Regni Bohemiæ incolatum tulere.* (o) *Ab his summis familiæ* TUÆ *statoribus*

(l) *Acta vernacula Ferdinandi I. Mss.*
(m) *Franken hist. Mannsfeld. P. II. c. 17.*
(n) *Stransky Reipubl. Bojemæ c. 2. §. 11.*
(o) *Franken hist. Mannsfeld. P. II. c. 15.*

Digitized by Google

glorioſæ memoriæ PATER TUUS TUque IPSE *fidem erga Reges Bohemiæ nullo fato infringendam, pietatem amoremque erga patriam hereditate traxit, ut vel poſtpoſito natali* PROSAPIÆ *ſolo iſthic jam non modo vitam agere, ſed & ſpiritum, oſſaque deponere allubeſcat.*

Vides igitur CELSISSIME PRINCEPS, *quanta ſint ea, quæ* NOMINI TUO *debeam, quam præclara etiam a ſumma antiquitate* GLORIOSISSIMÆ GENTIS TUÆ *in patriam noſtram merita: an piaculi loco non deputem, ſi alteri, quam* TIBI *hæc hiſtoriæ Czechicæ incunabula inſcribam? Et quanquam hoc obſervantiæ meæ qualecunque teſtimonium minime exæquet magnitudinem benevolentiæ ac beneficiorum* TUORUM, *noveris tamen pro marmoreis coloſſis grati animi vicem teſtaturis erigi intra cordis mei intima* NOMINI TUO *monumenta, quæ*

Nec Jovis ira, nec ignis,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.

quæ

Digitized by Google

quæ beneficiorum memoriam, & pietatem in recolenda gratia eousque conservatura sunt,

Dum cruor in venis frigentes deseret artus.

Deus Optimus Maximus TE *Patriæ Nobilitatisque Bohemæ splendori, Glorioſiſſimæ Familiæ* TUÆ *decori, Celſiſſimæ Conjugis* TUÆ *Principisque meæ Gratioſiſſimæ ſolatiis, dulciſſimorum Liberorum* TUORUM *commodis, mihi patrocinio diu ſervet incolumem, quod eum, dum vivam, efflagitare nunquam deſinam.*

CELSITUDINIS TUÆ

Capellanorum infimus

GELASIUS DOBNER,
A S. CATHARINA SCHOLARUM PIARUM.

Digitized by Google

CENSURA.

Non minori animi voluptate legi partem II. animadverſionum in Annales Hayecii a R. P. Gelaſio Scholarum Piarum adornatarum, quam priorem; reperi nempe illam æmula plane induſtria, ſtili elegantia, multaque eruditione refertam, ut jam iſthinc haurire fas ſit, quæ vera ſub ſua initia fuerit Bohemiæ imago, quæ ſincerior gentis noſtræ temporibus illis a nobis remotiſſimis hiſtoria, Chronologia, Choro-atque Topographia. Quam itaque prelo perdignam cenſeo. Dabam Pragæ e muſæo meo die XXIII. Februarii Anno MDCCLXIII.

IMPRIMATUR.

JOAN. ANDR. KAYSER,
Suffrag. Prag.

FRANCISCUS CAROLUS L. B. KRESEL DE GWALTENBERG,
Cenſuræ Præſes.

JEREMIAS A MATRE DOLOROSA

Clericorum Regularium pauperum Matris Dei Scholarum Piarum per Bohemiam præpoſitus Provincialis.

Cum partem II. Annalium Hayecianorum per P. Victorinum a Cruce Ordinis noſtri Sacerdotem alias latine redditorum, & notis quibusdam illuſtratorum; nunc vero per P. Gelaſium a S. Catharina ejusdem Inſtituti Profeſſum plurimis animadverſionibus auctorum, duo ex noſtris, quibus commiſſum fuit, recognoverint, & approbaverint; nos poteſtate ad id nobis facta ab A. R. Patre noſtro Joſepho Maria a S. Joanne Baptiſta Præpoſito Generali, ut typis mandetur, ſi iis, ad quos ſpectat, ita videbitur, facultatem in Domino concedimus. Datum Nicolsburgi in ædibus noſtris Kalendis Februarii Anno MDCCLXIII.

L. S.

JEREMIAS A MATRE DOLOROSA,
S. P. Præpoſit. Provincial.

OSVALDUS A S. BRUNONE,
Secretarius Provincial. de mandato mpp.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Sisto benevole lector obtutibus judicioque Tuo secundam partem Annalium Hayecianorum; si materiem spectes, non absimilem prioris, spinosam videlicet, caliginosam ethnicæ superstionis tenebris horridam, plurimis imperitæ vetustatis fabellis respersam, & in qua nonnisi aliquos radios veritatis tanquam e nubilo promicantes deprehendas. Neque vero fatum istud Annalium nostrorum in admirationem Te rapiat. Jacent historiæ, obmutescit rerum gestarum temporumque cognitio, ubi barbaries regnat, ubi literarum cultus exulat. Non pervenit ad majores nostros characterum usus, nisi sub invecta Christiana sacra; quis igitur in hac sæculorum inscientia scribas, quis chronica, aut historias certas quærat? Francis, Græcis, Romanisque solis debemus memorias, quasquas de origine gentis nostræ, de gestis primorum Ducum Bohemiæ certas testatasque habemus. Perscripsit paucula quædam Cosmas historicorum nostrorum Alpha; sed vel ipse jam duobus, & quod excurrit sæculis posterior his ethnicis temporibus. Tum ut is percandidæ germanæque mentis scriptor est, omni loco monet sibi omnia ea, quæ ante Borzivogum baptismi aquis ablutum profert, non carioris venum ire, quam traditionum nomine. Sæpe ipse de fide narratorum suorum dubitat; crebro præmonet lectorem, nec se pri-

Digitized by Google

priorem ſcribam, nec Chronica reperiſſe, unde haurire licuiſſet. Criminatur omni prope pagina barbariem illius ævi, & quæ ex ſenum relatione ſcribit, non vanus auguratur riſu excipienda a lectoribus.

Non itaque firmiori baſi molem hiſtoriæ Bohemicæ inſternere licuit, quam ſi memorias gentis noſtræ a Francis, Græcis, Latinisque Scriptoribus repeteremus, atque ex eorum fide Annales noſtros exigeremus. Verum cum hi paſſim jejuni ſint ſæculo maxime ſeptimo atque octavo, ſat tuto nos tramite inceſſuros putavimus, ſi Coſmæ ſimul inſiſteremus veſtigiis, eique tanquam principi hiſtoriæ noſtræ ſuam fidem atque auctoritatem ſervaremus integram. Nam ubi hiſtoria defit, etiam traditio ſuo carere non ſolet pretio. Nemo autem ignorat traditionum eam paſſim eſſe naturam, ut cum per infinitorum prope hominum ora, perque plura ſæcula volant, plerumque corrumpantur, aliis alia addentibus, aliis alia dementibus, ac non raro mutantibus. Confunduntur res & nomina, temporum ratio penitus deperditur. Quare in id præcipuam contulimus operam, ut Coſmæ traditiones, nec enim alio nomine appellare licet, dilucidaremus; ut oſtenderemus, ad quæ ſæcula pertineant, quibus rebus congruant, & quam ob rem locum in faſtis noſtris mereantur. Atque cum de fabulis ipſis Poeta canat: *Et ſpeciem veri fabula omnis habet*, in id etiam maximo opere conniſi ſumus, ut enodaremus, unde illa, quæ lectori fabuloſa videri poſſint, principium ac originem ſumſerint, aut quo ſenſu ſint accipienda.

At

Digitized by Google

At quoniam ex imperiti vulgi figmentis non raro traditiones, ex traditionibus hiſtoriæ naſcuntur; quæpiam autem tam inſulſæ ſunt, ut fidem humanam ſuperent, hiſtoriis illorum temporum repugnent, nec Chronologiæ, nec Chronographiæ, nec ævi illius moribus reſpondeant; idcirco nemo mihi prudens vitio dabit, ſi eas, quanquam ætate roboratas, impugnem, refellam, evertamque. Nam juxta criticæ præcepta: *Traditio cedit rationi, hiſtoriæ, ac veritati.* Quanquam is præcipuus noſtrorum quorumque error ſit, quod omnia, quæ Hayecius in ſuis Annalibus profert, ſin minus pro vetuſtis hiſtoriis, certe pro antiquiſſimis, venerandisque traditionibus recipiant; cum per multa tamen ſint, quæ ne traditionum quidem nomen mereantur: ſcilicet quæ ante duo triave ſæcula penitus ignorata, quæ a poſterioribus non modo Coſma, ſed & Merignola, Pulkava & Ænea Silvio Scriptoribus ingenioſe magis quam vere excogitata. Nam quæpiam nimia credulitate, conjectura, ac opinione civitatem obtinuere in faſtis noſtris; quæpiam pruritus quidam Coſmæ loca dilucidandi effinxit, quæpiam oſtentatio res novas, ceterisque hiſtoricis incognitas proferendi peperit, quæpiam vana damnoſaque ſollicitudo ſterilitatem Coſmæ ſarciendi invenit. Næ ædepol! Scriptores hi rem magnam præſtitiſſent, ſummamque a poſteris iniiſſent gratiam, ſi hos Coſmæ ingentes hiatus Græcorum, Francorum, Latinorumque hiſtoricorum teſtimoniis (qui non raro gentis noſtræ memorias ſuis monumentis inſperſere) expleviſſent, ſi vel fontes coævosque noſtros inſpexiſſent, conſuluiſſentque. At illa fuit ſæculorum

Digitized by Google

rum ſcribendi licentia, ut nec Chronologia, nec ſynchronorum authorum fide in concilium vocata, fiducia quadam paſſim obtruderent, quidquid eis libido, aut certe conjectura aliqua inſpiraſſet, *tanquam*, ut Leibnitius ait, (a) *ad fidem faciendam authoritas ſcribentis ſufficeret.* Magno huic ſcribendi libertati præſidio tum fuit, quod nemo ullus inquireret, nemo diſcuteret, nemo vocaret in dubium; *cum enim*, ut Meichelbekius erudite inquit, (b) *criticæ rei notitia, ſine qua nihil ſolidi in hiſtoria producitur, ſerius in partes noſtras penetraverit, inde factum, ut multa quidem ſplendide, pauca tamen ea, qua par erat, accuratione ſcriberentur.* Quæ nihilominus temporum curſu ſic authoritate, ſic viribus crevere, tantumque confirmata ſunt, ut rerum vetuſtiſſimarum fidem exæquarent, ut pro veris indubitatisque omnium pene calculo reciperentur; imo jam non deſint hodie, quibus bilem in nares cieas, ſi iis adverſum aliquid ſcribere, illorum fidem elevare, aut plane evertere conſtituas.

Verum ut ut quipiam ſunt, fueruntque, qui obſtinatum tenuere conſilium: ſuperioris ætatis Scriptorum narrationibus tanquam oraculis inſiſtendum eſſe, vel limis tamen oculis jam ſæculo ſuperiore intueri debuere, quæque hiſtoriæ noſtræ capita cumprimis a Goldaſto infirmari, enervari, convellique. Nam cum lux illa criticæ, quæ prius Italiam, Gallias, Germaniamque pervaſerat, etiam in climata patriæ noſtræ ſe inſinuaret, non potuere viri quique eruditione clariſſimi cohibere calamum, ut ne eum in ſubleſta

(a) *Leibnitius introduct. in collectionem Scriptorum Brunſuicenſium T. I.* (b) *Meichelbekius in præfat. Chronici Benedicto Burani.*

Digitized by Google

leſta quæque Annalium noſtrorum loca ſtringerent, prolatis quibusque veteribus documentis, alia amputarent, alia emendarent, ſanarentque, in id unum aciem mentis intenderent, ut ſcoriam ab auro, putamen a nucleo, falſum inquam ſuſpectumque a vero ſecernerent. E noſtris facem hac in re præluxit a monumentorum ſuorum numero, eruditioneque toto pene notiſſimus orbe Balbinus e S. J. alterque ei ſynchronus Peſſina, hos ſecuti plures alii hujus ſæculi Scriptores nemini incogniti. Sed ut hiſtoria Boemiæ propter geſtorum ſuorum amplitudinem non abſimilis eſt vaſto ac pene immenſo æquori, ita his omnia enavigare, omnes fluctus ſuperare, omnia penitius explorare, ſingulorumque certam cognitionem reddere nec ætas, nec induſtria intentiſſima ſufficere potuit. Tum ſæpe, neſcio, quis tamen metus, aut amor reverentiaque antiquitatis captivos tenuit, ut non omni jure ac libertate in ſcribendo uterentur. Quare plurima maluere dubitantes præterire, imo nonnunquam videri erraſſe, quam obfirmatis ſuperioris ætatis opinionibus derogare. Alios fortaſſis Manuſcriptorum, aliorumque idoneorum librorum preſſit inopia, ut meliora certioraque, quam quæ poſterioris ætatis excepit penna, non haberent.

At vero poſteaquam hoc cumprimis ſæculo omni loco publicantur archiva & tabularia, vetuſta undique monumenta expedita carcere & vinculis emittuntur in publicum, tot Annalium noſtrorum nævi peccataque in aprico ſunt poſita, ut jam vel nictitantium oculorum aciem, cenſuramque non effugiant. Atque cum ſæculi iſtius in hiſtoriis ſcriben-

Digitized by Google

dis fit hodie ingenium, ut narrata accurate ad veterum coævorumque fidem exigantur, repetantur ab hiſtorico probationes, contemnatur, quidquid ſine vetuſtioris authoritate profertur; ſeverior, & noſtris adhuc minus uſitata ſcribendi ratio ineunda erat. Unde procul dubio profluxit, quod paſſim ſuperioris ætatis Scriptoribus bellum fuerit movendum. Sed nemini vim infero, nemini obtrecto, neminem calumnior, cuique ſuum pretium, ſuam exiſtimationem integram infractamque cupio. Lapſus non raro purgo excuſoque, quin unumquemque noſtrorum vel hoc ipſo nomine optime de patria meritum cenſeo, quod ad elucidandam hiſtoriam gentis noſtræ operam ſuam contulerit. Niſi fortaſſis id quiſpiam criminationum piaculique loco deputet, cum eos erraſſe aut fabulam adſtruxiſſe dixi. Verum quisquis tam maligno eſt animo, legat ad calcem usque partum meum, & non uno loco inveniet hos ipſos, cum res poſtulabat, a me laudatos, eorumque dictis plenam fidem tributam. Veritas igitur ſola, quæ hiſtoriæ eſt anima, & Chronologiæ ratio (*nam adime ſæculo computum, & omnia cæca ignorantia complectuntur*, inquit Rhabanus) (c) nos diſſidentes facit, quare temto omni acerbiori aculeo ſine pertinacia mea tueor, aliena cum modeſtia refello.

Nec habent, quod tumultuentur aliqui: me novam hiſtoriam patriæ architectari, me fidem omnium veterum evertere, omnia in dubium vocare, receptasque tot ſæculis theſes enervare. Quin ea mea præcipua ſemper fuit, eritque cura, ut hiſtorias noſtras ad vetuſtiſſimorum, ipſorumque

(c) *Rhabanus Abbas Fuld. libro 1. de Computo apud Baluz. l. 1. p. 6.*

Digitized by Google

que fontium relata exigam, ut veterum probatorumque authorum fidem tuear, confirmem, minime evertam; ut, quod officium præcipuum hiſtorici eſt, verum a falſo diſcernam, ut oſtendam, quibus authoritatibus, quamque certis ea nitantur, quæ in Annalibus noſtris legimus. Quare nuſpiam defui, ut collatis prope omnibus domeſticis hiſtoricis indigitarem pene omni loco, quis noſtrorum primus fuerit, qui hæc aut illa narratis Coſmæ adjecerit, quis primus ab ejus opinionibus receſſerit, & quantum opinio hæc per ſæcula eundo creverit; quis fontibus proxime veritatique acceſſerit, quis longiſſime ab iis deflexerit. Quæ itaque ſi vel fidei humanæ, vel Chronologiæ, vel geſtis moribusque illorum temporum, vel coævis paulumque poſterioribus monumentis adverſari comperi, quis non ſentiat muneris fuiſſe mei, ut lectorem admonerem, doceremque, ne pari ſe errore abripi permitteret. Qua in re ne modum tranſirem propoſitas coram oculis perpetuo habui leges pridem a graviſſimis Viris Baronio, Pagio, Bollando, Mabillonio, Baluzio, aliisque obſervatas, atque ex eorum ſcriptis collectas: I. *Traditio cedit rationi, hiſtoriæ, ac veritati.* II. *In dubiis atque incertis veroſimillimum eſt ſequendum.* III. *In coævorum contradictionibus præfertur author, qui vicinior loco, perſonæ, aut rei geſtæ, & cujus apud poſteritatem fama integrior.* IV. *Suſpectum eſt de fide, quidquid in profanis fidem humanam ſuperat.* V. *Hiſtoria rectiſſime ex authenticis diplomatibus monumentisque publicis corrigitur.* VI. *Chronologiæ ante omnia, ejusque præcipua habenda ratio.* VII. *Unius coævi aut paulo poſterioris hiſtorici teſtimonium plus habet roboris, quam centuria recentiorum.* VIII. *Contemnitur, quid*

Digitized by Google

quid a recentiore ſine vetuſtioris auctoritate profertur. (d) Quibus rigidiſſimis criticæ præpoſitis præceptis, nemo jam mirabitur me vel tacente tot hiſtoriæ noſtræ capita nutare ac vacillare, imo non pauca Annalium noſtrorum firmamenta penitus concidere.

Verum enim vero non ſine ſtomacho ogganniunt noſtrorum aliqui: *Atqui authores quique noſtri tot jam ſæculis recepti probatique* (ut verbis illorum utar) *narrata ſua non ſuxere ex digitis.* Iſtud illis firmamentum invincibile, argumentumque Achilleum eſt; at quod mihi vel plumbeo jugulare gladio liceat. Damnoſiſſimum, inquam, nec unquam in erudita republica literaria auditum iſtuc eſt principium, quod fraudibus impoſturisque non feneſtram, ſed ambas oſtii valvas aperit. Metire vero, ſi libet, hujus principii pede omnia in hiſtoriis, & viſurus es illico monſtra illa omnia pridem a viris ſapientiſſimis ex hiſtoria Eccleſiaſtica profligata, rurſum caput erigere, locumque priorem ac authoritatem quærere. Nolent amplius apocryphorum, ſuppoſitorum, adulterinorumque nomen ſuſtinere tot libri, epiſtolæ, bullæ, diplomata, hiſtoriæ pridem a viris eruditis confixa explosaque, atque ut omnium inſtar exemplum ſit; omnes illi numero prope infiniti libri apocryphi, ſcriptaque pridem a Gelaſio Papa ſeptuagintaque Epiſcopis in Concilio Romano confixa, quæque in Corpore Juris Canonici de nomine referuntur (e) civitatem in Eccleſia obtinebunt; rurſum tot ſæculis confirmata, & non ita pridem ad inferos relegata ſtygia illa larva JOHANNA PAPISSA priſtinam inter Romanos Pon-

(d) *Stephan. Baluz. in Notis ad Lactantium.* (e) *Decreti I. Parte diſtinct. XV. c.* 3.

Digitized by Google

Pontifices ſedem ſibi vindicabit. Perdidit igitur operam Baronius, perdidit Pagius, Leo Alatius, Sirmondus, Mabillonius, perdidere Bollandiani innumerique alii graviſſimi viri, qui tum in Annalibus Eccleſiaſticis, tum in vitis Sanctorum, tum hiſtoria profana, tot fraudes, impoſturas, ſomnia, imperitæ plebis credulitates detexerunt, tot roborata ſæculis narrata expunxerunt, quot enarrandis ne vaſtiſſimus quidem codex mihi ſufficiat. Certe non defuit ſæculum, ut probat ſcientiſſimus Abbas Gotvicenſis, (f) quod non habuiſſet ſuos in hiſtoria impoſtores, qui ſeu oſtentationis, ſeu adulationis, ſeu lucri gratia monumenta corrupiſſent, ſua figmenta inſperſiſſent, orbique univerſo impoſuiſſent. Et ut ait Leibnitius: *Fiducia in remotis temporibus locisque ex rumore, aut infido teſte, aut affectu intolerandos errores peperit, qui paulatim animadverſi ſunt, poſtquam Scriptores antiquiores typographiæ beneficio in omnium manibus eſſe cœpere.* (g) Fuere igitur omni tempore Scriptores, qui ſua *e digitis fuxere;* nec hæc infelicitas maculaque illibatam reliquit hiſtoriam noſtram: unde enim fabulatorem illum Gundelingum jam mille quingentis ante Chriſtum natum annis *Barones* in Boemia ſumſiſſe, unde bella illa gentis noſtræ cum Alexandro Magno literasque ad eam datas profectas, dicamus, unde Przemyslum noſtrum aliter Odoacrum dictum jam ſæculo V. Romam expugnaſſe hauſere Scriptores ſuperioris ſæculi, unde paradoxa tot Schleinicii a Balbino confixa, ſuum habere ſtatuamus principium, niſi ſucta e digitis aut po-

(f) *Chron. Gotvicenſe præfat. & l. 1.* (g) *Leibnit. Introduct. in collect. Scriptor. Brunſvic. T. I.*

Digitized by Google

potius otioso parta cerebro fateamur? Cœca itaque credulitate fidem, per me licet, non modo adhibeamus, sed propugnemus etiam argumentisque tueamur; volasse aliquando boves & equos in Boemia, eos hominum ritu sermones miscuisse, montes fauces suas aperuisse ad accipiendos boves & homines, rursumque clausisse, ut plura alia taceam. Nanciscetur fortassis hæc ridicula superstitio quospiam, qui applaudant patriæ traditiones venerandas merito conservari, defendique; at quid universa eruditorum dictura cohors, eane chartas nostras digniores non judicabit institorum officinis, quam musæis bibliothecisque? easne non potius ad piper & zinziber condemnabit, quam lectu dignas censeat? quid vero facturum putas exterorum ingenium in res alienas carpendi lacerandique pronum? alioquin historia nostra non semel vapulavit ab alienigenis, nec pauca Annalium nostrorum capita in ora calamosque illorum abiere pro ludibrio ac deridiculo. Insanus profecto sim, qui me novum scopum tot cavillis exponam tuendo res rationi, Chronologiæ, historiis illorum temporum, morumque repugnantes. Ostendendum hic itaque non nos tam crassa Minerva natos, qui ignoremus quantum distent æra lupinis, qui ridicula credulitate omnia tanquam sacra sanctaque recipiamus, quæque rudis ac indocta garrivit vetustas; quin ferat & luat illa, si quid peccatum est; nos cum sapientissima hac ætate non videamur soli desipuisse. Quare, meo quidem judicio, superiores quique Scriptores nostri non potuere utiliorem locare operam, aut patriæ majora præstare emolumenta, quam cum omni rigore

in

Digitized by Google

in hiſtoriæ veritatem inquiſivere, cum de plurimarum rerum fide dubitare cœperunt, cum ſubleſta, ſuſpecta, aut plane falſa tanquam ſilveſtres ſterilesque frutices hiſtoricis noſtris pomariis ejecerunt, cum ad fontium puritatem annales noſtros correxerunt.

Sed ut hominum quandoque ſunt ingenia, quæ obfirmata in ſuis ſententiis nec ratione nec quovis argumentorum pondere moventur, his ut vel aliquo modo ſatisfeciſſe videamur, in publicanda hac II. Parte Annalium Hayecianorum aliam partitionem ſecuti ſumus a priori opere: diſpeſcuimus enim, & penitus ſejunximus verba Hayecii ab animadverſionibus noſtris; ut illi, quibus Hayecius præplacet, integrum incorruptumque habeant majoribus characterum formis excuſum; qui, per me licet, mea prætereant, temnantque, atque hunc ſolum, quem pridem latine redditum cupivere, legant. Cognoſcent autem alii, me operam penitus non perdidiſſe, qui tot res hactenus noſtris incognitas tum ex Mſſtis quibusque legitimis, tum præcipue ex exteris in hac ævi obſcuritate, gentisque noſtræ incunabulis profero. Agnoſcent porro me non imparatum ad molimen hoc acceſſiſſe, qui (abſit jactantia) non ſolum domeſticos omnes, ſed & exteros, quotquot acquirere licuit, ſolerter excuſſi. Nec tamen diffiteor plurima adhuc tum in archivis, tum etiam in prælo datis latere libris, quæ alteri aliquando ampliſſima ſeges futura ſunt noſtra augendi, aut etiam emendandi. Neque enim quispiam a me, ſeu etiam Collegio noſtro (quod nonniſi decem abhinc annis ſua Pragæ ſumſit initia) tantum Mſſto-

Digitized by Google

rum, impreſſorumque voluminum apparatum exiget, qui omnem hiſtoricorum numerum exæquet.

Ut Lectoris juvaremus memoriam, ſingulis annis in animadverſionibus noſtris adjecimus Nomina Imperatorum ſummorumque Pontificum cum anno regiminis, quod id ipſum de Ducibus noſtris præſtitimus. Sed abſit, ut quis ſibi perſuadeat eum annorum in Ducibus noſtris ethnicis computum nobis certum germanumque videri. Calculus is Hayecii eſt, non noſter.

De tabula etiam Geographica medii ævi a nobis ad frontem operis adjecta præmonendus lector; Chorographiam, ſingulaque loca nonniſi ex probatis authoribus magno quidem labore eſſe congeſta, quorum ſingulorum probationem licuiſſet adnectere, niſi nos longitudo operis deterruiſſet partim, partim cognoviſſemus, ea alioquin omnia per decurſum horum annalium proferenda. Hayecio quanquam de originibus civitatum, caſtrorum, oppidorum, vicorumque non plenam fidem tribuamus, loca tamen pene omnia ab eo commemorata, in hanc tabulam inſeruimus, ut ne lector eum legendo de locorum ſitu fluctuet.

Atque hæc ſunt, de quibus amicum Lectorem præmonendum cenſuimus, id eum porro exorantes, ut Partem hanc II, ea benevolentia, qua priorem excipiat. In qua ſi nobis alicubi ſomnum obrepſiſſe, aut nos lapſos certo compererit, nihil humani a nobis alienum eſſe meminerit.

LEC-

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO SALUTEM.

Dum jam Typographus præfationem excudisset, perferuntur ad me humanissimæ juxta ac elegantissimæ literæ Clarissimi ac Eruditissimi Viri Joannis Gottlob Bœhmy in Academia Lipsiensi Historiæ Professoris Publici, & Saxoniæ Historiographi, Viri, inquam, & suis lucubrationibus Historicis oppido nominati, & ob *Augustinum Moravienſem* suum aliasque Dissertationes de rebus Bohemiæ etiam de historia patriæ nostræ optime meriti, quibus is pro sua benevolentia, quam a publicato Prodromo meo pluribus rebus jam testatam fecit, accluſit *Acta Eruditorum* edita Lipsiæ Calendis Januarii currentis anni, ut isthic legerem & Prodromum meum in censum veniſſe, & quod de eo judicium esset, ex iis plenius cognoscerem. Soli certe humanitati benevolentiæque hujus Clarissimi Viri non alicui meo aut opusculi merito tribuo, quod in numerum Actorum Eruditorum insertum sit, quo nomine & me & illud indignum prorsus deputo. Quin semper judicavi magis e re futurum Prodromi mei, si inter humiles myricas humi repserit, quam si temere caput tollens in fulminum minas & pericula incurrerit. At quoniam tandem locum hunc præter spem occupavit, Doctissimusque Actorum Lipsiensium Lucubrator eum ad Lydium lapidem exegit, inter cumulum, inquam, minime meritarum laudum etiam severiores quaspiam animadversiones miscuit, tentandam nobis esse aleam censuimus, hicque loci solertius excutiendum, an censura ista omne punctum ferat? Quod ea prorsum humanitate, qua id Eruditissimus Lucubrator præstitit, persequemur, veritatem solam, & illud Ciceronianum: *refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati sumus*, perpetuo animo obversantes. Et primo quidem pag. 27. postquam adsensus fuisset historiam de Czecho & Lecho merito sibi videri fabulam Vir is literatissimus, negat Slavos Bohemiæ jam antiquitus *Zechos* fuisse appellatos, & sententiam suam fulcit argumento his verbis excepto: *Antequam ficta esset*, inquit, *fabula de Czecho & Lecho inauditum hoc Czecherum de Bohemis vocabulum, nec ex idoneo scriptore id quisquam probaverit usitatum. Sed postquam tam lepide commento publice adsentiri placuit, qui videri eruditiores volebant, Czechitarum, aut Czechiorum appellationem demum, tanquam Germanica Bohemorum honorificentiorem, utpote ex originibus suis petitam, crepare ceperunt. Idem fecere Poloni, qui in honorem fictitii Lechi sero Lechitarum aut Lechorum nomen invenere, ut probabilior de duce in novas sedes migrante narratio, vel mendacium potius fieret.* Quo argumento opinionem illam de veteribus Zechis, seu Zichis evertere nititur, existimatque eam non majus præsidium habere in historia, quam ipsam Zechi & Lechi fabulam. At jam pace eadem, quam Vir humanissimus hic loci officiose mihi obtulit, dicere liceat, nihil minus, quam istud sustineri posse. Docuimus quidem in Prodromo nostro, & cui rei non adversatur Eruditissimus Lucubrator, primum fabulæ de Czecho & Lecho prolatorem esse Boguphalum Polonum, qui anno 1253. obiit. Sed postquam

Digitized by Google

Sommersbergiano Boguphali codice emendatius Mſ. poſt publicatum jam Prodromum noſtrum nacti ſumus ((h) quod penitus omni hiſtoria Czechi, Lechi & Ruſſi abſtinet) eodemque loco luculentis argumentis oſtendimus Sommersbergianum codicem a nonnemine poſteriore interpolatum ac depravatum fuiſſe, plane teſtatum eſt Dalemilum noſtrum ſæculi ordientis XIV. ſcriptorem primum hujus fabulæ architectum eſſe: Hinc recte primus Anonymus ((i) qui hiſtoriam Czechi & Lechi in hiſtoriam Polonorum inſeruit) ſæculi ejusdem, ſed jam ad exitum feſtinantis author, ſe id ex Bohemicis, minime vero Polonicis Chronicis hauſiſſe, candide affirmat. Jam ſi palam eſt fabulam hanc primum ortam ſæculo XIV., qui fieri poteſt, ut dicamus, ex hac nomen Czechorum & Lechorum ortum, cum ſcriptores Græci jam ſæculo medio XII. utrumque proferant, haudque aliter gentem noſtram quam *Czechos*, Polonos vero *Lechos* appellent; imo Kadlubecius, Boguphalus & Joannes Polonici ſcriptores (k) ante inſertam hanc in Annales ſuos de Czecho & Lecho fabulam, tamen paſſim populares ſuos *Lechitas* appellent? Sed habeat tandem Clariſſimus Vir idoneum ſcriptorem, quem nobis deeſſe autumavit. Is eſt Joannes Cinnamus Imperatorius Grammaticus inter Byzantinos ſcriptores editus, qui de gente noſtra, quæ cum Conrado Imperatore terræ ſanctæ expugnandæ gratia profecta eſt, quamque Wladislaus Rex noſter anno 1166. in auxilium Regis Hungariæ contra Orientis Imperatorem, cujus comes Cinnamus fuerat, eduxit, hæc manifeſta nominis Czechici & Lechici loca habet. *Tzechorum præterea ſibi adjunxit nationem, quorum Princeps* (is erat Wladislaus) *ad eum venit cum univerſo exercitu.* (l) Rurſum: *Quorum vero Tzechorum linguæ Romanum quendam ad ſe vocat, eique imperat, ut mutatis veſtibus ad caſtra hoſtium ſubiret, atque ubi ad Regis Tzechorum veniſſet conſpectum, cum hisce verbis alloqueretur.* (m) Rurſum: in oratione illa nuncii ad Wladislaum: *Elige, quod & tibi & Czechis omnibus expediat.* (n) Denique: *ſed & Hungarus quidam ex illuſtrioribus nomine Buſakis, qui Romanorum partes amplexus erat, non longe abeſſe Hungarorum Regem affirmabat - - - inſuper etiam Tzechorum Principem cum univerſis viribus rurſum venire.* (o) De Lechis vero alio loco, cum de eorum Rege, & Wladislao noſtro loquitur: *Horum alter Tzechorum genti imperitabat, a Conrado ad Regiam evectus dignitatem, alter præerat Lechis Scythicæ genti, quorum regio Hungaris occidentalibus contermina eſt.* (p) Si igitur ſesqui ſæculo ante natam de Czecho & Lecho fabulam jam nos Græci *Tzechos*, Polonos vero *Lechos* appellarunt, quis exiſtimet id nomen ex fabula originem habere? quis etiam non ſentiat multo ante hoc ſæculum jam ortum, & inter viſcera patriæ noſtræ fotum, cum jam tum ad Græcos propagatum fuerit. Quod alte-

(h) *Vide in hac Parte II. Annal. Hyvec. p.* 7. 8. & 9. (i) *Anonym. apud Sommersberg. Script. Sileſ. c.* 1. *p.* 13. *In Chronicis inſuper Bohemorum recolo me legiſſe &c.* (k) *Apud Sommersbergium in Script. Rer. Sileſit.* (l) *Cinnamus l.* 5. *hiſtor. §.* 10. (m) *Idem l.* 5. *§.* 11. (n) *Idem ibid.* (o) *Idem l.* 5. *§.* 19. (p) *Cinnamus l.* 2. *§.* 18. *p.* 37. *edit. Venet.*

Digitized by Google

alterum est, fallitur Vir Clarissimus, cum existimat Slavos Boemiæ ante *Czechorum* nomen germanicam adpellationem habuisse. Provoco ad universam gentem nostram linguæ suæ gnaram: nec in Mssis nostris veteribus, nec hodie in vernaculo nostro sermone reperiri nomen patrium derivatum a Germanico Böhmen, Beim, aut a latino *Bohemus* seu, *Bojemus*; quin fidenter audeo dicere, ne Boëmizatum quidem, ut barbare loquar, in universo linguæ nostræ commercio ex illis deflexum deprehendi. Nec enim gentile nomen *Boemus* a nobis alia voce reddi potest in sermone patrio; quam Čjech seu Czech, ut ita *Bohemorum* nomen quod passim a scriptoribus tulimus, quodque gerimus hodie, vix quidem a nobis ipsis, sed vicinarum gentium appellatione profluxerit. Qui nominis derivativi in patria nostra lingua defectus procul dubio Dalemilo, aliisque historiam Boemiæ vernaculo sermone scribentibus ansam præbuit, ut ex illo Cosmæ *Beemo* (quo is non alium quam *Bojum Sigovesum* (q) intendebat) *Czechum* multis additis loci, temporis, adventus gestorumque circumstantiis effinxerint. Debemus autem Boemorum nomen præcipue Francicis Scriptoribus sæculi VIII., quo id demum omnium primum in traditionibus Fuldensibus prolatum legitur, (r) qui scilicet veteris Geographiæ non ignari, cum comperirent, Slavorum certam nationem eas terras occupare, quas olim *Boji* tenebant, quæque antiquitus *Bojemia* dicta fuit, ignorantes autem, quod nomen Slavis tot nominibus & rebus publicis tum isthic discretis tribui deberet, antiqua illa appellatione *Slavos Bojemiæ* aut *Behemanos Bojemanosque* nuncuparunt. Porphyrogenitus certe Græcus Scriptor, quanquam indigitet nos habitare in loco a Bojis *Boici* dicto, (s) nuspiam tamen nobis Bojemorum aut Bojorum, sed *Magnorum* & *Alborum Chrobatorum* nomen omni loco tribuit. (t) Major pene priore difficultas circa *Lechorum* nomen oboritur. Constat enim ex Kadlubecio primo Polonorum Scriptore, ceterisque omnibus primum gentis suæ fundatorem statui *Crakum*, a quo igitur *Lechorum* seu *Lechitarum* nomen profluere non potuit. Si quis contendat id a *Lecho*, qui jam passim post Cracum gubernacula Poloniæ gessisse scribitur, profluxisse, at is noverit eum, qui post Cracum & interregnum postea summam reipublicæ Polonæ capessivit, nunquam a Kadlubecio, nec ejus omnibus sequacibus usque ad ipsum sæculum XIV. exspirans *Lechum* appellari. A Kadlubecio enim *Lesk* & *Lesko*, (u) a Boguphalo *Lestko*, (x) a Joanne *Listig* & *Listig*; (y) ab Anonymo, qui e Chronicis Boemicis Lechum retulit, nihilominus *Lestek* vocatur; (z) ut ita nonnisi obtorto collo ex hac appellatione nomenclaturam *Lechorum* seu *Lechitarum* cogere liceat. Verum id certissimum est: postquam Polonici posteriores Scriptores

(q) *Vide copiosius hac P. II. p.* 23. & 55. (r) *Schœtgen. & Kreysig Script. Germ. T. I. p.* 7. (s) *Constans. Porphyr. de admin. Imp. c.* 22. (t) *Porphyrog. cit. loco c.* 30. & 31. *plura de hac vide hac II. Parte a pag.* 11. (u) *Kadlubec. l.* 1. *epist.* 10. & *seqq.* (x) *Sommersberg cit. l. p.* 21. (y) *Idem p.* 3. (z) *Idem p.* 14.

Digitized by Google

in noſtris Annalibus *Lechum* gentisque ſuæ primordia legerunt, veriora ea credentes, quam quæ Kadlubecius ejusque ſequaces de Alexandri M. temporibus retulerunt, temta ea nominis ſcriptione, quam Kadlubecius ad poſteritatem transmiſit, jam *Leskonem* ſuum *Lechum* potius maluere ſcribere ac appellare. Ut ita defendi quidem poſſit ex hac fabula Lechi id apud Polonos eveniſſe, ut *Leskonis* in *Lechi* nomen tranſierit, nequaquam vero ex illa univerſum gentis *Lechorum* nomen derivatum, quod apud eos multo ante in uſu fuiſſe ſupra oſtendimus. Sed de hoc ultra quam ſatis.

II. Idem Clariſſimus Author p. 28 objicit: nuſpiam a nobis fidem factam *Zechos* ſeu *Zichos* Ponti Euxini & Paludis Mæotydis accolas Slavici fuiſſe generis, quin ait: poſt diligentem veterum ſcriptorum lectionem ſe nullum veſtigium reperire nominis Slavici ultra Tanaim, veriſſimamque eſſe Beyeri obſervationem: nomina propria regionum in veteri Zichia continere Turcicas, non Slavicas voces. Sed rurſum pace hujus Eruditiſſimi Scriptoris contra omnia oſtendere liceat. Ultro confiteor ex vetuſtiſſimis ſeu Græcis ſeu Latinis Scriptoribus nullum luculentum nobis teſtimonium ſuppetere hos Zichos fuiſſe Slavici generis, paucæ ſunt apud eos de Zichis his memoriæ, quid mirum, ſi præteriere indicare, cujus gentis fuerint, nec vero id de aliis plurimis gentibus ex iis teſtatum habemus. Sarmatas tamen fuiſſe non obſcure innuit Porphyrogenitus, dum diſertis verbis Boſphorianos & paludis Mœotydis accolas *Sarmatas* ſeu Sauromatas appellat, (a) Boſphori certe Epiſcopatus poſterius inter Epiſcopatus Zichiæ paſſim refertur a Byzantinis Scriptoribus. Quod autem potiſſimum Græci Latinique Scriptores per *Surmatas* ſuos intellexerint Slavos, res pene apud omnes recentiores confecta eſt, & eam authoritatibus firmare ſupervacaneum arbitramur. Verum quandoquidem Eruditiſſimus Actorum Eruditorum Lucubrator nobis Scriptorem recentiſſimum Beyerum in cauſæ ſuæ præſidium laudat, liceat nobis Authores ſæculis Beyero vetuſtiores in medium proferre, ex iisque oſtendere, Zechos ab iis nusquam pro alia gente, quam Slavica ſeu Ruthenica habitos. Antequam vero id præſtemus, ex Prodromo noſtro hic revocandum: *Zechos* hos veteres hodie *Circaſſos*, veterem vero *Zichiam* appellari *Circaſſiam*. Et ne id ingenio noſtro inveniſſe credamur, libet adferre verba Guilielmi de L'Isle, (b) qui jam ab Arriano (c) hic loci Zichos ſtatutos ait. Sic vero ille: *Zichiam Arrianus eodem, quo Conſtantinus loco ponit, Circaſſia nunc vocatur. Hanc inter & Cauſaſum, Papagajam, & Caſachiam ponit Conſtantinus.* Idem ait hiſtoria aſcenſus Barcoh ad apicem Soldanatus apud Lambecium in Prodromo noſtro laudata, & Godofredus ex Scaligero in Archon-

to-

(a) *Porphyrog. de admin. imp. c. 53.* (b) *Guillielmus de L'Isle e Regia Scientiarum Academia in Adnotationibus in Tabulas Geographicas a ſe in Conſtantinum Porphyrog. adornatas in Byzantinis Scriptoribus.* (c) *Arrianus ſecundum alios ſub Tiberio & Auguſto ſecundum alios ſub Hadriano Cæſare floruit, ſcripſit plura, ſuperſunt hodie Periplus ſive Luſtratio ponti Euxini & ponti Erythræi, de quo vide Voſſium in Hiſtoricis Græcis l. 2. p. 216.*

Digitized by Google

tologia Cosmica. M. l'Abbé Nicolle de la Croix (d) ostendit isthic adhuc ad montem Caucasum superesse gentem vetus suum nomen *Zichi*, seu ut is Gallice refert *Ziques* conservantem, cujus etiam situm ad oculum exhibent sumtuosissimæ tabellæ Geographicæ annis abhinc duobus Parisiis sculptæ; eosdem *Zechos* de nomine refert in tabula sua Ponti Euxini inter Circassos Joannes Chardin oculatus terrarum illarum explorator; quique fatetur se tabulam hanc in loco descripsisse Anno 1672. Ab iis denique se olim Manuelem Orientis Imperatorem Friderici Barbarossæ coævum *Zechicum* scripsisse refert ex ejusdem Imperatoris titulo Camerarius in Chronologia Nicephoriana. Jam ut ad id perveniamus, quod gens Slavica fuerit, sitque hodie, primum firmamentum libet ex Mathia Micchovio, qui anno 1523 obiit, mutuare. (e) *Post hos* (Cosacos inquit) *supersunt reliquiæ Circassorum versus meridiem, & sunt gentes ferocissimæ, & bellicosissimæ genere & lingua Ruthenæ.* Ruthenos autem Slavos esse vix quispiam in dubium vocaverit? Herbersteinius (f) Imperatorius ad Aulam Turcicam legatus hos ipsos Circassos adhuc Cikos appellat, & cujus gentis fuerint, his verbis prodit: *Ab oriente meridiem versus reflectendo circa Mæotydis paludes, & Pontum ad fluvium Cupa, qui paludes influit, Aphgasi populi sunt, quo loci usque ad Merula fluvium, qui Pontum illabitur montes occurrunt, quos Circassi seu Ciki incolunt. Hi montium asperitate freti nec Turcis, nec Tartaris parent, eos tamen Christianos esse, suis legibus vivere, in ritu & ceremoniis tum Græcis convenire, lingua Slavonica, qua utuntur, sacra peragere Rutheni testantur.* Eduardus Brerevodus Anglus nominatissimus Mathematicus & antiquitatum scrutator sæculi XVI scriptor, cujus opus dignissimum judicavit Gallia, ut in linguam suam transferret, ita fatur. (g) *Slavonica lingua multis in Europa, aliquibus in Asia vernacula est. Præcipui in Europa sunt Dalmatæ, Liburni, Macedones occidentales, Epirotæ, Servii, Bulgari, Moldavi, Russi, Moscovitæ, Bohemi, Poloni, Silesii, in Asia* Circassii, *Mengrelii, & Gazaritæ.* Nec vero dubitavit is eosdem cum veteribus Zechis seu Zichis esse, sic enim is alio loco: (h) *Mengrelii & Circassi (Colchi & Zichi olim) qui inter Georgianos & Tanain ad littora paludis Mæotis & Ponti Euxini sedent, græca quidem sunt religionis, & Constantinopolitano, quia a Cyrillo & Methodio ejus legatis ad Christianismum sunt conversi, subsunt, sed eam multis phantasmatibus depravarunt.* Eosdem Circassios Sclavonica lingua uti testantur Godofredus Henselius (i) & Hofmannus in notis in Manlium. (k) Quare an Beyerus, fidem mereatur dubito, dum ait meras Turcicas non Slavicas voces in veteri Zichia inveniri, nos certo plura infra proferemus Slavica, & ipsa vox *Circassi* oppido Slavicum idioma porten-

(d) *Nicolle Geographie moderne c. 6. art. 2. p. 24. Edit. novæ Paris.* (e) *Miechovius de Sarmatia Europea l. 2. c. 1.* (f) *Sigismundus ab Herberstein in Commentariis rerum Moscoviticarum Tit. de Tartaris p. 108.* (g) *Brerevodus Tractatu de Scrutinio linguarum c. 8.* (h) *Idem Tractatu de Scrutinio Religionum c. 7.* (i) *Godof. Henselius in Synopsi universæ Phylologiæ & Harmonia linguarum totius orbis Sect. 5. c. 3. N. 2. p. 423.* (k) *Hofmannus in Scriptor. Rer. Lusat. T. I. p. 251.*

Digitized by Google

tendit, conſtat enim veteribus Slavis *Czirka* & *Czirke* non modo Eccleſiam, ſed etiam cœtum & concionem populi connotaſſe, quam ſignificationem hodiedum apud Dalmatas retinet, (l) nec a noſtro uſu aliena eſt. Recte igitur elegantiſſimum Gallicum dictionarium ſic dictum de Trevoux (m) Circaſſos ait peculiarem a Turcis linguam habere, eosque lingua Turcica *Charkes* appellari. Imo Geographi (n) paſſim ſcribunt Circaſſiæ gentem maxima ex parte M. Duci Moſcoviæ parere, non Turcis. An vero negabit Vir Clariſſimus vocem *Petigore* ita Slavice dictos *quinque montes* iſthic in Circaſſia ſitos (quos novus Atlas Amſtelodami apud Janſonem excuſus exhibet) Slavicam eſſe non Turcicam? quo nomine Circaſſorum ſeu Zechorum veterum montana appellari jam pridem docuit Mathias a Miechov in Sarmatia Aſiana l. 1. c. 7. An voces *Baſiligrod* quaſi *Baſilii arcem ſeu caſtrum* dicas, & *ſuiatopole*, quæ *ſacrum campum* connotat, Turcica eſſe vocabula contendet, quas his ipſis locorum confiniis conſignat Ortelius in Geograhicis ſuis tabulis? At vero concedamus etiam hic paſſim Turcica regionum & gentium reperiri nomina, an idcirco omnes hic gentes Turcicæ? igitur & Tartari omnes, qui his locis reſident, Turcici ſunt idiomatis? quod profecto nemo affirmaverit. Non mirum autem finitimas Turcis terras paſſim Turcicis efferri nominibus, quandoquidem Turcorum gens hic omnium & potentiſſima, & his populis ab omni cultu remotis multis tamen modis magis eſt expolita. Habuere jam plane ſimile fatum hæ ipſæ regiones cum floreret Græcia, ut paſſim Græcis connotarentur nominibus, quod ex omnibus veteribus Græcis Geographis cognoſcere licet, cum tamen certum ſit Græcos iſthic non ſediſſe. Majorem nobis difficultatem Clariſſimus Lucubrator movere potuiſſet contra genus & linguam veterum Zechorum ex c. 53 Conſtantini Porphyrogeniti (o) ita ſcribentis: *In Zichia, in loco, qui Papagi dicitur, cui vicinum eſt, quod Sapaxi appellatur, id eſt pulvis, ſcaturigo eſt, quæ ulcera in ſummo ore excitet.* E quo loco, cum pulvis Slavice *Sapaxi* non ſignificet, contra nos inferri potuiſſet, merito videri: veteres Zichos non fuiſſe gentis Slavicæ. Sed ne & iſtud dubium minus expeditum prætermittam, ajo in voce *Sapaxi* deſiderari literam *r*, ſcribendumque fuiſſe *Sapraxi*, ut pulverem connotaret. (p) Admonendus hic tamen Lector ex obſervationibus Loderekeri noſtri: (q) hodiedum a Dalmatis (quod a veteribus Slavis retinuere) literam *x* inſtar *z* enunciari, & palam videre eſt ex ejus Vocabulario; ea nempe, quæ nos hodie per ʒ accentuatum ſcribimus, a veteribus Slavis & Dalmatis per *x* ſcribi ſolita fuiſſe, ut *Xabu* rana, *Xaloſt* mœſtitia, *Xelyud* glans, *Xelizo* ferrum, *Xena* femina, *Xila* nervus, *uxiti* uti, *mno-*

(l) *Lodereker in Vocabul. Septil.* (m) *Dictionaire de Trevoux vocab. Circaſſi.* (n) *Stephani & Loydii Diction. Hiſt. Hübner Geograph. univerſal. l. 6. art. 6. l'Abbé Nicolle c. 2. art. 2.* (o) *Porphyrog. de adminiſt. Imperio.* (p) *Frequentes ſeu ipſorum authorum, ſeu librariorum in peregrinæ linguæ vocabulis errores occurrere nemini ignotum, nos ipſi P. II. & III. horum Annalium duo Porphyrogeniti loca emendabimus.* (q) *Lodereker in fronte Vocabularii Dalmatici:*

Digitized by Google

mnoxiti multiplicare &c. nos hodie ʒába, ʒaſoſt, ʒaſud, ʒelizo, ʒena, ʒiſa, vʒiti, mnoʒiti ſcribimus. Veteri itaque illa Slavica ortographia vox *Sapraxi*, idem connotabat quod hodie ʒapraʒj, quod etiamnum nobis pulverem excitare ſignificat. Niſi quis disjunctam vocem *ſa praxi* ſeu ʒa praʒj eſſe malit, quod priſca illa lingua *pro pulveribus*, ſeu *ſecundum*, *ob*, *poſt pulveres* (r) ſignificabat. Jam vero ex ipſo hoc Porphyrogeniti loco argumentum non obſcurum eruere licet, veteres hos Zechos ſeu Zichos Slavicam gentem fuiſſe: Nolim in præſidium hanc vitiatam vocem *ſapaxi* adducere, ſed argumentatio fortior præſto mihi eſt: Nemo diffitebitur, qui Porphyrogenitum meditate diligentiusque excuſſerit, hunc ſapientiſſimum Orientis Imperatorem linguam Slavicam calluiſſe, non raro enim voces Slavicas e genio gentis noſtræ explicat, (s) quod cum nuspiam de aliis peregrinarum, barbararumque linguarum vocabulis præſtet, iſthic vero vocem *ſapaxi* græco interpretetur idiomate, ut alias facere ſolet, non penitus inerme argumentum deducitur: Porphyrogenitum hac ſua gloſſa ſat manifeſte indicaſſe vocem eſſe Slavicam, ac proinde etiam Zichicum populum ejusdem fuiſſe linguæ. Verum a Zichis his jam tranſeamus ad univerſam Slavorum gentem, quam Literatiſſimus Vir Sedes ultra Tanaim fluvium unquam habuiſſe non modo dubitat, ſed etiam impugnat. At ut, quod res eſt, fatear, ſententia hæc tam nova ac inaudita eſt, ut vix alibi unquam allatam meminerim. Quid ſi igitur ultra Tanaim paludem Mæotydis & Pontum Slavi non fuere, quo loco reponemus *Sarmatiam Aſiaticam* illam tot gentium Slavicarum matrem; quæ quidem ex omnium veterum recentiorumque Geographorum unanimi conſpiratione limites ſuos occidentem verſus non alios habet quam fluvium Tanaim? (t) profecto ſi authoritatibus res conficienda ſit, haud mihi multo labore ſteterit integras paginas implere, quandoquidem vix aliquem, qui de rebus Slavicis ſcripſit, eſſe opiner, qui non docuiſſet in *Aſia* ac cumprimis ex orientali ripa Mæotydis & Ponti olim & hodie Slavos accolere. De proxime nobis accedentibus ſæculis authoritatum firmamenta hic glomerare, ſuperfluum deputo, ſitque unius inſtar omnium ſupra allatum Brerevodi teſtimonium. De vetuſtiſſimis temporibus ea ſola nos ſtringere videtur difficultas, quod *Slavorum* nomen hic locorum non legatur; at vitioſa quis argumentatione inferat: igitur nec Slavorum natio hic Sedes habuit. Nuspiam *Germanorum* nomen iis locis legitur, quibus primitus ſedere veteres Franci, Saxones, & ipſi Gothi ac Longobardi, nec tamen quis dubitaverit populos hos fuiſſe Germanos. Quemadmodum igitur immigratio gentium harum in nobis finitimas terras, & poſterius cum Græcis latinisque commercium nos docuit eas eſſe Germanas; ita prorſum plurium Sarmaticarum gentium ex Aſia in Europam tranſitus, initaque cum vicinis regioni-

d bus

(r) *Lodereker in Vocab. ſeptil. Adamus Bohorizh in horulis ſucciſivis p.* 161. & 163. *Jordan. in Orig. Slav. Num.* 721. *p.* 117. (s) *C.* 30. *explicat vocem BELE: per MAGNUS, c.* 28. *vocem PAGAN ſeu BOGAN per: ETHNICUS ſeu NON BAPTIZATUS. Item c.* 9. *alib.* (t) *Claud. Ptolem. Geogr. l.* 5. *c.* 9. *Jordanus in orig. Slav. Num.* 487.

Digitized by Google

bus Societas nos tandem docuit esse Slavicas, quas hujus linguæ & generis esse nequaquam cognovimus, dum primas suas sedes tenuerunt. Atque ut id de peculiaribus quibusque Slavorum nominibus testatum faciam: Vix quidem ipse Clarissimus Lucubrator inficiabitur Bulgaros fuisse Slavos, sed jam ex Theophane cognoscere libet, quo loco vetus Bulgaria sita fuerit, & unde Bulgari Pannoniæ exorti sint: (u) *Ab ipsa palude* (Mæotyde) *ad fluminis Cuphis limites*, inquit, *in quibus Xystus Bulgaricus piscis capitur, ipsa antiqua, magnaque Bulgaria sita est.* Cuphim vero flumen sic explicat: *Ex concursu vero Attalis* (Wolga) *& Tanais emergit amnis, cui Cuphis nomen impositum.* Zichis præterea veteribus non modo in Constantino Porphyrogenito, sed & aliis græcis historicis vicini leguntur *Casaci*, & horum integra regio *Casakia*, quos non modo interpretes commentatoresque in Constantinum (x) sed & passim historici alii Slavos genere faciunt. Nec dubitat Stephanus & Loydius nomen illos habere a voce Ruthenica *Cosak*, quæ militem vagum significat. (y) Dein num *Chazaros* qui non modo ad Chersonesum colebant, sed & orientalis ripæ Ponti Euxini partem trans fluvium Tanain occupabant, (z) Slavos fuisse negabimus, quandoquidem coævus author (a) S. Cyrillum isthic Slavicam linguam didicisse perhibet? quocum etiam facit supra laudatus Brerevodus, & Mathias Miechovius. (b)

Denique Avares, quorum priscas sedes ultra Tanaim fuisse certo constat, (c) Porphyrogenitus duobus tribusve locis gente Slavos facit, (d) à quo nec abludit Farlatus. (e) Porro quod Clarissimus Lucubrator urget: nuspiam a Poetis veteribus, vel putidæ exaggerationis causa nomina barbara passim cumulantibus, uspiam Zechorum nomen inter Attilæ copias relatum, aut legi Zechorum unquam partem a sedibus suis digressam: id vero argumentum, quod negativi generis est, nihil prorsum convincit, quandoquidem nec Slavorum nomen uspiam legitur, cum tamen certum sit ex tot a Prisco & Jornande relatis Slavicis vocabulis (quæ vel ipsi Hungarici Scriptores ultro profitentur non esse Hunnica) plurimos Slavos in exercitu fuisse Attilæ, cum vel Slavica vocabula Hunni in commercium linguæ suæ jam tum adoptaverint. (f) Latuere, ut ante asseruimus, Zechi, ipsique Slavi sub Sarmatarum nomine, qui a Poetis in numero Sociorum Attilæ referuntur. (g) Et amabo! quis a Poeta eam notitiam exposcat, ut omnium gentium, quæ præsertim in hostis castris militabant, non modo generale, sed & peculiare

cui

(u) *Theophanes in Chronogr. ad XI ann. Constant. Pogon. Nicephorus in Historia p. 22. Item Zonaras, Cedrenus, & luculentissime Marcellinus Comes Indict. VII Joanne Gibbo solo Cos. id est anno Christi* 499. (x) Gulielmus de L'Isle cit. loco. (y) *In Diction. histor. vocab. Cosaci.* (z) *Joseph. Genesius l. 4. de reb. Constantinop. T. 23. Hist. Byzant. p. 41. Constant. Porphyr. de admin. imp. c. 5. idem refert Georgius Cedrenus & Zonaras.* (a) *Auctor vitæ SS. Cyrilli & Methodii in Actis Sanctorum. Bolland. ad 9. Martii. Plura de his Chazaris proferentur P. III. ad annum* 861. *in prætermissis.* (b) *Miechovius in Sarmatia Asiana l. 1. c. 7.* (c) *Procopius l. 2. c. 29.* (d) *Porphyrog. de adm. imp. c. 29.* (e) *Farlat. Illyrici sacri T. II. p. 318.* (f) *Pray in Annal. veter. Hunnor. p. 175.* (g) *Sidon. carm. 7.*

Digitized by Google

cujusque reipublicæ nomen teneat, inque syllabum suum redigat? Revocet Vir Literatissimus in memoriam supra relatum Cinnami testimonium, & cogniturus Authorem hunc sæculo demum XII. scribentem Polonos *Scytharum* nomine adhuc imperiri, cum neminem lateat Polonos esse Slavici generis, quo eodem nomine Henetos Ponti Euxini accolas a Justino (h) notatos reperiet. Satis est, quod vetustis documentis probare liceat: Hunnos sedibus suis (quas prope Caucasum montem habebant) (i) excitos eas regiones transiisse, quibus jam Arrianus, & Ptolemæus, (k) ac postea Procopius, (l) ac Porphyrogenitus Zichos Zichiamque statuit. Clarum enim est non modo Sozomeni coævi, (m) sed & posterioris Jornandis (n) testimonium: Hunnos ex ea plaga, quam Zechos tenuisse ostendimus, transmisisse paludem Mæotydis, ac demum ad Istri usque regiones processisse. Nec vero incredibile, ut in ejusmodi gentium motibus, migrationibusque accidere solebat, Zichorum partem ab Hunnis una raptam. Nam Euagrius etiam postea Avares plane similia fecisse clarissimis his verbis testatur: (o) *Deinde relictis litoribus Euxini Ponti ulterius progressi sunt cum omnibus barbaris, qui in itinere occurrerunt.* Ceterum, si nihilominus post hanc Hunnorum e priscis suis sedibus emigrationem, non parva tamen adhuc manus ultra fluvium Tanain & paludem Mæotydis perstitit in primis patriis sedibus, quibus dein filius senior Attilæ apud Priscum (p) præfectus fuisse legitur: quid repugnet, cum paria de Zichis dicimus? quorum pars aliqua sequuta Hunnos & Attilam in occidentem progredientem, alia domi perstitit, lares suos tuita. Atque his Clarissimi Lucubratoris de Zichis & Slavis dubitationi satisfeciisse videbimur.

Quæ quanquam non statuamus tanquam certo a veteribus prodita (quæ enim in gentium migrationibus obscuritas tenebræque omni loco obversentur, nemo eruditus ignorat) tamen tanquam verosimillima contra omnes difficultates tueri parati sumus. Nec enim temere aut imparati hanc sententiam amplexi sumus. Agnovit hanc tanquam verosimillimam non ita pridem Clarissimus Vir Joannes Stephanus Pütter Professor Academiæ Gœtingensis in elegantissimo opere suo (q) dum ita commentatur: Von Böhmen ist das wahrscheinlichste, was man von Ursprung der Slawischen Bewohner selbiger Gegenden weiß, daß noch im V Jahrhundert ein paar Völker von den Gegenden des schwarzen Meers her, die den Namen Lazi, und Czechi geführet, erst bis in Pannonien, hernach nebst andern hinzugekommenen Völkern Sarmatischen Stamms noch weiter fortgerückt, und die Czechi in Böhmen, die Lazi oder Lechi in Polen bis an die böhmische Gränze, mithin auch

(h) *Justinus in excerptis legat.* (i) *Æthicus in Cosmographia in Asiæ provinciarum Situ p.* 39. (k) *Ptolem. Geograph. l.* 5. *c.* 9. (l) *Procop. de bello Goth. l.* 4. (m) *Sozomenus hist. Eccles. l.* 7. *c.* 37. (n) *Jornandes de reb. Get. c.* 24. (o) *Euagrius in Excerpt. legat. l.* 1. (p) *Priscus: senior filius jam tum Acatzirorum, & reliquarum gentium, qua Scythia ad Pontum patet, regno potiebatur. in excerpt. legat. p.* 43. (q) *Pütter* Historisch-Politisches Handbuch von den besonderen teutschen Staaten. Erster Theil pg. 17.

Digitized by Google

in Schleſien ſich feſtgeſetzet. Woraus eine alte Tradition zween Namen einzelner Perſonen gemacht, und Lechum und Czechum als zween Brüder und Stifter der beyden Reiche Polen, und Böhmen angegeben, die dardurch in ihrer Geſchichte dieſer Zeit viel ungewiſſes bekommen.

III. Recte monuit Vir Literatiſſimus prolatum a nobis Suidæ nomine teſtimonium Rhenani eſſe, erroremque noſtrum ex Balbini Epitome profluere, quo loco is ad alia properans id Suidæ adſcripſit. Ego quidem locum hunc Goldaſti plus vicies legi, atque ex eodem Schminkii de Zechis judicium eadem pagina exſcripſi, ſed cum teſtimonium iſtud non modo in Balbino, ſed Berghauero (r) & Ludovico Lunay, (s) imo niſi me memoria fallit, etiam Peſſina & Stredovskio Suidæ nomine excuſum legerim, ſenſus horum authoritate præoccupatus non advertit Goldaſtum hic loci Suidæ & Rhenani teſtimonium diſpeſcere. Sed nihil opinioni noſtræ de Zichis derogat, ſi hoc etiam Suidæ teſtimonium tollamus. Quin id tamen ex Suidæ teſtimonio Græco, & a Goldaſto relato certum eſt: Slavos ex transiſtranis regionibus veniſſe, quem ſitum & Zichia habet reſpectu Græciæ, in qua Suidas ſcripſit. Ceterum perinde danda Balbino venia, nec alicui ejus fraudi & malevolentiæ, ſed feſtinationi, & humano lapſui, quo ſe nemo immunem credat, adſcribendum. Is vero cum gravius invectus eſt in Goldaſtum, provocatus fuit ejus inſignibus injuriis: Et quanquam minime probem calumnias & convicia, exiſtimemque inter viros literatos rationibus & authoritatibus, non calumniis dimicandum eſſe, tamen id certum eſt: Goldaſtum graviſſime peccaſſe in gentem noſtram, & pluribus locis prodidiſſe ſe non tam pennam ſuam in atramentum quam bilem intinxiſſe, quod vel ipſum Schminkium non uno loco fugit, (t) & nos hujus argumentum aliquoties hac II parte dabimus. Non tamen defuit etiam Balbinus, ut Goldaſtum pluribus locis commendaret, imo noſtræ gentis hominibus author, monitorque exiſteret, qui ſibi pretio Goldaſtum compararent, ſi accuratam rerum veterum hiſtoriam noſſe cuperent. (u)

IV. Eruditiſſimus Lucubrator pag. 29. ait male eum habuiſſe; quod dicam, Corippum gentium ſub Avaribus comprehenſarum & ab Attila eductarum in occidentem adpellationes recenſuiſſe: mihi quanquam æque luteus non ſit animus, ne tamen pari malo abripiar, vetat me fronti præmiſſa Ciceronis gnome, quam me præ oculis habiturum promiſi, ſcilicet quod *refelli ſine iracundia, & refellere ſine pertinacia paratus ſim.* Jam ea, quæ ex Corippo refero, nec ex Balbini aut alterius exemplo depromſi, ſed ipſe plures jam ante annos Corippum de laudibus Juſtini junioris, ſeu minoris legi tum mihi ex libraria officina inter alios libros venum oblatum, quem autem perlectum reddidi, isque quantum memini editionis fuit Venetæ, quem cum modo ibidem, imo ubivis locorum per amicos meos, Bibliothe-

(r) *Berghauer in Proto-Mart. Pœnit. c. 6. p. 179.* (s) *Lunay Titulo de Bohemia p. 280.* (t) *Schminkius præfat. in Goldaſt. vide etiam Thomaſium in notis ad Mozamb. p. 163. Peſſinam l. 2. c. 6. in Morte Morav.* (u) *Balbin. Epit. l. 1. c. 10. p. 76.*

Digitized by Google

thecas aliasque officinas librarias quæro, nuspiam impetrare possum. Sed ne authoris hujus exquisitione typographum, Partemque hanc II Annalium jam jam prælo excusam morer, fidem facio Eruditissimo Lucubratori alio loco, me nomina multarum gentium, quas Attila in occidentem eduxit, ex hujus ipsius Corippi carminibus relaturum. Scio, quid Literatissimum Virum hæc scrupulose expendentem ancipitem reddiderit. Vidit ille procul dubio in Corippo desiderari Attilæ nomen, nec gentes ea serie & cumulatione referri, uti a Sidonio & Prudentio præstitum. Sed nec is animi nostri tum sensus erat, hic Corippum in præsidium Attilæ citare; id solum intendimus præter Sidonium & Prudentium etiam a Corippo referri gentes Avaricas, quas ab Attila adductas postea Pannoniam occupasse constat, eo inquam ritu, quo jam plurimæ ejusmodi gentes sub universalem illam Sarmatarum in Europam irruptionem recensentur a Claudiano. (x) Ceterum Corippum de Avaribus non paucas referre memorias, firma adhuc conservamus memoria. Et hem! cum horum indicia in Annalibus veteribus Hunnorum annis abhinc duobus ab A. R. ac Eruditissimo P. Georgio Pray S. J. Viennæ publicatis quærimus, ter ab eo Corippum laudatum deprehendimus. (y)

Crudus & asper Avar dictis sic cœpit acerbis:
Rex Avarum Chagan debellans intima mundi
Famosus stravit magna virtute tyrannos
Innumeros populos, & fortia regna subegit.

Rursum: *Effera gens Avarum proprias defendere terras*
Non potuit, sedesque suas fugitiva reliquit. (z)

Denique: (a) *Barbara gens Avarum* - - - - -
In media supplex defusis crinibus aula
Exorat pacem - - - - - -

V. Locus is de Dalemincia depromtus est ex prima editione Ditmari, quem deinde emendatius a Leibnitio prolatum deprehendi, cum authorem hunc a pluribus annis quæsitum, tandem superiore anno Lipsiis recepi. Ejusdem generis est quod ex Fabricio, Leubero, & Monacho Pirnensi attuli, qua in re recentissimum Ducem secutus sum A. R. P. Calles (b) qui ad eundem Fabricium se revocat. Quod vero tandem reperiantur viri, qui hos utcunque veteres Scriptores corrigunt, non possum non gratulari Saxoniæ de studio expurgandæ historiæ suæ. Recentiorum autem omnium partus nosse, eosque evolvisse nemo a me, imo vel hominis ætate exposcet. Ceterum autem cum in Annalibus nostris ad eos annos pertigerimus, quo Misnia urbs condita est, ostendemus: oppido anceps esse, num contra gentem

(x) *Claudianus l. 1. in Rufinum, & l. 1. in laudibus Stiliconis.* (y) *Pray in Annali. Veterum Hunnor. p. 192.* (z) *Corippus l. III. de Laudibus Justini Minoris.* (a) *Pray cit. l. p. 209.* (b) *Sigismundus Calles in serie Episcoporum Misnens. dissertat. prævia p. 7.*

Digitized by Google

tem noſtram, num non potius contra Hungaros, qui tum per Bohemiam graſſabantur, imo ex hac ipſa plaga ſeptentrionali ſibi caſtra & colonias in Bohemia condiderunt, excitata fuerit?

VI. Severiſſimum illud p. 32., & dictatorium judicium, quod Clariſſimus Vir contra Ptolemæi Geographiam pronunciat, quam *centonem Ptolemæanum e laceris & male conciliatis pannulis craſſius in Germania ſæculo demum XIV conſutum* appellat, me plane attonitum reddidit. Fulmen iſtud profecto recentiſſime in hunc librum vibratum oportet, quandoquidem hactenus reperimus neminem (cum tamen, abſit jactantia, non indiligentes ſimus in varii generis legendis authoribus) qui Ptolemæi Geographiam corruptionis, ſuppoſitionisque vitio laborare notaſſet. Optaſſemus maxime, ut Eruditiſſimus Lucubrator authores nobis eos indicaſſet, qui tandem Ptolemæum hac ſua tot ſæculis firmata ſede deturbarunt, aut ſaltem ejuſce rei rationes aliquas & argumenta adſcripſiſſet. Voſſius certe, Antonius Maginus; & Lambecius ea de re ne verbum quidem, imo recentiores quique ut Stephanus & Loydius in Lexico Hiſtorico, Jordanus noſter, Jeker in Lexico Eruditorum, l'Abbé Ladvocat ſat accuratus rerum ejusmodi adnotator veterem illi adhuc authoritatem vendicant, & quod maxime miror ne a Gundelingio quidem aut in Struvio-Buderiana Bibliotheca hujus fulminis memoriam fieri. Qui tandem ſalvabimus Marciani Heracleotæ vetuſtiſſimi Scriptoris Græci teſtimonium, qui jam ad Ptolemæi Geographiam provocat, *diviniſſimi & ſapientiſſimi Ptolemæi Geographiam* appellando, ut refert Voſſius? (c) Sed fortaſſis non petuntur hac accerrima cenſura niſi urbium apud Ptolemæum nomina, dum *a quopiam nugarum inſtitore, qui tam vetuſto nomine docto orbi illudere conatus eſt*, efficta aſſeruntur? Mihi vero & iſtud aſſeruiſſe non ſatis ad faciendam fidem eſſe videtur, niſi argumentis, auctoritatibus, aliorumque judiciis probetur, quandoquidem me non latet Ptolemæi in ſuo Almajeſto (quem ante Geographiam ſcripſit) locus, quo promittit ſe ſe illuſtrium urbium ſitus & dimenſiones peculiari opere complexurum, quod demum hac in ipſa Geographia præſtitit. Verba illius hæc ſunt: (d) *Sed negotio jam de angulis abſoluto, ſequeretur, ut diſtantias illuſtrium urbium ſecundum longitudinem ac latitudinem ad apparentia computarentur: ſed hoc negotium, cum per ſe præcipuum ſit, & Geographicæ rationi connectatur, ſolum id* (quod bene nota) *atque ſeorſum ante oculos ponemus, in quo ſequemur eos, qui quam maxime poſſibile ſit, hoc genus hiſtoriæ tradiderunt, udſcribemusque, quot gradibus illuſtres ſingulæ urbes ſecundum meridianum per eas deſcriptum diſtant ab Æquinoctiali, & quot gradibus meridianus ſingularum urbium ad ortum vel occaſum in æquinoctiali diſtat a meridiano, qui per Alexandriam deſignatur. Ad hunc enim nobis computationum accommodata ſunt tempora.* Cui loco Vir Eruditiſſimus Joannes Antonius Magini Patavinus (e) ſubjicit: *Quod igitur hic promittit Ptolemæus, perfecit egregie in ſua Geographia.*

Eam

(c) *Voſſius l. 4. de Hiſtor. Græcis* p. 482. (d) *Ptolemæus in Almajeſto l. 2. in fine.* (e) *Anton. Maginus in Commentariis & Annot. in L. librum Geographiæ Ptolemæi.*

Digitized by Google

Eam vero urbium in Ptolemæi Geographia minus accuratam dimensionem, imo quosque illius lapsus jam ante duo sæcula notarunt Illustres quique eruditione Viri, nec tamen propterea librum apocryphum judicarunt, quin comiter Ptolemæum ob summam difficultatem, quam in ea Geographiæ parte, nactus est, quamque ante eum vix alius præter Marinum persecutus est, excusarunt, & orbi literato purgarunt. Hæc autem tanquam obvia proferimus, ignari adhuc, quibus armis Ptolemæus petatur, quibusve de causis hic ei fœtus eripiatur.

VII. Clarissimus author pag. 33. contra nos tueri nititur: Jubillio post Catualdam devictum regnoque exactum portionem Regni Marcomannorum cessisse, & quanquam fateatur, id totidem verbis non esse scriptum apud Tacitum, tamen bona interpretatione & consecutione rerum, ait recte colligi. At jam quæro: Validiusne argumentum meum sit, cum dico: Jubillio nullam partem cessisse Marcomannici regni, quia hujus rei nulla apud Tacitum memoria? an alterum huic adversum, quod affirmanti probare incumbit, & cujus patrocinium firmamentumque frustra in Tacito aut alio vetere scriptore quæsierit? Argumentum illud ex consuetudine Germanicarum nationum deductum: *ut victi parte terræ, & tertia plerumque agrorum cedere domitoribus suis cogerentur*, meo quidem judicio tum valeat, quando Reges Principesque Germaniæ nomine suo, atque pro imperii sui finibus proferendis bella gesserunt. Hoc bellum autem a Jubillio solum gestum est ad tollendum invisum sibi æmulum, quem regno exuisse, aliumque a se designatum substituisse sat videri poterat Jubillio. Videmus profecto hodieque non raro hoc ritu bella geri. Ceterum dispexerit Literatissimus Vir, hic solum id me urgere: non mediam hodiernæ Bohemiæ regionem, ut passim nostri affirmant, Jubillio & Hermunduris cessisse. An ad Danubium & Augustam Vindelicorum, ut is sentit, quidpiam Jubillio obvenerit? non tantum laboro, at certe negare cuivis ex Taciti silentio proclive magis est, quam affirmare. Denique in historia Marcomannorum plura addi, & de Vandalorum in hæc confinia immigratione etiam quæpiam magis enucleari emendarique posse nos ipsi posteriore plurium authorum lectione comperimus. Nec defuturi ut Partem I hanc Annalium, quæ omnium difficillima atque intricatissima est, suo aliquando tempore magis magisque perpoliamus. Hactenus gentium istarum memoriæ passim nonnisi ex Scriptoribus latinis exquiri solitæ, sed jam palam est, græcos nonnunquam locupletissimos hoc in genere extitisse.

VIII. Solam Missiam & Lusatiam sub Jubillio, aut alio quocunque Principe nuspiam Hermunduris tribui, ut p. 34. Eruditissimus Lucubrator mihi imputat, qui cum eos has terras ex Taciti testimonio accoluisse ostendi, non propterea negavi limites terrarum suarum latius patuisse, quin in charta mea Geographica jam inde ab Herciniis montibus, eorum fines repetii, cum supersint veterum testimonia

Digitized by Google

nia eos Nariſcis fuiſſe finitimos. (f) An vero ex orientali plaga per hodiernos Sileſios diffuſi fuerint, vix clara authoritas vetuſtior in præſidium ab Hankio allata eſt. Sommerus, qui itidem Regnum Vannianum ſcripſit, Hermundurorum fines hac parte non longe ultra Albis fontes protendit. Atque hæc ſunt, quæ comiter animadvertenda cenſuimus, officioſe obſecrantes Virum humaniſſimum, ut ea æquanimitate defenſionem noſtram ſuſcipiat, qua nos ejus cenſuram tulimus. Cui imo perſuaſum volumus: magnam Eidem a nobis etiam haberi gratiam, quod ſuis eruditiſſimis dubitationibus ſolertiam noſtram excitaverit, ut hæc obſcuriora Hiſtoriæ noſtræ loca amplius dilucidaremus, & confirmaremus. Verum quoniam in argumento hoc verſamur, jam illis quoque ſatisfacere libet, qui perperam a nobis Hayecium Præpoſitum Vetero-Boleslavienſis Eccleſiæ effictum autumabant, cum nec lapis ejus ſepulchralis, nec aliud legitimum documentum id perhibeat. Quos remittimus ad diplomatarium Ferdinandi I. (g) in quo hæc leguntur: *Ferdinandus* &c. *præſentat Wenceslaum Hayek a Liboczian ad Præpoſituram Eccleſiæ SS. Coſmæ & Damiani in antiqua Boleslavia poſt obitum Franciſci Tachovienſis vacantem. Pragæ* 30. *Maji, anno* 1643. E quo quidem illuſtri loco non modo rem, ſed & annum, qui paſſim hactenus incertus vagabatur, tenemus. Vale benevole Lector & defenſionem hanc noſtram æqui bonique conſule.

AN-

(f) *Tacitus de moribus Germ. c.* 41. & 42. (g) *Schœtgen & Kreyſig in Scriptor. Rer. Germ. T. II. p.* 39.

NB. pag. 206. lin. 20. adde *qualis qualis* elegantia &c.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNUS SEXCENTESIMUS QUADRAGESIMUS QUARTUS.

Primordium gentis novæ, quæ nominis ſui fama, rerumque poſtea geſtarum amplitudine terrarum orbem implevit, fuit annus a partu Virginis ſupra ſexcenteſimum quartus & quadrageſimus, (a) ab orbe vero condito quinquies milleſimus octingenteſimus tertius ſupra quadrageſimum; quando nempe Conſtantinus III. ordine vigeſimus quartus in oriente adminiſtrabat rerum ſummam, (b) Joannes vero eo nomine IV. ac ſerie ſeptuageſimus quartus Pontifex Maximus Chriſtianum orbem regebat. (c) Illo quippe anno Czechus atque Lechus (d) Croatiæ Illyricæ Principes (e) iidemque fratres (f) novas quæſitum ſedes (g) cum

Czechus in Boemiam venit.

Digitized by Google

magna ſuorum manu (b) populique multitudine ab domo profecti, multo poſt tempore, quam patria exceſſerunt, in Bohemiam penetrantes ſub pervaſtæ, celſæque molis monte conſederunt. (i) Altero quam venit die Czechus bene mane aſſumpto fratre aliisque quatuor viæ comitibus (k) montem coram poſitum conſcendit, unde omnis illa ſubjecta terrarum facies, nemora, flumina, montes, planitiesque conſpici poterant, reverſuſque demum ad ſuos inquit: „En
Mons Řip. „montem ſublimem, quem lingua Slavica Řip dicimus, (l)
„en circumquaque lætiſſimam planitiem, terram vomeri per-
„aptam „ ſimulque ſingultus vocem ei eripiebat „at heu, in-
„quit, incultam, ac omni parte ſilvis horridam!„ (m) Poſtera rurſum luce Czechus, ut erat rerum illarum explorator mirificus, adlectis iisdem ſociis omnia circum pedem montis nemora percurſat, repertisque ex parte utraque fluviis (n) vario piſcium genere non ignobilibus (o) ad ſuos redux ex ordine refert omnia, ut comperit. Jam cum nihil magis fixum ſederet animo, quam eo terrarum ſpatio fortunarum ſuarum collocare ſedem, & diuturna aliquando peregrinatione defungi, tentandos ſuæ multitudinis animos ratus, ſub ingreſſum diei ſequentis fratrem, ac ſeniores populi ad ſe vocat, jubet cieri patresfamilias cum omni uxorum, liberorum, ſervorumque grege, ac demum ab eminente arboris trunco, cui inſederat, hæc verba ad univerſam circum-
Czechi ad ſuos oratio. fuſam concionem profatur. „Tandem metam longinquæ
„peregrinationis frater ſuaviſſime, voſque appello ſingulos,
„qui & me cognatione attingitis, & tot itinerum, molē-

„ſtia-

Digitized by Google

„ ſtiarumque ſocii eratis quoquo tempore fidiſſimi, contigi-
„ mus. Capite jam, pignora mea! dulciſſimum mecum fruc-
„ tum tam prolixi itineris; non enim immemor ſum, quam
„ erecto ſemper in ſpem animo per tot tantosque ſilvarum
„ tractus, per tam vaſtas ſolitudines, itinerumque difficul-
„ tates ſteteritis, quave patientia ſollicitudinum mearum
„ partem in hunc uſque diem tuleritis. Date quietem hic
„ aliquando feſſis corporibus, exſolvite vota, litate Diis
„ immortalibus, (p) quorum conſilio hæc ter fortunata loca
„ vobis obtigerunt. En ſuaviſſimi ſodales! terras a matri-
„ bus fatidicis ſæpenumero auguratas, a Diis Penatibus non
„ ſemel addictas, quarumque gratia cum uxoribus, libe-
„ risque veſtris me potiſſimum poſt Deos Ducem & horta-
„ torem ſecuti domo exiviſtis. Satis jam montium juxta
„ poſitorum juga, ſatis etiam ſilvarum camporumque ſitus
„ mihi explorata ſunt. Nullum enim vero ſub Cœlo ter-
„ rarum ſpatium tam vario ferarum volucrumque genere
„ abundans, nuſpiam natura a lactis atque mellis copia tam
„ profuſa, nuſpiam gleba vomeri, ſegetique accommoda-
„ tior, nuſpiam amnes, quos ex utroque montis hujus la-
„ tere profluere cernitis, tanto piſcium numero locuple-
„ tes. (q) Scite, inquit, atque inſtar oraculi rem accipite:
„ Nulla vos unquam his oris pulſabit egeſtas, nullus turba-
„ bit hoſtium metus. Ite igitur, Diisque bene juvantibus
„ novam patriam capite, ſimulque cum animo veſtro deli-
„ berate, quo nomine regionem hanc noviter inventam
„ compellatam oporteat? „ Hæc, atque alia in eam ſen-

Digitized by Google

tentiani plura dicere parantem ingens multitudinis clamor excepit, jubentium, orantiumque provinciam ab se nuncuparet, omnium sensus unus, vox erat una: „ Æquum est, „ vocetur abs te Czechia, (r) nomenque tuum ad seros po- „ steros transmittat, qui princeps, dux, migrationisque „ nostræ author caputque fuisti. „ Czechus vix compos præ gaudio animi sui, stipite, quo sederat, se erigit, projectisque sursum in Cœlum oculis mox humi procidit, ac adoratis locorum illorum præsidibus Diis terram contingit osculo; tum sublata utraque manu, & contenta, quam potuit voce, ut exaudiretur ab omnibus, in Cœlum exclamat: „ Salve terrarum beatissima, mille oraculis ab im- „ mortalibus Diis promissa! superioribus quidem tempori- „ bus omni orbata commercio cultuque hominum; at quod „ jam mihi, posterisque bene vertat, propitie nobis tradi- „ ta. Sospita, tuere, numeroque auge per omnium sæcu- „ lorum memoriam creditam tibi gentem. „ (s)

Czechia a Czecho appellata.

Quo loco non ab re futurum, qui mores, quæ vivendi ratio hominum illorum id ætatis fuerit, in pauca conferre; ut intelligamus immane quantum a majorum victus parsimonia, consuetudineque temporum vitio discesserimus, atque mirari cessemus vitam hominum istius ævi in plurimos annos productam. (t) Atque primum omnium quidem in victu continentia eorum incredibilis, brevissima prandia, delectus ciborum nullus, quod fors obtulisset, manducabant, molitæ glandes, pomorumque silvestrium communis esus,

Novorum incolarum mores, ingenium, ritus.

Digitized by Google

esus, (w) piscis nonnunquam aut fera mensarum laetitia, & pulpamentum. Vitem, ac liquorem de frumento factitium, quem cerevisiam hodie appellamus, ignorabant. Potum fontes fluviique dabant. (x) Inde supra quam credi potest, patientia laboris corpora solida, ac prævalida: (y) silvas ab radicibus vertere, proscindere aratro terram, agricolationem facere, & opus sane necessarium, ut tum inculta horrebant omnia, nec labor tam vastis nempe corporibus admodum gravis. (z) Inter felicitates maximas reputatum subinde lassa membra sub fagorum, abietumque umbris refocillare, ubi substrata frondium folia, aut gramen suavissimum somnum conciliabant. (aa) De agrorum finibus, deque uxoribus his nulla, communes omnibus liberi, communes omnibus fortunæ; atque inde nihil unquam clausum, cum nemo suum diceret quidquam, (bb) & furto nihil detestabilius crederetur. (cc) Principio adventus eorum, dum per accolas quiescere licuit, extra arcum, & telum arma illis nulla, (dd) his feras configebant, illæ juventutis exercebant corpora, illæ plerumque vestem dabant, nam, quidquid laneum, lineumque erat, ignorabant penitus, (ee) pellibus solum iisque densioribus hieme, levioribus æstate utebantur. Cumque sic inter se fas amicitiamque colerent, ab injuriis aliena erant omnia, aut si quæ tamen inferebantur, unius cujusque animus ad tolerandum erat comparatus, vindictæque ignarus, (ff) nam ne quidem judicem, apud quem actionem instituerent, habebant unum aliquem. (gg) Posterioribus vero temporibus arbiter deligebatur, quisquis e cujusque tri-

Primis Bohemiæ incolis Slavis omnia communia uxoresque promiscuæ.

Nequidem judicem habent.

Digitized by Google

bu aut familia ſenio, virtute, aut prudentia præpollebat, cujus judicio, ſententiæque, ſalva libertate, ſe ſe ſubmittebant. Quidquid is ſtatuiſſet, id eis ſanctum erat. (bb)

ANIMADVERSIONES

ANNUS JESU CHRISTI 644.

THEODORI PAPÆ 3. CONSTANTIS IMPER. 4. CZECHI 1.

Ladvocat Dictionaire Hiſtorique.

(a) Originem numerandi annos a Nativitate Chriſti Dionyſio Exiguo communiter adſcribunt eruditi, quem ſæculo VI. ſub Juſtiniano Imperatore vixiſſe docent hiſtoriæ. Inter hiſtoricos primus Beda hoc computandi genere uſus eſt. Ab Hiſtoricis res ad chartas, & diplomata Regum tranſiit, interque prima diplomata, quæ his numeris inſignita reperiuntur, refertur diploma Longobardicum ſæculo ineunte VIII. in cortice ſcriptum, quod Bernardus Montfauconius in ſuo Diario Italico produxit. Apud Francos & Germanos primum notatus legitur in Diplomatibus Caroli Magni. Quæ vero primitus apud Slavos Majores noſtros computandi ratio fuerit, nuſpiam memoriæ proditum eſt, tam ignotum etiam eſt, quam annorum, menſium, dierumque ſupputationem ſequuti, aut unde anni exordium auſpicati ſint. Niſi cum Hunnis paria feciſſe adſtruere libeat, quos lunæ calculo uſos prodit A. R. P. Pray. Poſt invecta Chriſtiana ſacra a Germanis vicinis, latinisque ſacerdotibus cum literarum cognitione omnia mutuarunt. Inter documenta noſtra vetuſta, quæ ab antiquitate ad nos transmiſſa ſunt, omnium primum reperitur diploma Boleslai Pii fundationis Brevnovienſis, quod numeris Incarnationis inſignitum eſt; quanquam plura poſteriora tempore invenire ſit, quæ omnibus notis Chronologicis carent.

Chronicon Gotwicenſe l. 2. p. 133.

Bern. Montfauc. Diar. Ital. c. 4. p. 64.

Georg. Pray. in Annalibus veter. Hunnor. Avar. P. I. l. 1. p. 15.

Quod ad annum adventus Slavorum in Bohemiam attinet, copioſe egimus in Prodromo pag. 146. & ſeqq. alibique, ubi prolatis diverſiſſimis authorum ſententiis mentem noſtram expromſimus, quænam epocha videatur veroſimilior.

(b)

Digitized by Google

(*b*) Non cohæret Chronologia: sive enim Constantinus is Hayecio fuerit Heraclii filius, sive Constantinus Pogonatus, neuter ad annum præsentem penes clavum orientalis Imperii sedit. Nam prior jam anno 641. morbo obiit, ut adnotavit Baronius, aut certe a Martina matre sua veneno sublatus est, ut volunt Petavius aliique. Alter denique primum anno 668. imperium auspicatus est. Ceterum cum Hayecius Constantinum suum ordine vigesimum quartum orientalium Imperatorem faciat, videtur is Catalogum texuisse a Constantino Magno, quo pacto Constantinus Pogonatus numerum vigesimum quartum obtinet. Anno autem, de quo hic agitur, Imperio orientali præfuit Constans Constantini filius, annusque, a quo imperium auspicatus est, currebat quartus, ut recte animadvertit Pagius.

Baron. in Annal. ad annum 641.
Petavius in Ration. temp. de succeſſ. Imp.
Pagius in Critica Baronii ad An. 644.

(*c*) Etiam Joannis IV. Papæ regimen præsenti anno non respondet: is enim jam anno quoque 641. fatis cessit, cui eodem anno Theodorus patria Hierosolymitanus successit, fuitque annus, de quo agitur, Theodori Papæ tertius.

Pagius ad An. 641. & 644.

(*d*) Cum Prodromus meus anno superiore jam prelum deseruisset, communicatus mihi est Codex Ms. optimæ notæ manu sæculi XIV. exaratus; pertinebat is olim ad rem librariam Joannis Hodiejovsky ab Hodiejova Pro-Judicis Regni Bohemiæ Viri nobilitate equestri, tum eruditione, sapientiaque sua ætate florentissimi, & quod præcipuum erat, singularis eruditorum patroni, ut passim Musarum fautor & Mæcenas audiret, de cujus laudibus, librorumque multitudine videri possunt Lupacius ad 6. Januarii, quo die is natus, & ad 11. Februarii, quo is anno 1566. mortem obiit. Item Crugerius ad eandem diem Februarii, tum Hammerschmid, Berghauer, Carpzovius, aliique passim. In hoc itaque Ms. Codice præter Martini Poloni Chronicon exaratum est Boguphali Episcopi Poznanienſis Chronicon Polonorum, illius videlicet, quem in Prodromo pag. 51. (Sommersbergiana editione deceptus) primum omnium *Czechi Lechique* assertorem dixi. At ingressus seu præfatio hujus memorati Ms. Chronici penitus differt ab exemplari Sommersbergiano, quod Tomo II. Scriptorum Rerum Silesiacarum exhibuit: nam perbrevis est, ac omni prorsum historia, imo commemoratione Czechi, Lechi, Russique abstinet, ut palam sit Codicem, e quo sua descripsit Clarissimus Sommersberg, a posteriore nonnullo fuisse interpolatum ac depravatum, Poëtæque, ne di-

Hammerſchmid. hiſtor. Wiſſehr. l. 3. p. 550. Berghauer in Prodr. Mart. Pomer. c. 7. p. 231. Carpzov. Lauſitziſcher Ehren-Tempel P. II. p. 105.

Digitized by Google

dicam fabulatoris nostri Dalemili eam prærogativam solius esse, qui primus inter Bohemos Polonosque scriptores prolator Czechi Lechique sciatur. Dignum autem judicavimus integram præfationem Boguphali ex eodem Ms. Codice totidem verbis hic exscriptam reddere, ut æquus lector rem ipsam, & quantum a Sommersbergiana editione deflectat, plenius cognoscat.

IN NOMINE DOMINI, AMEN.

Quamvis Historiographi, qui nunc Poleni a Polo Arctico nominantur, & alias a castro Polan, quod in finibus Pomeranie situm est, cui dominabantur, satis ample, & verissime originem Regum & Principum Polenorum, & eorum gesta, atque actus mirabiles, & strenuos precipue Reverendus Pater Domnus Vincentius olim Episcopus Cracovienſis, ac ceteri plurimi descripserunt, ac perenni memorie suis posteris scripture testimonio reliquerunt, tamen quia in scriptis suis de quibusdam Ducibus Polenie præsertim de Primislo Rege hodie regnante mentionem facientes, videntur ipsius Genealogie processum obmittere, idcirco ut ad ipsius genitores descendatur, necessarium est, ut progenitores ejusdem, & aliorum Ducum ac Principum Regni Polenie per nomina, & terras designentur. Et ut brevitas scribendi non obscura aditum memorie valeat commendare, sub brevitate Reges, Principes, ac Duces atque multiplicationem eorundem prout ex historicis annalibus Polenorum reperi, que in diversis diversarum ecclesiarum metrikis conspexi, & aliqua ex narratione seniorum Polenie, quibus actus illi bellici, & gesta temporum non ignota fuerunt, didici, & memorie commendavi scribere, Dei omnipotentis adjutus auxilio incepi. Primo itaque unde Reges Polenorum processerunt videamus. Tempore siquidem Regis Assueri &c. &c.

Post quæ pleraque paucis exceptis cum exemplari Sommersbergiano correspondent. Finis vero iste est:

Ego Boguphalus Episcopus Poznanienſis audivi licet peccator per visum quendam religiosum mihi dicere: Infra XXV. annos tota Polenia consummabitur, & dum a loquente interpretationem diligenter inquirerem, utrum in bono, an in malo deberet consummari, non mihi respondit, & visus evanuit. In sæcula sæculorum Amen.

Ita

Digitized by Google

ita ut verba illa de Papa a quopiam hetcrodoxo afficta liqueat; continuatio vero Godislai Baczkonis, quæ habetur in editione Sommersbergiana, penitus abeſt ab hoc codice. Cetera, cum ad rem præſentem non faciant, conferre non libuit, digniſſimum tamen mihi videretur Sommersbergianum exemplar ad hujus codicis trutinam examinare integrum. Ex his diſpicere jam licet nullam Czechi, Lechi, Ruſſive in Boguphalo haberi memoriam, omniaque illa, quæ in Sommersbergiana editione pag. 19. lin. 4. incipiendo: *Per nomina & terras &c.* referuntur uſque ad alterius paginæ lineæ 48. verba: *Nunc ad noſtrum propoſitum redeamus* a quopiam poſteriore fuiſſe interjecta; cujus quidem ſuppoſitionis interjectionisque indicia non obſcura ubique inveniet lector, ſi præfationem Sommersbergianam accuratiori indagine excuſſerit, aliosque poſteriores Boguphalo Poloniæ Scriptores, qui ipſi quoque hiſtoria Czechi & Lechi abſtinuere, contulerit, ut ita verum maneat, quod Anonymus Polonus ſæculi XIV. ſcriptor refert: ſe ſe primum hanc Czechi Lechique memoriam in Chronicis Boemorum legiſſe. Dalemilus itaque noſter, quantum hactenus conſtat, omnium primus Czechi inventor, hiſtoriæque illius architectus eſt, Czechi in quam ſolius non etiam Lechi, ſecus ac in Prodromo ſenſerim, in quo ſimul Lechi authorem feci. Nam penitius examinato, ac tandem melius intellecto Dalemili veteris dialecti Boemicæ obſcuro loco, deprehendo Dalemilum Lechi commemoratione penitus abſtinuiſſe, vocabulumque *Lech* non pro proprio ſed appellativo (quod *juvenem ingenuum & liberum* antiqua Slavica ſignificatione connotabat) accepiſſe. Quod ut coram oculis inſpici poſſit, ac cognoſci, en verſus Dalemili:

Chron. Polon. apud Sommersberg. in Scriptt. rer. Sileſ.

Dalemilus in hiſt. Boleslav. c. 2.

W ſrbſkey Yazyku geſt Zemie
Gyež Charwati geſt gmie
W te Zemi bieſſe Lech
Jemuž gmie diegiech Czech
Ten mužoboyſtwa ſe doczynie
Pro nież ſwu Zemi prowinie
Ten Czech gmiel Bratrow ſſeſt ⁊ ⁊ ꝛc.

Qui verſus genuino ſenſu ita redduntur:

In Srbica lingua eſt terra,
Quæ Charvatia appellata eſt.
In hac terra fuit ingenuus juvenis,
Is nomine dictus eſt Czech.

Digitized by Google

Hic homicidium fecit,
Propter quod terra ſua excidit.
Hic Czech habuit ſex fratres. - - -

Quam veram interpretationem eſſe præſertim tertii & quarti verſiculi unusquisque linguæ veteris Slavicæ peritus non inficiabitur. Nam ſi vocabulum *Lech* pro proprio hominis, ut noſtris hactenus placuit, accipiatur, ſenſus erit: *In hac terra fuit Lech, qui nomine dictus eſt Czech*, quod nemini probari poteſt, ut Czech & Lech pro uno eodemque habeantur. Quanquam eandem interpretationem perperam ſecutus ſit Slavici idiomatis minus peritus Hofmannus Monachus S. Emmeramenſis ſæculi XV. ſcriptor, qui cum, ut ipſe in præfatione fatetur, potiſſimum Chronicon Boleslavienſe ſeu Dalemili germanice reddidiſſet, *Czechum aliter Lechum* appellatum fuiſſe inquit. Hæc autem Dalemiliani verſiculi obſcuritas veroſimillime anſam præbuiſſe videtur erroris omnibus noſtris poſterioribus ſcriptoribus; qui cum veram ſignificationem, vimque vocabuli *Lech* non penetrarent, ex eo nomen proprium, fratremque Czechi effinxerunt. Porro quanquam vetuſtum alterum monumentum non ſuppetat, quo cognoſcamus *Lech* vocabulo majoribus noſtris *ingenuum ſeu ſtrenuum adoleſcentem* ſignificatum, tamen id palam prodit alterum ſimile vocabulum **Lichа**, quo paſſim Dalemilus utitur, cum *puellam ſeu adoleſcentulam liberam* denotare intendit, tum Frencelius Slavicum **Lichi** idem quod *liber a um* ſignificaſſe oſtendit. Apud nos vero hodiedum perdurans vox **Lechno** ſeu **Legno** ultra oſtendit vocem hanc olim pro *homine* acceptam fuiſſe. Et non leve argumentum ſuppeditat ipſa Dalemili narratio, dum commemorato hoc nonniſi ſemel vocabulo, nullam penitus ullo loco *Lechi* memoriam aut hiſtoriam, qua poſteriores uſi ſint, refert.

Chronicon vernaculum Hofmanni apud Hier. Pez T. II. Script. Auſtriæ.

Dalemilus in hiſtor. Boleslav.

Frencelius in Nomenclatura utriusque Luſat. Sect. 2. c. 2. p. 126.

(*z*) An Croatiæ Illyricæ nomen jam hoc tempore uſitatum fuerit, magnopere dubito, cum conſtet his plane temporibus Croatas primum ſtabiles ſedes his regionibus figere cœpiſſe, a quibus dein nomen Croatiæ, uti & Serbliæ ſeu Serviæ a ſerbis enatum ait Porphyrogenitus. Presbyter Diocleates, & veroſimillime ex eo Epitome Chronicarum anno 1493. Norimbergæ magno folio cum figuris impreſſa *Croatiæ* nomen, ejuſque in *albam* & *rubram* partitionem ſæculo nono ſcribunt initium ſumpſiſſe. Qua difficultate procul dubio pulſati nonnulli cumprimis Scriptores Polonici, cum Croatiæ nomen vix quidem ſæculo ſex-

Porphyrog. de adminiſt. imper. c. 31. Presb. Diocleates in regno Slavorum.

Digitized by Google

sexto, aut septimo usitatum fuisse intelligerent, ut tutiora scriberent, Czechum Lechumque ex Dalmatia venisse asseverarunt. At Charybdim vitantes, in Scyllam inciderunt. Non enim his, quibus illi statuunt, temporibus jam Slavi Dalmatiam occupaverant, terram universam adhuc Romani incolebant, ut ex Porphyrogenito videre est, & fuse persequitur Joannes Lucius. Et quanquam jam sub Mauritio & Phoca Dalmatiam sæculo exeunte sexto infestatam a Slavis ex epistolis Divi Gregorii, & Paulo Diacono * constet, tamen non prius quam anno 641. ab illis penitus sub jugum missam fuisse ex Anastasio Bibliothecario ** eruitur; qui scribit Joannem IV. Pontificem Maximum servituti mancipatos Romanos veteres Dalmatiæ incolas a Slavis Chrobatis pretio redemisse; idem sub Heraclio Imperatore accidisse synchrono Joannis IV. Papæ memorat Porphyrogenitus, & docet Lucius, atque Petavius. *

Porphyr. de admin. imp. c. 29. & 31. Lucius de regno Dalmat. & Croat. l. 1. c. 8. & 9.

D. Gregor. epist. l. 8. ep. 36.

* *Paul. Diac. l. 4. c. 25.*

** *Anast. Biblioth. in vita Joannis IV. Papæ. Porphyr. c. l. c. 30. & 31. Lucius l. 1. c. 9.* * *Petavius in succes. sum. Pontif.*

Quam testatum autem est vetustissimis historicorum monumentis, iisdem prope temporibus, quibus nostri cum Hayecio plerumque Czechi & Lechi in Boemiam adventum defigunt, Croatas Slavosque primum in Dalmatiæ aç hodiernæ Croatiæ plagis se se explicasse, tam certum est ex iisdem authoribus, & cumprimis ex Porphyrogenito, quo vetustiorem rerum nostrarum Scriptorem non habemus, contraria omnia vulgatis passim, receptisque nostris historiis hauriri. Liquet, inquam, ex illis non Boemos a Croatis & Dalmatis, sed contra Croatas & Dalmatas Slavos ex nobis Boemis profectos, illosque coloniam esse Slavorum Boemiæ. Ut igitur fabula illa de Czecho, Lechoque, quam fusissime in Prodromo impugnavimus, penitus evanescat, rem hic longius nonnihil persequi æquum est, ac cumprimis Porphyrogeniti testimonia acervare, ut plane appareat, nostros hactenus toto Cœlo aberasse, cum gentis nostræ principia ex Dalmatia aut Croatia repetierunt.

Hæc ille autem de Chrobatis suis, eorumque initiis: *Chrobati tunc habitabant ultra Bagibaream, ubi nunc sunt Belo-Chrobati. Una vero generatio nempe quinque fratres Clucas, Lobelus, Cosentzes, Muchlo, Chrobatus, duæque sorores Tuga & Buga una cum suis descendentibus ab ipsis Dalmatiam veniunt, belloque gesto vicerunt Chrobati.* Rursum: *Ceteri vero Chrobati versus Franciam commorabantur, & appellabantur Belo-Chrobati, sive Chrobati Albi proprio principi subjecti. Parent autem Othoni Magno Franciæ, quæ &*

Porphyr. de Admin. imp. c. 30. & 31.

Digitized by Google

Saxonia, baptismique expertes affinitatem cum Turcis & amicitiam contrahunt. At a Chrobatis, qui in Dalmatiam venerunt, pars secessit, & Illyricum tenuit, atque Pannoniam, habebantque ipsi etiam Principem supremum, qui ad Chrobatiæ tantum Principem amicitiæ ergo legationem mittebat. Ad aliquot vero annos usque Dalmatiæ Chrobati Francis subjiciebantur, quemadmodum & antea ipsorum terra. Rursum: *Chrobati, qui Dalmatiæ partes incolunt, a Chrobatis albis baptismi expertibus originem ducunt, qui ultra Turciam prope Franciam habitant, & Slavis Serblis contermini sunt. - - - Atque hi ipsi Chrobati ad Romanorum Imperatorem Heraclium confugerant ante Serblos, quo tempore Abares armis inde ejecerunt. - - - Quapropter Heraclii jussu iidem Chrobati armis arreptis Abares ex illis locis expulerunt, & in ipsorum terra, quam hodie* (id est anno Christi circiter 949. quo Porphyrogenitus scripsit) *sedes collocarunt.* Denique: *Magna autem Chrobatia, quæ & alba cognominatur, in hodiernum usque diem sine baptismo est, quemadmodum & finitimi Servii; equitem, peditemque non habet tam numerosum, quam baptizata Chrobatia, quippe frequentibus incursionibus infestata Francorum.*

His præmissis jam dilucidandum, ostendendumque Porphyrogenitum per *Belo-Chrobatos* non alios populos, quam *Slavos Boemiæ* intellexisse, *Magnamque* seu *Albam Croatiam* non aliam fuisse quam *Bohemiam* cum cæteris adsitis regionibus, quas Slavi jam sæculo exeunte quinto tenuerunt, & a quibus Chrobati Dalmatiæ originem sumpserunt:

Lucius l. 1. c. 11. Anselm. Bandur. in notis in Constant. Porphyr.

Et quidem primo Porphyrogenitus hos *Belo-Chrobatos* ait habitare *ultra Bagibaream:* non nescio Joannem Lucium, & ex eo Anselmum Bandurium asserere: *Bagibarias esse vocabulum Slavicum græce detortum: id est* βαβεια ορεία (*babia oria*) *quasi Babios montes, Slavice BABIE GORE id est vetulæ vel vetularum montes, eoque nomine Carpatios montes Poloniam ab Ungaria disterminantes a nonnullis appellatos fuisse:* At pace virorum istorum eruditissimorum, & de republica literaria meritissimorum dicere liceat, utrumque insigniter hallucinatum. Porphyrogenitus enim, ut ex posterius referendis apparebit, per *Bagibareas* nihil aliud intellexit quam *Bavariam,* quæ sæculo X. (quo scripsit Porphyrogenitus) non raro hanc appellationem inter Scriptores obtinuit, eandem enim scriptionem refert Chronicon Masciacense, & quam mire veteres in scriptura hujus vocabuli variaverint, jam in Prodromo pag. 65. ex Cluverio ostendimus, ubi varie detortum legitur: *Bojoarii, Bojovarii, Bayvarii, Boibarii, & Baibarii.* Cur autem græci inter α & ι interseruerint γ, vel me-

Digitized by Google

mediocriter linguæ græcæ gnarus facile rationem reddet. Ceterum per *Bagibarias* Porphyrogenitum minime intellexisse hactenus omnibus veteribus incognitos *Babios montes* ex his eruitur: Nam Porphyrogenitus non scribit *Babigorias*, ut scribere oportuisset, si Slavice Babios montes connotaret. Babi enim non Bagi Slavis vetulas, & Gor non bar *montem* significabat; ut itaque palam sit doctissimum Joannem Lucium assertionem suam soli conjecturæ superstruxisse, cum scilicet non assequeretur, quam regionem Porphyrogenitus per *Bagibareas* designatam vellet. Anselmus Bandurius, qui verba prope Lucii exscripsit, tamen fluctuationem suam non obscuris indiciis expressit in sua Tabula Geographica, quam sæpe memorato Porphyrogeniti libro adjecit, in qua nomine *Bagibareæ* jam non montes aliquos Carpaticos, sed flumen hactenus æque omnibus Geographis ignotum designavit. Nihil magis itaque certum, quam per *Bagibareas* Bajoariam intellectam, ultraque illam rectissime *Belo-Chrobatos* ex Græcarum regionum situ a Porphyrogenito rejectos. Sed ut jam palam fiat Porphyrogenitum *Belo-Chrobatorum* & *Magnæ* seu *Albæ Croatiæ* nomine non aliam regionem, populumque; quam *Slavos Bohemiæ Moraviæque*, ac eorundem regionem intendisse, ejus allata loca nonnihil hic dilucidare convenit.

Anselm. Bandur. in notis in Constant. Porphyr.

Ait igitur hos *Belo-Chrobatos commorari versus Franciam, parere Othoni Magno Franciæ seu Saxoniæ, baptismi expertes cum Turcis affinitatem, & amicitiam contrahere.* Rursum: *Eos habitare ultra Turciam prope Franciam, & Slavis Serblis conterminos esse, denique: frequentibus Francorum incursionibus infestari.* Quid amabo manifestius, quam *Boemiæ Moraviæque Slavos* his verbis Porphyrogeniti describi? Qui enim alii Slavi ultra Bajoariam & versus Franciam commorabantur, aut Slavis Serblis contermini erant, hodieque sunt quam Bohemi Moravique? hos enim jam tum Bavari, qui Francorum tunc nomine plerisque Scriptoribus veniebant, a meridionali plaga sepiebant, ab occidente vero & septentrione Serbli seu Srbi excipiebant. Hi ultra Turciam (id est Ungariam, nam Turcas omni loco pro Ungaris, & Francos pro Germanis accipit Porphyrogenitus) prope Saxoniam siti geographica descriptione rectissime deliguntur. Hos cum Ungaris affinitates & amicitias contraxisse, plerumque pace ac bello individuos socios fuisse ex Annalibus Francorum, nostris, Ungaricisque legimus; ipsa gens nostra, quæ tot incursionibus Francorum perpetuo infestata, quamque Othoni M. paruisse passim exteri memorant, nam eo plane tempore, cum hæc scriberet Por-

Joan. Lucius & Anselm. Bandur. c. l.

Digitized by Google

phyrogenitus, novimus ex historiis nostris Boleslaum sævum Ducem nostrum gravissimo bello per annos quatuordecim implicitum cum Ottone Magno; cui cum rursum tributum, alias Francis Regibus pendi solitum nova pactione stipularetur Boleslaus, & Græci & Francici Scriptores subjectum minus vere scribebant.

Quod autem tum adhuc baptismi expertem gentem nostram memoret Porphyrogenitus, id de potiori parte intelligendum est, ex ipso enim Christianno nostro liquet paganorum tum adhuc majorem vim fuisse quam Christianorum; imo constat tum non multo ante Drahomiræ tyrannide, & ipsiusmet Boleslai sævi pessimis regiminis initiis rem Christianam plurimum laborasse in Bohemia, quando post S. Wenceslai cædem dicata vero Numini templa humi strata, Sacerdotes regione exturbati, nec Christi fidem profitentes ullo pene loco essent securi quietique, indeque factum, ut neque Episcopatus institutionem, neque monasteriorum erectionem his, imo multis post annis legamus. Sed ne benevolum lectorem longioribus argumentationibus morer, atque ex ipso Porphyrogenito planissime ostendam hos *Belo - Chrobatos* non alios fuisse quam Bohemiæ Slavos, en ipsius clarissima verba: *Sciendum est servios oriundos esse a Serviis non baptizatis, qui etiam Albi cognominantur, & ulteriora Turcis incolunt in loco ab illis BOICI nuncupato, cui finitima Francia est, uti Magna Chrobatia, quæ etiam Alba vocatur. Illic initio Servii hi habitabant.* Quis vero locus ille *Boici* quam veterum Bojorum sedes, quas postea Srbi, Zechique Slavi occuparunt, quodque nomen hodie ad nos transcriptum est? Quare satis mirari nequeo clarissimum virum Anselmum Bandurium, qui tot manifestis Porphyrogeniti inspectis, tractatisque locis *Albos Serblios* in mappa sua Geographica intra Danubium & Dravum rejecerit, quem quidem hac in re corrigendum jam monuit Farlatus. Sed nec ipse rem acu tetigisse videtur, cum illos ultra Carpatios seu Crobaticos, ut ait, montes ad septentrionem in Sarmatiam reponendos judicavit. Neque vero desunt in vetustissimis patriæ nostræ monumentis *Chrobatorum* istorum memoriæ: duplicem enim Chrobatorum rempublicam, seu provinciam, seu ut tunc nostri *Zupam* appellabant, adhuc sæculo undecimo exstitisse in Boemia jam in Prodromo innuimus, & utramque his verbis refert diploma Henrici III. Imperatoris: *Deinde ad Aquilonem hi sunt termini,* (Boemiæ) *Pšovane, CHROVATI, & altera CHROVATI, Zlesane, Liusena, & Dasena, Liutomerici &c.* qua cum diplomatis Geographica descriptio-

Christianus in vita SS. Ludmillæ & Wenceslai.

Porphyr. c. loco c. 22.

Farlatus T. 1. Illyrici sacri pag. 318.

Apud Cosmam l. 1. ad An. 1086.

ne

Digitized by Google

ne exactiſſime reſpondent verba Porphyrogeniti, qui his Belo-Chrobatis finitimos fuiſſe ait Srblos, ſeu Srbos & Servios dictos, conſtat enim inter omnes authores tum domeſticos, tum exteros, veteres ac recentiores Srbos a primo Slavorum has in terras aditu hodiernæ Luſatiæ Miſniæque tenuiſſe terras, ut ita tum ex plaga ſeptentrionali tum occidua Belo-Chrobatis contermini fuerint.

Cur autem Slavi Boemiæ ac Moraviæ *Belo-Chrobati* dicti ſint, explicat Porphyrogenitus, dum ait nomen hoc nihil aliud ſignificare *lingua Sclavorum, quam terram multam poſſidentes*, indeque *Magnos Chrobatos* & regionem *Magnam Chrobatiam* appellatam. E quo liquet *Velo-Chrobatos* potius appellatos fuiſſe, Wele enim Slavicum vocabulum *magnus* ſignificabat; at cum Græci litera *u* careant, ejuſque loco plerumque literam *b* ſeu β ſubſtituant, *Belo-Chrobati* apud Græcos ſcripti leguntur. Atque inde veroſimillime profluxit, ut perperam etiam *Albi Chrobati* uti & *Albi Srbi* dicerentur, quod Bele Slavicum *albus* ſignificaret. Niſi fortaſſis tam hi, quam illi *Albii* dicti ſunt, quod ad *Albim* uterque populus accoleret, quam ſignificationem cum Græci minus perſpectam haberent per ἀσπρόι alii per ἄλπιοι quod *albos* ſignificat, reddiderunt. *Magni* igitur *Chrobati* dicti Slavi Bojemiæ Moraviæque, quod maxima terrarum ſpatia, omnem videlicet illum transdanubianarum regionum tractum a *Granua* uſque *Nabum* fluvium latiſſime in ſeptentrionem procurrentem occuparent, quodque tam numeroſo jam tum abundarent populo, ut coloniis in alienas terras emittendis ſufficerent; Nec magnopere diſputare velim alios magis ſeptentrionales Slavos Liuticios, Pomeranos, Vlcos cæterosque hoc quoque *Belo-Chrobatorum* nomine fuiſſe cenſitos, cum Porphyrogenitus illud Srbis quoque tribuat. Scilicet ea procul dubio Græcis fuit *Magna Chrobatia*, quam latini quique veteres *Magnam Sclavoniam* & *Sclaviam* nuncuparunt; quæ nominum propriorum variatio non infrequens eſt inter Scriptores præcipue idiomate diverſos his ſæculis, maxime cum ipſe Dalemilus * noſter adhuc multo poſterius ipſum *Chrobatorum* imo & *Srborum* nomen pro generali *Slavorum* compellatione adhibeat.

Porphyrog. cit. loco c. 31.

Chron. Gotwicenſe p. 673. Dalemilus in hiſt. Boleslav.

Adam. Bremenſ. l. 2. c. 12. & Author. Chronici Slav. apud Lindebr. in ſcript. ſeptentr.

Dalemilus hiſt. Bolesl. c. 2. alibiq.

Jam his copioſe in medium productis Porphyrogeniti teſtimoniis nemo inficiabitur hos *Belo-Chrobatos* Slavos Boemiæ Moraviæque eſſe, ac Dalmatiæ, hodiernæque Croatiæ Slavos ab iis originem duxiſſe, non contra, ut hactenus omnes patrii noſtri Scriptores ſenſere, Neque

Digitized by Google

que vero unus ſolusque Porphyrogenitus eſt, qui hæc aſſeruit, alii quoque graves ac vetuſti Hiſtoriographi id tradidere. Sic Thomas Archidiaconus Spalatinus ſæculi XIII. ſcriptor: *De Croatis Sclavi erant, qui de Bohemia - - - venerant.* Blondus multis idem oſtendit, ac dein ſubjungit: *Sucropilo Dalmatiæ Regi ſubdita Slavorum gens, quam a Bohemis germanis* (id eſt Germaniæ incolis) *originem habere oſtendimus.* Idem pluribus evincit Joannes Lucius, docetque Cranzius in ſua Vandalia, Bonfinius, Beſoldusque. Quorum authorum graviſſimis teſtimoniis id quoque addi poteſt: anno, de quo agitur, Croatas Dalmatiæ jam ſacris Chriſtianis initiatos fuiſſe, quod ſub Heraclio Imperatore eorumque Principe *Porge* circa annum 641. factum adnotavit Porphyrogenitus.* Ut itaque capi nequeat, quomodo Zechus Lechusque, omnisque hæc colonia gentilis adhuc ad nos pervenire potuerit, qualem hoc ipſo tempore multoque poſterius deſcribunt ſynchroni quique hiſtorici Francici.

Thomas Archid. in hiſtor. Salonitana.

Flav. Blondus l. 3.

Joan. Luc. in regno Dalm. & Croat. l. 1. c. 11. Bonfin. rer. Hung. Dec. 1. l. 10. p. 151.

Beſoldus in ſynopſi hiſtor. univerſ.

* *Porphyrog. ais. l. c. 30.*

Magna proinde Porphyrogenito, quemadmodum vetuſtiori, ita fide digniori Scriptori Græco habenda gratia, qui hanc hiſtoriæ patriæ inſignem memoriam, procul dubio alias æterna oblivione conſepeliendam, ad nos tranſcripſit, gentisque noſtræ hominum ac fratrum ſcilicet *Clucæ Lobeli, Coſentzis, Muchlo, Chrobati,* tum *Tugæ* & *Bugæ* ſororum memoriam conſervavit; quorum nominum propriorum notitia nullam antiquiorem, ne quidem Ducum noſtrorum haurimus ex hiſtoriis noſtris. Porro hos fratres non ſolos unicosque cum ſuis familiis in Illyricum, Dalmatiamque tranſiiſſe; ſed plures alios e diverſis Slavorum finitimis rebuspublicis multa perſuadent momenta: nam quis credat ſuffecturos illos fuiſſe Avaribus his locis exturbandis, ut memorat Porphyrogenitus? maxime cum conſtet eo tempore Avarorum tantam fuiſſe vim potentiamque, ut non modo Græcos Imperatores ſub jugum annui tributi miſerint, ſed & ipſi orientali Imperio excidium non ſemel minati ſint. Socios itaque ſibi habuere Srbos ex hodiernis Luſatiæ Miſniæque plagis, qui dein regnum *Serviæ* his locis fundarunt, ut docet idem Porphyrogenitus, unde jam Eginhardus quoque ait: *Sorabos magnam partem Dalmatiæ occupare.* Nec incredibile eſt emigrationis comites fuiſſe etiam quoſpiam ex *Obotritis*, cum idem Eginhardus his regionibus confines *Obotritos* Bulgaris faciat, poſtea dictos *Prædenecentos* ad differentiam cognominum, qui ad Albim perſtiterant. Et quid *Marchia Vinidorum* in earundem provinciarum confiniis indicat, quam

Theophanes & Chronicon Paſchale ad An. Heraclii XVI.

Eginhard. ad An. 822. idem ad An. 824.

Digitized by Google

quam aliam quampiam Slavorum rempublicam, qui cum Chrobatis in hæc loca immigravere? ſed de his ultra quam ſatis.

(*f*) Pulkava, qui primus Lechum minus recte intellecto Dalemilo, ut ſupra oſtendimus, in medium produxit, Lechum ſeu *fratrem* ſeu *conſortem* Czechi vocat; quam appellationem etiam ſervavit Chronicon Bohemiæ anonymi. Ms. vernaculum Pulkavæ *fratrem* ſeu *ſocium* nuncupat. *

Ms. Pulkavæ latinum & vernaculum Biblioth. Excell. Epiſcopi Litomericenſis * *Apud Menken. T. III. c. 2*

(*g*) Varias authorum ſententias de cauſa migrationis reperiet lector in Prodromo meo pag. 144. lit. ſſ.

(*h*) In Prooemio ſuo Hayecius *capita minimum ſexcenta fuiſſe* ſcribit & *nobilium turmam.* Quo loco viſo lectoque, hiſtorici noſtri poſteriores, cumprimis Paprocius, Peſſina, Balbinus, Hammerſchmid, Frank * aliique potiſſimas gentis noſtræ familias, puta Bſſovios, poſtea, ut illi ajunt, Mielniko ædificato Comites Melnicenſes, ac tandem Guttenſteinios dictos, tum Wrſſovecios, dein Bivogios ſeu Leones Haſenburgicos, & qui communia cum illis inſignia ferunt, Rziczanos, Comites Bilinenſes, Kaplirzios, Comites Cſſkanos, Schwabenskios, Benedas, aliosque quam plurimos cum Czecho & Lecho e Croatia in Bohemiam jam aſcendiſſe memorant. Non diſputo Inclytis his Familiis ſplendorem, antiquitatemque ſuam, imo quandoquidem duobus prope ſæculis prius, quam Hayecius incunabula Slavo-Bohemorum ſtatuo, nullus dubito plures Illuſtriſſimas Familias hodiedum florentes non modo ab hoc ævo, ſed a ſuperioribus etiam temporibus memorias originum ſuarum repetituras, ſi ſeu antiquitas diligenter nobis majorum noſtrorum Genealogias conſignaſſet, ſeu earum etiam plurimæ temporum injuria non interiiſſent. Non enim neſcius ſum, quemadmodum inter gentes alias, ita etiam noſtram, ut ut barbaram deſcribunt Græci latinique, ſemper virtuti ſuum fuiſſe pretium, ſemperque exſtitiſſe viros, qui a communi & plebeja conditione factis ſuis ſe ſejunxere, ſeu qui pro patriæ & Principis gloria fortiter, pro reipublicæ incrementis utiliter agentes prærogativa quapiam honoris & nobilitatis donati ſint. Nec ignarus ſum a tot veruſtis Scriptoribus celebratam *Henetorum* gentem in eo præcipuam poſuiſſe gloriam, ut præ Scythis, aliisque minus cultis nationibus prærogativam ſibi omni loco & tempore vindicaverit, ac cum primis animi fortitudine, bellique glo-

*Prodrom. Annal. Hayecian. p. 146. Paprocius in Stemmatographi. omni loco. Peſſina in Phoſph. ſepſtc. Rad. VII. p. 674. Balbin. in Auctuar. S. Mont. & Decad. II. l. 2. Hammerſchm. Glor. Prag. c. 5. * Frank. in Syntagm. Weraczickiano.*

Digitized by Google

Curæus Annal. Sileſ. pag. 18. & 26.

Carpzov. im Lauſnitziſchen Ehren-Tempel Parte II.

ria veræ nobilitatis pretium, ut etiam Curæus & Carpzovius oſtendunt, quæſiverit. Attamen id veritatis gratia, quæ hiſtoriæ anima eſt, dicere liceat, nemoque ſpero ſcribendi vitio daturus eſt, ſi aſſevero vero: fruſtra ab hoc ſæculo certa indubitataque Familiarum noſtrarum documenta repeti, interque fabulas magis, quam hiſtorias ea omnia locum mereri; quæ ingenioſe magis, quam vere ſæculorum nonniſi nobis viciniſſimorum Scriptores poſt ſummum veterum omnium ſilentium attulerunt. Sed ne rem præter firmamenta aſſeruiſſe videar, cauſæ hic proferendæ ſunt, cur minus vere concinneque Genealogiæ ab his uſque temporibus repeti poſſint. Quibus rite cognitis expenſisque, ſpero æquus lector vitas dabit manus.

Aventinus in Annal. Bojor. in præfat.

Paproc. in Ord. Domin. c. 3. p. 36. aliique.

Ludewigius Reliquiæ Mſſ. T. VIII. in præf. M. Velſe. l. 4. rer. Auguſt. Vindel.

Et omnium primo quidem certum eſt, non modo apud nos, ſed & ipſos adhuc Germanos hoc & ſequentibus tribus ſæculis nulla fuiſſe hæreditaria nomina, ut hodie uſitata ſunt; unusquiſque unum, atque id nomen geſſit, quod ſeu parentum & agnatorum voluntate, ſeu nonunquam merito aut aliquo caſu invenit, in quibus nihil unquam erat ſtabile aut hereditarium; quod ad filios aut agnatos tranſiiſſet; nam neque filius patris, neque nepos filii, aut frater fratris nomen retinuit; variabatur pro arbitrio, quemadmodum hodie in prænominibus baptismalibus fieri aſſolet. Tum adhibebantur nomina nudiſſima ſimpliciſſimaque præter notam ſignumque prærogativæ cujuſpiam ab ipſis in republica ſummis, quod nos ſequentibus partibus horum annalium, pluribus in medium producendis diplomatibus, propalam oſtenſuri ſumus, quodque vel ipſe non inficiatus eſt Paprocius noſter, quanquam contra hanc vel a ſe ipſo obſervatam regulam non ſemel graviſſime deliquerit. Poſterius mos quemadmodum apud Germanos, ita & apud nos inolevit, ut poſſeſſores ditionum ſe ſe a caſtris ſuis, locisque ſcriberent. Sed & iſtud adhuc nullum certum argumentum genealogiæ deducendæ nobis præbere poteſt: quandoquidem conſtat cognomen hoc a caſtro aut ditione ad quoſcunque poſſeſſores & poſteros etiam alterius ſtirpis ac proſapiæ tranſiiſſe. Quod vel duodecimo adhuc apud nos ſæculo uſuveniſſe ſuis locis demonſtrabimus. Unde erudite de hoc ipſo ſæculo Ludewigius: *Sæculum XII. gentilitia nomina vix adhuc habuit niſi a locis, ubi quis natus, vel editus, vel rerum dominus fuit:* Et eruditiſſimi M. Velſerus ac Spelmannus * originem plane Germanæ nobilitatis non audent ultra Henrici Aucupis, aut certe Caroli M. tempora rejicere.

quo

Digitized by Google

Quo jam certo hiſtoricæ criſis præjacto fundamento, quis non videt plerosque noſtros graviſſime hallucinatos Genealogiarum architectos, qui ſæculo XVI. & XVII. florentium Familiarum nomina anxie in ſumma vetuſtate quærentes, ſimili ſeu loci, ſeu perſonæ invento vocabulo, id tanquam certum originis Genealogiæque indicium prehenderunt, formatisque neſcio quibus inſulſis conjecturis inde deducendam eſſe ſtirpis originem plena ſecuritate pronunciarunt, etſi nonunquam ſex ſeptemve ſæculorum intercapedine neminem uſpiam hoc nomine appellatum repererint ſeu in documentis publicis, ſeu ipſis hiſtoriis.

* *Spelmannus Aſpilog. p.* 34.

Quod alterum eſt: non erat ſæculo iſto, neque proxime inſequentibus adhuc is, qui hodie regnat hereditariorum clypeorum uſus, ut eruditiſſimus Mabillonius, Chronicon Gotwicenſe, omnesque rei Criticæ gnari fuſiſſime demonſtrant. Atque ſi Coſmas* quidem e noſtris his Czechorum initiis ne quidem ſigillis uſos Bohemiæ Slavos fatetur, quis in hac gentis morumque barbarie clypeorum formas, imo ipſorummet colorum differentias, quos temere vel his temporibus adſtruit Paprocius cæterique, requirat? Joachimus Vadianus inter ipſos Germanos, quos tamen multo prius gente noſtra ad omnem diſciplinam civilitatemque efformatos novimus, adhuc ſigilla hoc & poſteriori tempore in uſu non fuiſſe oſtendit niſi ſummis. Et rem pluribus tractat Mabillonius,* nec non Dufresne; e quorum relatis liquet monogrammata plerumque, aut etiam ſignum crucis calamo expreſſum ſigilli locum vimque tenuiſſe, cujus rei documenta plurima in chartis Fuldenſibus apud Schannat, & Piſtorium conſpiciuntur. Cum vero poſt tempora ſigillorum uſus magis magisque increbuiſſet, typus eorum arbitrarius erat, ac non raro intra uniuscujuſque vitam ſæpius immutabatur, ut ex tot allatis a Dufresne exemplis pervetuſtis conſpicere licet.

Mabillonius de Re Diplom. c. 14.
Chron. Gotwic. l. 2. *c.* 1.
* *Coſm. Chron. Boh. l.* 1.
Jodoc. Vad. de Colleg. Monaſt. Germ. veter. l. 2. *p.* 34. *apud Goldaſt. in ſcript. Alemann. T. III.*
* *Mabillon. de re Diplom. c.* 14. *& ſeqq.*
Dufresne in Gloſſar. vocab. Crux & Sigill.

Hæc autem permagna & quaſi maxime præcipua ad indagandam cognoſcendamque rem Genealogicam fundamenta, ſcilicet agnomina, tum clypeorum hereditariorum ratio, quanquam fruſtra apud antiquitatem quærantur, ſarciri tamen facile potuiſſent Scriptorum ſynchronorum, aut paulo poſteriorum diligentia, ſi qui reperti fuiſſent, qui literis eorum temporum hiſtorias, hominumque inclytorum geſta conſignaſſent, quamadmodum hodie multi ex Francicis præcipue Scriptoribus plures Germanæ nobilitatis Genealogias vere fideliterque con-

Digitized by Google

gesserunt. At cum gens nostra, ut posterius ostendemus, literis primum excoli coeperit post medium sæculi noni cum invectis Christianis sacris, imo adhuc sæculo X. ordiente, ut Cosmas queritur, nemo inventus sit, qui vel Borzivogi Ducis, inter Christum profitentes primi, gesta adnotasset, quis non intelligit operam perdi omnem, si in multa anteriorum sæculorum obscuritate ac silentio familiarum origines investigentur, aut perfricta fronte, ut nostrorum nonnullis placuit, integræ arbores Genealogicæ jam inde ab hoc ævo construantur. Profecto si nec de Ducum primorum nostrorum prosapiæ genere quid certum statui potest, de quorum nominibus, numero, ordine, gestisque, ut postea videbitur, omnia dubia, incertaque sunt; quis nobilitatis origines, Genealogiasque tanquam rem oraculo proditam definire audeat? Quare ingeminandum nobis illud, quod canit Horatius:

Cosm. Chron. Bob. l. 1.

Horat. l. 4. Ode IX. ad Lollium.

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi, sed omnes illacrumabiles
Urgentur, ignotique longa
Morte, carent quia vate sacro.

Cicero de claris Oratoribus.

Valeatque huc illud Ciceronis: *Quid est superioris ætatis, quod scribi possit de iis, de quibus nulla monumenta loquuntur nec aliorum, nec ipsorum?*

Palpum itaque obtrudere familiis nostris, quiqui hoc jam sæculo, de quo agitur, eorum nomina, clypeosque exstitisse commenti sunt, quique eorum gesta & historias tam fuso calamo exararunt inter omnium veterum silentium, ac si de præsentibus scripsissent. Quo emendicato falsoque colore, ut recte animadvertit Carpzovius, tantum abest, ut ejusmodi intemperantes viri illustribus quibusque familiis gloriam conciliaverint, ut eis etiam plus dedecoris incommodique asperserint. Nam vera virtus, virtuteque parta, ut idem persequitur, nobilitas nihilo minus, quam Sol aliena, mutuataque luce, aut ejusmodi fucatarum laudum splendore opus habet. Illa per se ipsam suo fulgore per omnes ignorantiæ nubes perrumpit, perennemque facit majorum suorum gloriam, quantulorumcunque, & a quoquo demum tempore eorum certa vigeat memoria. Imo ridiculo potius quam admirationi semper fuere viris eruditis ejusmodi Genealogiarum paradoxa. Nam nemo ignorat, ut alios taceam, graviſſime ab authoribus passim vapulare fabulatorem illum Hosemannum, qui tot a postrema antiquitate repetitis impostoris fucum oblinire conatus est clarissimis

Carpzov. Lausnitzischer Ehren-Tempel P. II. p. 102

qui-

Digitized by Google

quibusque Europæ familiis. Nec incognita est severissima plurium authorum in Beccensteinium historiographum Saxonem censura, qui Saxoniæ plerasque familias a Romanis jam inde ante Christum natum repetendas docuit. *Benjamin Leuberus in quarta Monarchia.*

Adulatio, inquit Terentius, *quæstus multo uberrimus*: qua cum Scriptores sequioris præprimis sæculi viros quoque illustres capi intelligerent, origines eorum non raro ad prima orbis incunabula, aut ipsam divinitatem pene rejecere. Sic jam refert Suetonius, inventos sycophantas quospiam, qui, cum Imperatoris Galbæ aures adulationibus accommodatas comperirent, Genealogiam ejus e linea paterna usque ad ipsum Jovem, e materna vero usque ad Pasiphaen Minois uxorem deduxerunt. Sic narrat Imhofius inclytam Venetiis familiam PISAURORUM in quodam suo castro depictam ostendere arborem Genealogicam non interrupta serie ab ipso *Jove Optimo Maximo Imperatore mundi*. Et ut nostra jungamus, sic Paprocio nostro placuit quaspiam familias a bellis cum Alexandro Magno gestis repetere; Lohensteinio* Gersdorfianos olim etiam Boemiæ proceres ab Arminio Germanorum Rege, aliis denique Marquardios a Marobodui stirpe derivare. Sed *si per adulationes*, inquit Lipsius, *& vanitates explenda est narratio, audebo dicere: pereat historia!* & ut verbis Westphalii utar:** *Præstat Genealogias nescire, vel recensere nullas, quam fictas, & commentitias.* Quam detestabilia autem ejusmodi mercenaria præconia sunt, tam cuique familiæ honorificum, ne dicam glorioſum est exordia sua, memoriasque ex historiis certis, incorruptisque antiquitatis documentis legere. Et quanquam fortassis ob scriptorum veteris ævi inopiam, aut silentium nonnisi quandoque posteriores, neque multum antiquæ habeantur familiarum memoriæ, non continuo inter noviter exortas conjiciendæ sunt. Quot enim res sunt hodie, quæ in summa luce pretioque collocatæ essent, nisi earum memoriam veterum silentium consepeliyisset. Hæc justo nonnihil longius persecutus sum, quod non nesciam futuros, qui ægre laturi sint familiarum suarum Genealogias ab hoc ævo deturbari.

Suetonius in vita Galbæ c. 2.

Imhof. in Notit. Procer. Germ. l. 5. c. 16. §. 1.

Paprocius in Stemmatogr.

* *Caspar. de Lohenstein. in suo Arminio P. II.*

Lipsius in Quæst. epist. l. 5. epist. 11.

** *Westphal. Scriptor. Megopol. T. I. in præfat.*

(i) De Bojemiæ verosimillima origine, item ejus primis incolis, satis & bellis ante Slavorum adventum inveniet lector rem in Prodromo pag. 66. item a pag. 98. alibique copiose tractatam.

Digitized by Google

Dalemil. hiſt. Boleslav. c. 2.

(*k*) Dalemilus, qui primus omnium Coſmæ in recénſendis his Czechiæ initiis brevitatem multis additamentis, ſed utinam veris genuinisque amplificavit, ſeptimum numero fuiſſe Czechum, qui in montem aſcenderat, refert, videlicet cum ſex veroſimillime fratribus ſuis, quos Czecho affinxit, in quo eum etiam ſecutus eſt Hofmannus interpres illius. De hoc ſeptenario numero fortaſſis ad Dalemilum ſatis vetuſtum authorem adhuc quæpiam ſubobſcuræ traditionis reliquiæ pertigere; nam tot perſonas fuiſſe memorat Porphyrogenitus, ut ſupra *lit. s.* vidimus, quæ Croatiæ, Dalmatiæque fundamenta jecerunt, ſed male veroſimillime traditionis longinquitas, ut ſæpe fit, hiſtoriam ad initia Czechiæ detorſit, quæ ad Croatas Dalmatasque pertinebat.

Hofmann. Chron. Bob. apud Hier. Pez Scriptor. Auſtr. T. II.

Coſm. Chron. Boh. l. 1.

(*l*) Coſmas vocat montem *Rip*, quod novum monumentum eſt majores noſtros more aliorum Slavorum litera ẽ caruiſſe, ut alio loco fuſius explicabimus. Porro quanquam Coſmas hoc vocabulum tanquam *proprium* montis illius nomen accipiat, tamen veroſimillime vetuſtum Slavicum *appellativum* eſt *montem Saxoſum* ſignificans. Nam Ruſſis hodiedum *ripa* montem connotat, & *ripak* majoribus noſtris lapicidam ſeu ſtatuarium ſignificabat, procul dubio quod Saxa dolaret, qua ſignificatione adhuc utitur Hayecius, tum Dalmatæ hodiedum impetum ventorum grandium *Narip* vocant, quod in montibus plerumque regnet. Nec incredibile eſt *ripæos* ſeu *riphæos* montes nominatiſſimos ab hac veteri appellatione Slavica nomen ſuum traxiſſe, cum plerumque authores eos ad Moſcorum regiones, ubi omni tempore Slavos ſediſſe conſtat, rejiciant, & Sarnicius Moſchos antiquitus Ptolemæo & aliis Geographis *Ripæos Sarmatas* dictos contendat, quaſi dicas *montanos Sarmatas* aut montium incolas. Vere igitur Dalechampius in verba hæc Plinii commentans ait: *Fallitur Plinius, nulli enim exiſtunt Riphæi montes.* Ubi non modo negat montium quorumpiam hanc eſſe propriam appellationem, ſed & omnes montes poſſe dici *riphæos* perhibet. Poſteriores noſtri cum vetus vocabuli hujus ſignificatio temporis longinquitate intercidiſſe videatur, varie appellationem hujus montis perperam detorſerunt. Primus poſt Coſmam Dalemilus ita ſcribit:

Dictionar. Ruſſicum vocabulo ripa & mons.

Hayecius ad An. 734. & 735. Vocabul. Dalmaticum.

Cajus Jul. Solinus Polyhiſt. c. 20.

Sarnicius Annal. Polon. l. 1. c. 12.

Dalecha mp. in notis ad Plin. l. 5. c. 7.

Ale ze z te Hory na Zemi zrziechu,
Proto te Horzſe Rzyp wzdiechu.

Id eſt: *At quoniam ex iſto monte in terram proſpectatur,*
Ideo hic mons Rzyp appellatur.

Quæ

Digitized by Google

Quæ vocabuli explicatio occasionem videtur præbuisse Lupacio, ut potius Zrzit hoc est speculam a σκοπεῖν *speculari* hunc montem significatum crediderit, ac propterea Hayecii locum depravatum putaverit, sed ut videre licet, jam Dalemilus eandem scriptionem protulit. Stranskius vero utramque scriptionem servavit ac per priorem judicat montem hunc κατ' ἐξοχὴν appellatum, quos duos posteriores reliqui nostri plerumque sequuti. *Lupac. in Ephymerid. ad 15. Jul.* *Stransky reipubl. Boj. c. 2. §. 14.*

Jam ut ad historiam montis pertingamus: cum vetustis traditionibus non penitus deroganda fides sit, ut non uno loco innuit S. Hieronymus, vetustissimus autem Cosmas noster, omnesque, qui post eum scripserunt, unanimi consensu tradant primos gentis nostræ conditores sub hoc monte primum omnium consedisse, ac sua habitacula fixisse; verosimillimum mihi quidem videtur traditionem hanc referendam esse ad primoprimam hujus regionis occupationem per Sigovesum; qui cum natione Bojus fuerit, fortassis is ipse *Boemus* est, de quo Cosmas, & ad quem de novæ regionis nomine sciscitantem profectionis comites responderunt: *Unde melius & aptius nomen inveniemus, quam quia tu pater diceris Boemus* (fortassis *Bojus*) *dicatur & terra Boemia* seu Bojemia. Porro hanc historiam, quam ipse Cosmas fatetur se nonnisi senum relatione comperisse, ad Sigovesi tempora multo convenientius pertinere quam ad Slavos Czechumque, ex ipso Cosma non obscura suppetunt argumenta. Nam ut ex initio ejus libri primi constat, refert is narrationem hanc de primo omnium habitatore terræ hujus post diluvium, quem nemo Czehum, aut Slavicum populum fuisse dixerit. Quod alterum est: pugnat montis hujus situs cum relatis de Croatia & Dalmatia, unde hactenus historiæ nostræ Czechum advenisse asseruerunt; quis enim credat Czechum novæ terræ exquirendæ gratia domo egressum primum in montis istius *Rip* aquilonari plaga consedisse, cum æque fructiferas terras, tantasque, imo majores planities in omni meridionali regione Boemiæ, quam pertransire ei necessum erat, reperit. At si ad Sigovesum traditio referatur, respondet citra contradictionem situs hujus montis profectioni illius; is enim cum ab occidentali plaga, ut constat, in Bohemiam ascenderit, emensis statim Herciniis montibus saltibusque in planitiem hanc, de qua agimus, offendit, quam igitur ut melius, vicinasque omnes regiones exploraret, nullus accommodatior mons, aut specula ei obvenire potuit, quam sæpe memoratus *Rip*, unde omnia longe lateque cognosci poterant. Sed hæc conjecturæ loco sunto. Nam nec ea majoris vendidit Cosmas. *Cosm. Chron. Boem. l. 1.*

Quod

Digitized by Google

Quod ad descriptionem montis attinet, referam hic, ut eam copiosissime ad hunc locum, & non minus eleganter expressit P. Victorinus noster: Mons hic, ait, Raudnicio civitati imminet, dimidio, & si quid excurrit, milliari ab Albi flumine divisus. Arduus est, forma rotunda, & in globum facta, detonsus ac propemodum calvus, late porrectum tamen dorsum vasta camporum planities jucunde vestit. Celsus ipse sine æmulo, & suo duntaxat jugo procul intuentibus conspicuus. Sunt qui in eo nasci lapidem magnetem putent; sed experientes rerum degenerem, & in rapiendo ferro pigrum invenerunt. At vero mutationis temporum nullum aliud certius juxta habitantibus indicium. Obsesso nebula cacumine, maximos cœlum imbres, fœdamque post paulo cum fulminibus tempestatem dejicit. Sin idem vertex serenus sudusque fuerit, nihil diebus mox consequentibus futurum est neque nitidius, neque tranquillius. Hoc itaque montis jugum sollicita futuræ tempestatis vicinia curiose circumspicit, eoque non proximi modo, sed ulteriores etiam accolæ, tanquam vivo, quod ajunt, Barometro reguntur. Ob prima maxime, quæ mons genti dedit cunabula, erat ille quidem & hominum concursu frequens, & superstitione populi perquam celebris; sed traducta post gente ad Christi sacra, nomen perdidit, celebritatem non tam amisit, quam auxit. Tres nunc ædiculas habet, propter quas frequens est mortuorum humatio, ascensu gradibusque distinctas, Divoque Georgio Martyri dicatas, ab eo nomen est mutuatus, jamque vulgo mons Divi Georgii appellatur. Sacras hasce ædiculas a Sobieslao Duce exædificatas, Beatum Henricum Zdik Episcopum Olomucensem, deferente id ei munus Pragensi Antistite, rite inauguratse anno a reparata salute centesimo vigesimo sexto supra millesimum Balbinus asserit. Addit idem multam hic aquilarum, falconumque captationem aliquando fuisse; nec quæ narrat de Burgundo quodam hic loci aucupe illepida sunt. Ceterum dominicus ille dies, qui proximus est post festum D. Georgii, magnopere anniversaria celebritate locum vel hodie commendat. Eo namque die effusa omnis Raudnicio, agrisque adjacentibus paganorum multitudo magnis undique agminibus montem petit, peractisque rite supplicationibus, sordibusque criminum expiatis, religionem veram, terramque patriam Christo Opt. Max. fert acceptam. Hactenus noster P. Victorinus.

(m) Satisfecimus procul dubio amico lectori in Prodromo nostro, cum ostendimus sæculo jam sexto non modo Boemiam, sed vicinas

Digitized by Google

nas quasque regiones fuisse habitatas, quod vel eo jam majus robur acquirit, cum ostenderimus mox ante ex Porphyrogenito ex his ipsis regionibus nostris finitimisque Srborum & Obodritorum agris colonias in Dalmatiam Pannoniamque deductas. Porro cum Hayecius aliique nostri tantam regionis solitudinem, & deserta humani cultus vacua descripsere, sequuti quidem sunt Cosmam, sed non animum advertere, Cosmam loqui de temporibus post universalem cataclysmum, omniumque primo regionum iterum habitatore. Quare cum alii præsertim ex historiis exteris cognoscerent sæculo hoc, aut etiam paulo superioribus has vastas nudasque solitudines sustineri non posse, Czechum jam alios linguæ gentisque suæ homines his locis reperisse commenti sunt, quorum in numero fere primus est Dubravius, quemque postea mutatis nonnihil narrationis circumstantiis sequuti sunt Petrus Codicillus, Veleslavina, Stranskius & Paprocius, in hoc fere conspirantes: Czechum Moraviam plenam linguæ suæ populo inveniisse, cumque de Bojemiam incolentium Slavorum popularium suorum raritate esset edoctus, recta eo contendisse, principatumque inter eos consecutum. Alii rectius ex historiarum veterum crisi Germanos, scilicet Bojos, Marcomannos, Quadosque, quanquam bellis & emigrationibus attritos rarioresque his locis adhuc consedisse ostenderunt, quorum e numero Goldastus, Schminkius, Curæus aliique passim Teutonici Scriptores, qui a Slavis huc maximis agminibus immigrantibus pressi lares patrios deserere coacti sint, perstitisse eorum exiguum numerum, qui in Slavorum rempublicam adoptati, longinquitate temporis in unam cum illis gentem coierint. Illud vero a fide prorsus alienum est, quod innuere videtur Silvius,* & ex eo verosimillime Kranzius ac Goldastus: potissimam semper, etiam Slavorum tempore, fuisse in Bohemia linguam, gentemque Teutonicam, *quod Sacerdotes nostri in templis sermone teutonico, in coemeteriis tantum Bohemico verba ad populum facerent.* Nam si ritus is, cujus vestigia hodiedum supersunt in Metropolitana Ecclesia, Æneæ Silvii ætate receptus fuit, invaluit is propter Imperatoris præsentiam, aulamque illius, quæ potissimum germanis hominibus, tum legationibus ejusce gentis, Imperialis Curiæ, & Cancellariæ proceribus ac administris abundabat. At certe ritus is nonnisi inter septa Pragenæ unius urbis constrictus fuit, nec in aliis civitatibus aut oppidis unquam in usu fuisse legitur. Nec fere Germani sermonis consuetudo prius in Bohemiam irrepsit, quam Ottocari secundi temporibus; qui cum Austriæ, Styriæque simul præesset, ut sæ-

Cosmas l. 1. Chron. Boh.

Dubrav. hist. Bojem l. 1. Petr. Codicill. in Czecho. Veleslav. in Geneal. Duc. & Reg. Bohem. Stransky Respubl. Bojem. c. 4. Paproc. in Diadocho c. 5. Goldast. de regno Boh. l. 1. c. 9. ibid. Schminkius in notis. Curæus in Annal. Silef. l. 1. c. 14.

* *Silvius hist. Bohem. c. 1. Kranzius Vandal. l. 1. c. 4. Goldast. l. 1. c. 2.*

Digitized by Google

ri ſolet, Procerum Teutonicorum non minimam ſummam invexit, quos ingens clientum, plebisque turba ſequuta eſt. Primis certe ſæculis rariſſimæ Germanorum in Czechia coloniæ, ita ut ipſa quoque montana omnia per circuitum potiſſimum gentis noſtræ hominibus inſiderentur.

(*n*) Coſmas hos fluvios *Ocram* & *Vultavam* appellat, ſed cum minore loci adhuc longinquitate fluviorum præcipuus *Albis* diſſitus ſit, quare is ab illo præteritus ſit, nulla conjectura aſſequor. Pulkavæ latinum Ms. jam Albim ſupplevit, montem hunc *inter flumina Albiam, Multaviam ſeu Vltavam & Egram* reponens; quod etiam ſervavit Anonymus apud Menkenium & Silvius. At Ms. vernaculum Pulkavæ nonniſi duos Vltavam & Albim nominat, Dalemilus vero penitus fluviorum commemorationem præteriit. De fluminum iſtorum etymologia, ſcaturigine, curſu, & oſtiis alibi diſſerendi occaſio erit.

(*o*) De vario piſcium genere, quibus non modo hi amnes, ſed & præcipuæ quæquæ Bohemiæ aquæ abundant, deque eorum multiplici captura copioſe agit Balbinus Decade I. libro 1.

(*p*) Quænam Slavorum religio fuerit, diverſæ inter authores ſententiæ: quorum alii nullam eis plane fuiſſe, ut ſenſit Ludewigius, autumant, alii cum Helmoldo multiplicem idololatriæ modum, nec unam ſuperſtitionis conſuetudinem eos obſervaſſe ſcripſere, alii ad Græcorum, ut Weſtphalius,* alii ad Romanorum ſacra quam proxime acceſſiſſe putarunt, alii ex utriſque mixtam aſſeruerunt. Et quanquam Ditmarus ſcribat:** Slavi *putant cum morte temporali omnia finiri;* tamen certum eſt, eos non tam fuiſſe impios, quin eos Dei alicujus opinio imbuerit, quam etiam maxime feris, immanibus, & barbaris gentibus concedit Cicero. Nam ab omni retro memoria ab illis non modo cultum aliquem ſupremum Deum, ſed & ſua ſacrificia, libaminaque tam publica, quam privata, imo & fana & lucos habuiſſe prodit locis omnibus Helmoldus, & multo eo vetuſtior Procopius Scriptor Græcus his verbis: *Unum Deum fulguris effectorem, dominum hujus univerſitatis ſolum agnoſcunt, eique boves, & cujuſque generis hoſtias immolant. Fatum minime norunt, nedum illi in mortales aliquam vim attribuunt: At cum ſibi vel morbo corruptis, vel prælium ineuntibus, jam mortem admotam vident, Deo vovent, ſi evaſerint, continuo victimam pro ſalvo capite mactaturos: elapſi peri-*

Ludewig, T. XII. reliquiar. Mſſ. in ſuperpondio.
Helmold. Chr. Slav. l. 1. c. 83.
* *Weſtphal. T. I. monumentor. inedit. in præfat.*
Stansky reipubl. Boj. c. 6.
** *Ditm. l. 1.*
Helmold. in Chron. Slav.
Procop. de bello Goth. l. 3. c. 14

Digitized by Google

vitulo, quod promisere, sacrificant, eaque hostia vitam sibi redemptam credunt. Præterea fluvios colunt, & Nymphas, & alia quædam Numina: quibus omnibus operantur, & inter sacrificia conjecturas faciunt divinationum. Quibus ad unguem respondent, quæ nobis posteriores Ditmarus Merseburgensis, Helmoldus, Adamus Bremensis, Albertus Stadensis, Duisburgus aliique de Slavorum religione transcripserunt, & quos non modo exteri, sed etiam domestici nostri Dubravius, Pessina, Boleluczky, Balbinus-Stredovsky aliique sequuti sunt. In stuporem usque rapiunt ea, quæ de Slavorum veterum superstitione, de cruento idolorum suorum cultu, severissimisque oraculorum præceptis referunt Ditmarus & Helmoldus: nam vitam profundere, corpora mutilare, volentibus ita, jubentibusque oraculis, minime dubitabant. At materiem hanc copiose, simulque erudite persequutus est Commentario suo Philologico-Historico Abrahamus Frencelius de Diis Soraborum aliorumque Slavorum, qui in Hofmanni collectionem Scriptorum Lusatiæ T. II. insertus est, ubi præterea ejusdem generis 3. dissertationes Michaelis Frencelii reperire est. Tractat præterea de eodem genere M. Trogilus Arnkiels, Grosserus, Carpzovius, interque nostros locupletissime Stredovskius & Boleluczkius.*

Ditmar. Restitut. Merseburg. l. 1. p. 317. & l. 6. p. 382. Helmold. Chron. Slav. c. 52.

Trogilus de Cimbror. idolis P. I. c. 13. Grosser. Memorab. Lusat. P. II. Carpz. Laußnitzer Ehren-Tempel P. I. Stredovsky sacra Morav. hist. l. 1. c. 5. & seqq. Boleluzky in vita S. Adalberti.

(q) In hunc locum ita commentatur P. Victorinus noster: Cœlum in Bohemia salubrius, quam mitius, aquilones ut plurimum venti hiemem exasperant. Solum cœlo clementius. Nihil est, quod recuset ferre; oleam modo pertinaciter respuit, quam tamen vario frumenti genere, tum dulcissimorum fructuum ubertate, & quod caput est, auri argentique amplis ac capacibus venis, adamante etiam, ære cyprio, plumbo candido, ferro, & alia quavis metalli minera continuo farcit. Ac fuere tempora cum loci incolæ sive ad mitigandam humum lapidem agris exigerent, sive petulcam bovem saxo peterent, rem ejusmodi incuriositate, an inscitia interdum jactabant, quam nostra vel insania, vel cupiditas ab imis jam terræ visceribus ægre molitur. Ceterum omnis ab re rustica loco felicitas. Hac non modo ipsa regio, sed finitimi etiam late vivunt, ab ea genti cibus, potusque manat. Cetera epulares potentiorum sunt deliciæ. Piscis studiosam etiam ac delicatam gulam irritat: carpio præcipue, & fluviatilis truta, ut adeo tritum illud ac pervulgatum merito de Boemia dixeris: quidquid uspiam natura sparsit, huc omnia congessit.

Digitized by Google

(r) Czechiam rectius veriusque nomen suum traxisse a Zechis Mæotydis accolis ample persecuti sumus in Prodromo nostro a p. 50. causas autem cur nomen istud tamdiu latuerit, retulimus pag. 161. Id a quibusdam vitio nobis datum in eadem refutatione postea intellexi-mus, quod nuspiam veteri quopiam producto documento ostenderi-mus: hos ipsos *Zechos* seu *Zichos* gente ac lingua Slavos fuisse. Cui du-bio ut respondeamus, provocare licet ad omnes Byzantinos Scripto-res vetustissimos, nobisque vicinniores; qui omnibus locis his terrarum spatiis Slavos sedisse testantur; quanquam ultra fatear me locum hacte-nus in illis non reperisse, quo Zechos hos Slavos appellarent. Verum cum in laudato Prodromo nostro asseruerimus hos ipsos Zechos hodie Circassos appellari, quid de illis eruditissimus Sigismundus ab Herber-stein olim apud Turciæ Imperatorem legatus, & terrarum istarum ipse ocularis explorator referat, audiamus. Sic vero ille in sua Moscovia: *Circa hi populi seu Ziki montes Tartariæ circa Mæotydem incolunt, nec Turcis, nec Tartaris parent, sunt Græcæ fidei, & sacra lingua Slavonica peragunt.* Idem fere commemorat Olearius in suo Itinerario Persico.

Cosmas l. 1, Chron. Boh.

(s) Verba Cosmæ hæc sunt: *Salve terra fatalis, mille votis quæsita nobis, olim diluvii tempore viduata homine, nunc quasi monimenta hominum nos conservа incolumes, & multiplices nostram sobolem a progenie in progeniem.* E quibus liquet male hanc narrationem Czecho suo fuisse adaptatam ab Hayecio, & ante illum jam a Pulkava: cum constet Czechum non fuisse primum post diluvium harum regionum incolam. Sed de hoc jam supra.

Regino ad An. 889.

(t) Iisdem prope verbis nobis Scytharum mores, victum, vesti-tumque describit Regino, quibus Cosmas utitur, ut non incredibile videatur Cosmam Chronicon Reginonis ad manus habuisse, quod præ-terea ex quarumpiam posteriorum rerum narratione non obscurum est. Cosmam vero Hayecius potissimam partem ex latino in vernacu-lum transtulit, adeo ut etiam transgressionem eam a Czecho ad cor-ruptos suæ ætatis mores, veterumque Slavorum cum eis comparatio-nem adhibuerit. At Jordanus Cosmam verbis his reprehendit: *Si Cosmas*, inquit, *Strabonem, & ex eo loquentem Homerum inspexisset, pro Nomadica illa Slavo-Bocmorum vita panegyrim instruere potuisset.* Nos de di-sciplina, laudibusque veterum Slavorum seu Henetorum jam in Prodro-mo egimus.

Jordan. in orig. Slav. P. I. c. 15.

(u)

Digitized by Google

(*w*) Consentit Witichindus: *Slavorum hominum genus victu levissimo adsuetum.* Procopius multo magis absona descriptione utitur: *Vitam,* inquit, *aque ut Massagetæ victu arido, inculto que tolerant, toti, sicut illi, sordibus & illuvie semper obsiti.* Æneas Silvius inter fabulas numerat Slavos Bohemiæ glandibus victitasse, existimatque magis ab iis indigenas eorundem locorum superstites ante lacte & venatu viventes arare terram, triticum serere, fruges metere, vesciquè doctos, atque ita rudes homines, ac pene feros ad usum mitioris vitæ redactos, cui prope adstipulatur Dubravius; at utrumque pene cum stomacho refellit Balbinus.* *Witichind. Annal. l. 2.* *Procop. de bello Goth. l. 3. c. 14.* *Æneas Silv. hist. Boj. c. 3.* *Dubravius hist. Boj. l. 1.* *Balbin. Dec. 1. l. 2.*

(*x*) Adduci non possum, ut credam sæculo adhuc septimo liquoris de frumento cocti usum majoribus nostris fuisse incognitum; quandoquidem jam sæculo V. usitatissimum fuisse apud Hunnos Slavorum socios ex Prisco legimus, qui legationis ad Attilam a Constantinopolitano Imperatore missæ socius ita scribit: *Potionem ex hordeo præbentes, quam Cfamum barburi vocant.* Imo jam ante Slavos, dum germani has regiones tenerent, potum hunc non fuisse ignotum prodit Tacitus his verbis: *Potui humor ex ordeo aut frumento, in quandam similitudinem vini corruptus.* Liquorem hunc multo ante Verbi Divini Incarnationem Ægyptiis in more fuisse, & Græcis nomine Zythi, tum aliis cum primis orientalibus ac aquilonaribus populis quotidianum fuisse historice philologiceque rem enucleavit Joannes Henricus Meibomius. Slavos porro non solis fontibus fluviisque sitim restinxisse probant vetustissimorum authorum cavillationes, in eorum ingluviem ebrietatemque detortæ. Quod ad Hunnis usitatum vocabulum *Cfam*, quo cerevisiam denotabant, attinet, cum ipsi Hungarici Scriptores fateantur ipsis ignotum, nec hodie in usu esse, id verosimillime inter *Slavica* rejiciendum est, quorum permultis in linguæ suæ commercio Hunnos usos fuisse alias docebimus; & procul dubio vetusta illa nominatissimaque in gente nostra cerevisia *Cfamez* seu *Samez* appellata superiori adhuc sæculo, ut memorat Stranskius,* Satecii coqui solita, inter vestigia hujus vetustissimæ appellationis reponenda est. *Priscus in excerptis legat. p. 37.* *Tacitus de mor. Germ. c. 23.* *Heur. Meibom. de cerev.* *Procop. de bello Goth. l. 3. c. 14. Ditmar. l. 7. Helmold. Chron. Slav. l. 1. c. 52. & 82. item l. 2. c. 12. alibiq.* *Desericius de init. ac major. Hung. l. 4. Part. 2. c. 6.* *Stransky reipubl. Boje. c. 2. §. 12.*

(*y*) Procopius ait: *Sunt proceri omnes & robustissimi, colorem nec summe candidum habet cutis, nec flavum coma: neque is plane in nigrum deficit: at subrufus est, & quidem omnibus.* Et Theophanes refert tres Slavos septentrionales captos propter elegantem grandemque hujus gentis *Procop. de bello Goth. l. 3. c. 14.* *Theophanes*

Digitized by Google

in Chronographia ad IX. Maur. annum. tis ſtaturam admirationi fuiſſe Mauritio Imperatori, eorumque corporis proceritatem publice laudatam.

Vitichind. Annal. l. 2. (z) His reſpondent verba Vitichindi: *Slavorum hominum genus durum, & laboris patiens eſt; quod noſtris gravi oneri eſſe ſolet, Slavi pro quadam voluptate ducunt.*

Amm. Marcell. l. 17. c. 13. (aa) Ammianus Marcellinus jam ſæculo quarto Slavis limigantibus concedit *caſas trabibus compactas firmiſſimis*, & Procopius ſcribit: *Procop. de bello Goth. l. 3. c. 14.* *Sparſim, & rare poſitis tabernaculis regionem obtinent. Quo fit, ut magnum occupent ſpatium.* Item: *Tuguriis habitant vilibus, & rare ſparſis, atque habitationis locum ſubinde mutant.*

(bb) Æneas Silvius inquit: *Nec rurſus apud me pondus habet: omnia tum fuiſſe communia.* Polygamiam non modo inter Slavos, ſed & ipſos Hunnos olim obtinuiſſe plurimis veterum documentis teſtatum eſt; at uxorum & liberorum promiſcuum uſum fuiſſe, ſi Coſmam excipias, in alio vetuſtiore haud invenias. Quin Ditmarus ſeveriſſimas apud Slavos *Ditmarus Merſeburg. l. 8. initio.* pœnas in adulteros & fornicatores latas memorat; ſic enim ille de Polonis loquens adhuc gentilibus: *Si quis in hoc alienis abuti uxoribus, vel fornicari præſumit, hanc vindictæ ſubſequentis pœnam protinus ſentit: In pontem mercati is ductus per follem teſticuli clavo affigitur, & novacula prope poſita his moriendi, ſive de his abſolvendi dura electio ſibi datur.* Et multo obſceniorem pœnam adulterarum his verbis complectitur: *Si uxor meretrix inveniebatur, in genitali ſuo turpi & miſerabili pœna circumcidebatur, idque, ſi ſic dici licet, præputium in foribus ſuſpenditur, ut intrantis oculis in hoc offendens, & futuris rebus eo magis ſollicitus eſſet & prudens.* E quibus liquet erraſſe omnes eos, qui Slavos veteres nullis legibus adſtrictos, pecudumque ritu viventes effinxerunt. Nam idem Ditmarus ait: Slavis *Ditmarus cit. loco.* *multæ conſuetudines variæ, & quamvis duræ, tamen interdum ſunt laudabiles.*

Procop. c. l. (cc) His congrnere videtur, quæ Procopius memorat: *Ingenium ipſis nec malignum, nec fraudulentum, & cum ſimplicitate mores Hunnicos in multis retinent.* Ceterum cum Helmoldus aliique hiſtorici Slavos de *Helmold. Chron. Slav. l. 1. c. 1. alibiq.* rapinis gravius accuſant, id de populatione hoſtilium terrarum accipiendum, ubi a rapinis omnino temperatum non eſt. Et profecto vel ipſos Romanos, Græcos, Germanosque militibus ſuis omnia frœna laxaſſe ad latrocinandum in hoſtili agro, pleni ſunt omnes libri veterum,

(dd)

Digitized by Google

(*dd*) Marcellinus jam ſæculo IV. Slavis limigantibus præter longiores haſtas, *lorieas ex cornibus raſis & levigatis plumarum ſpecie linteis indumentis intextas* tribuit. Chronicon Paſchale *Slavorum aciem pedeſtrem loricatam* adfuiſſe ſcribit in oppugnatione urbis Conſtantinopoleos. Procopius* etiam clypeis uſos memorat, ſic enim ille: *In prælio pedeſtres plerumque in hoſtem eunt, clypeum telaque manu geſtantes.*

Amm. Marcell. l. 17. c. 12.

Chron. Paſchale ad ann. Heraclii XVI. Indict. XIV.

* *Procop. de bello Goth. l. 3.*

(*ee*) Omne laneum, lineumque majoribus noſtris incognitum hoc ævo fuiſſe minime veroſimile eſt. Ex ante relatis enim Ammiani Marcellini conſtat jam ſæculo IV. Slavos habuiſſe loricas *linteis indumentis intextas*, & Hunnis Slavorum ſociis telarum linteorumque candidorum uſum fuiſſe omnibus locis innuit Priſcus jam Attilæ temporibus. Ammianus Marcellinus jam calceis indutos quoque memorat, dum refert quendam ex Slavis limigantibus furore percitum *calceo ſuo in tribunal.* (Imperatoris Valentiniani) *contorto Marha! Marha!* pro ſigno bellico exclamaſſe. Unde verius Pomponius Mela: dum Sarmatas omnes *gentem habitu armisque Parthicæ* proximam nominat, quos ſua indumentorum genera, tapetesque habuiſſe ex hiſtoriis conſtat. Quanquam negandum non ſit vulgus Slavorum, infimamque plebem defruſtatam ac pene nudam longioribus cumprimis belli expeditionibus comparuiſſe, quod vel ipſe Procopius his verbis innuit: *In prælio - - - thoracem non induunt, nonnulli vero nec tritam quidem, & obſoletum habent, dum interea belluin fit, veſtem; ſed velamenta duntaxat quædam ad femur uſque tendentia, hunc in modum adverſus hoſtes conſiſtunt.* Quod igitur quemadmodum de plebe hominumque fece accipiendum, ita nullum dubium patribus familias, honoratioribusque veſtimenta etiam nitidiora fuiſſe. Sic Ugutio Piſanus ſæculi XII. Scriptor refert *Sclabinam* σκλαβίνα veſtem longiorem, villoſamque jam antiquitus Slavis uſitatam; & ſi Hunnorum pede Sclavicas res metiri libet, jam acu phrygia pictas veſtes Slavorum nobiliores geſtavere. De quo quid oculatus teſtis Priſcus ſcribat, audiamus; qui poſtquam imaginem interioris domus Attilæ oculis ſubjeciſſet, ita fatur: *Hic habitabat Attilæ uxor, ad quam a barbaris, qui circa januas erant, nactus aditum, ipſam deprehendi in molli ſtragula jacentem. Erat autem pavimentum tapetibus ſtratum, & ſuper ipſis gradiebamur. Eam famulorum multitudo in orbem circumſtabat, & ancillæ ex adverſo humi ſedentes telas coloribus variegabant, quæ veſtibus barbarorum ad ornatum inſeruntur.* Atque id cum Priſcus narret de temporibus Attilæ ante expeditionem in Gallias Italiamque factam, quis dubitet poſtea Slavorum

Priſcus in excerpt. legat. Amm. Marcell. l. 19. c. 11.

Pomp. Mela de ſitu orbis.

Procop. de bello Goth. l. 3.

Ugutio in Dictionar. vocabulo Sclabina

Priſcus in excerptis legat. p. 43.

Digitized by Google

rum Hunnorumque cultum & luxum creviſſe? cum totius Europæ ſpoliis ditati non paucos reperere opifices, artificesque, qui eorum caſtra ſecuti ſunt. Quare merito Æneas Silvius damnat nuditatem illam a quibuſdam Chronicis noſtris prolatam, & Pulkava jam laneum lineumque quid majoribus noſtris concedit.

Æneas Silv. hiſt. Bob. c. 3. Pulkav. Mſ.

(ff) Etiam vetuſtiſſimi quique ab optimæ diſciplinæ genere Henetorum gentem laudant. *Sæpe* enim, ut Tacitus inquit, *in republica plus poſſunt boni mores populi, quam bonæ leges.* Hinc Helmoldus ait: Slavos multis bonis naturalibus pollere; inter quæ ea præcipua ſint: Honorem parentibus, peregrinis hoſpitalitatem, miſericordiam pauperibus impendi, ita ut nemo egenus, nemo mendicus apud eos reperiatur, infirmos enim & ætate decrepitos illico hæredis curæ deſtinari plena humanitate fovendos. Ita fere Helmoldus. Plura de Slavorum moribus ex eodem Helmoldo, Saxone Grammatico, Alberico Monacho Trium fontium, Kranzio, Frencelio, Wolfio, Martino Zeilero, Hauguizio* noſtrisque paſſim cognoſci poſſunt. Cæterum ſi mores Slavorum hic deſcriptos Coſmas quoque ex traditione habuit, ac non potius Reginonem de populis Scythicis exſcripſit, liceat dicere: hæc omnia multo altiorem, quam Slavorum ſapere antiquitatem, & veroſimillime referenda eſſe ad primos omnium harum regionum incolas Germanos, quos prope iiſdem moribus deſcribunt Tacitus, Strabo, Herodotus, Caſſius, Julianus, Juſtinus aliique veteres, & ſi ſingula conferre libuerit, elegantiſſimum opuſculum Pauli Chriſt. Hœpfneri *Germaniæ antiquæ* titulum præferens legatur, ubi de victus parſimonia, laborum patientia, veſtimentorum neglectu, agriculturæ ſtudio, armorum genere, domiciliis, vagoque amore pene ſimilia ex vetuſtiſſimis authoribus Germanis tribuuntur.

Helmold. Chron. Slav. l. 2. c. 12.

*Saxo Gram. hiſt. Dan. l. 14. Albericus in Chron. P. I. Kranzius l. 7. c. 48. Frencel. in hiſt. de pop. Luſat. c. 6. 7. 10. 11. 12. &c. Wolfius cens. 15. Lect. Memorab. T. II. Mart. Zeiler. Theatr. Trag. p. 140. *Haugwitz. in Prodr. Luſatiæ.*

(gg) Hæc ſi vera ſunt, uti ea etiam Coſmas & Chriſtannus refert, ut ne quidem judicem primi Slavi Bohemiæ habuerint: quæro jam, qua demum authoritate apud illos *Czechus* fuerit? & qua fide poſteriores noſtri omnes non modo judicem, ſed Ducem quoque facere potuerint? quam difficillimam cum traditione vetuſtisque Scriptoribus conciliationem cum probe diſpiceret Stranskius, ait: Majores noſtros ſe ſe Czechi Ducis *paternæ magis quam herili gubernationi* ſubmiſiſſe, atque idcirco ex ejus nomine cognomentum *Czecborum* aſſumpſiſſe. Sed vel ſuo indicio ſe ſe produnt ejusmodi ingenioſa effugia, planeque pa-

Coſm. Chron. Bob. l. 1. Chriſtan. in Vita & Paſſ. SS. Ludmillæ & Wenc.

Stransky Reipubl. Boj. c. 4.

Digitized by Google

palam est, *Czechum* non alia ratione a posterioribus adstructum, quam ut aliquam etymologiam *Czechiæ & Czechorum*, quorum origo eos latebat, possent transcribere. Sed non is error unus solusque fuit Boemiæ Scriptorum, quandoquidem alia sat vetusta quoque extera Chronica suppetunt, quæ eodem errore gentis suæ nomen a similis cognomenti hominibus derivarunt; ut de Bavaris, a nescio quo Bavaro, de Hermunduris ab Hermundo, Suevis a Suevo, Saxonibus a Saxone ingente gigante aliisque constat, quæ pridem viri eruditi hujus & superioris sæculi sic argumentis suis infirmarunt, ut consepulta caput erigere non ultra possint. *Vitus Arnsbek in Chron. Bavar. Hayec. in Proœmio.*

(bb) Procopius inquit: *Slavinorum nationes non ab homine aliquo uno reguntur, sed ab antiquo plebeja, communique libertate vivunt, & idcirco res omnes, quæ vel utiles sunt vel forte difficiles, in commune consilium deducuntur.* Egregie ejusmodi concilii, quod *Zbor* vocabant, normam describit Ditmarus, Luiticiorum mores (qui primogeniam reipublicæ Slavicæ formam adhuc sæculo X. retinebant) persequens his verbis: *His autem omnibus - - - dominus specialiter non præsidet ullus. Unanimi consilio ad placitum sumet necessaria discutientes, in rebus efficiendis omnes concordant. Si quis vero ex conprovincialibus in placito his contradicit, fustibus verberatur; & si forinsecus palam resistit, aut omnia incendio, & continua depræda tione perdit, aut in eorum præsentia pro qualitate sua pecuniæ persolvit quantitatem debitæ.* Atque ex ista Comitiorum ratione (quam *Zbor* vocabant, hodieque vocant Dalmatæ ac nostri) verosimillime vetustis Slavis nomen σποροί apud Græcos enatum est, non *a sparsim & rare positis tabernaculis*, ut sensit Procopius. Ceterum testimonia Jordanis, Porphyrogeniti, Christanni Cosmæ, aliorumque jam in Prodromo attulimus, quibus democraticæ eorum reipublicæ formam profitebatur. Quod ad libertatis defensionem attinet: his verbis rem complectitur Witichindus: *Transeunt sæne dies plurimi his* (Germanis) *pro gloria & pro magno latoque imperio, illis* (Slavis) *pro libertate ac ultima servitute varie certantibus.* *Procop. de bello Goth. l. 3. Ditmarus Restitut. l. 6. p. 382. Lodereker in Vocabular. septilingui. Procop. c. l. Witichind. Annal. l. 2.*

PRÆTERMISSA.

Ad hujus anni diem XIX. Januarii Petavius mortem Dagoberti Francorum Regis rejicit, quanquam illam Baronius ad An. 647. Pagius vero ad An. 638. reponat, cujus vel eo hic memoriam præterire non convenit, quod in Prodromo nostro ex Reginone meminerimus Marahenses ab eo devictos, & pagina 168. ex Trithemio Bohemos ipsos supera- *Petavius in Ration. temp. P. I. l. 8. c. 2. Baron. Pagius ad h. a.*

Digitized by Google

ratos & Francis tributarios factos, ostenderimus. Quæstio igitur hic oritur: An adhuc libera temporibus istis, an jam Francis subjecta fuerit Bohemia? affirmat Goldastus subjectam fuisse, atque ideo verosimillime in antiquitatibus Alemannicis ex vetustis chartis Dagobertum vocat *Franciæ, Alemanniæ, & Sclavoniæ Regem.* Negat contra Glafey, Jordanus, ac plerumque Juris publici Scriptores. At si Constantino Porphyrogenito habenda fides, non obscurum ex illo est, jam tum Bohemiam Dagoberto aliqua ratione fuisse subjectam; quod quidem ultra annui tributi pensionem vix extendi debet. Porphyrogenitus autem de Chrobatis Dalmatiæ loquens (quos antea ex eodem ostendimus a Slavis Boemiæ ortos) ait eos sub initium etiam in Dalmatia Francis fuisse subjectos, quemadmodum antea ipsorum terra, scilicet *Boici*, e qua erant egressi. Verba autem ejus hæc sunt. *At a Chrobatis, qui in Dalmatiam venerunt, pars secessit, & Illyricum tenuit, atque Pannonium - - - ad aliquot vero annos usque Dalmatiæ Chrobati Francis subjiciebantur quemadmodum & antea ipsorum terra.* Nisi malimus fortassis dicere Porphyrogenitum hic maxime aciem mentis intendisse ad *Srbos*, qui cum Chrobatis in Dalmatiam venerant; nam de eorundem bellis cum Dagoberto, subjectioneque luculentiora apud veteres suppetunt testimonia. Fredegarius enim ad VIII. annum Dagoberti Regis Francorum, qui in annum Christi 629. v. 630. inciderat, refert jam *Dervanum* Ducem gentis Soraborum ab eodem illis locorum viciniis, ubi nunc Misnia est, constitutum; quem Falkenstein ex eodem Fredegario & Aimonio probat *post devictas a Dagoberto civitates Sorabicas* limitaneum Ducem isthic imposuisse. Sed fortassis rectius *Drebanus Dux* appellandus est a *Drebanis seu Drebovanis* Srbis in hodierni Gœrlicii agro considentibus, quorum memoriam in diplomate Henrici III. Imp. aliisque vetustis monumentis legimus. Rem confirmare videtur Joannes Georgius Kunschke, qui ex Ms. veteri refert, jam ab hujus Dagoberti filio Clodovæo Soraborum castrum ad Budissinam dejectum. Et cum emigratio Chrobatorum Srborumque e Boemia Lusatiaque hodierna a Porphyrogenito relata accuratissime temporibus his respondeat, non levis suspicio suboriri potest hanc verosimillime causam fuisse hic considentibus Slavis, cur jugi Francorum impatientes alias terras meditati in Dalmatiam transierint; ubi quidem primum in eandem servitutem reciderunt, sed paucos post annos se se illa penitus exuerunt, ut citato loco refert Porphyrogenitus. Quo eodem tempore plusquam credibile est se se etiam Srbos Slavosque Bohemiæ in libertatem vindicasse, maxime cum

an-

Prodromus Annal. Hayec. p. 167.
Goldast. de Regno Bohem. l. 2. c. 2. § 5.
Goldast. in script. Alem. T. II. P. I. p. 2.
Glafey in Pragmatischen Geschichten Thes. 2. p. 8.
Jordan. de Archiepiscop. c. 3. & c. 4.
Constantin. Porphyr. de administr. imp. c. 30.
Falkenstein in hist. Thur. l. 2. sect. 1. §. 9.
Cosm. Chron. Bohem. ad An. 1086.
Kunschke diss. hist. de Lus. sect. 11. §. 4.

Digitized by Google

annales Metenſes referant tum propter Francorum Regum ſocordiam, etiam Suevos, Bojoarios, & Saxones legitimam dominationem Regum Franciæ deſeruiſſe. Ut ita, ſi quod tamen jus Francis in Srbos, Bojemosque fuit, id breviſſimo temporis ſpatio coarctatum fuerit, & utraque gens poſtea uſque ad Caroli M. ævum non modo a quavis ſervitute, ſed & tributi penſione immunis fuerit. Atque hæc veroſimillime cauſa eſt, quod Francici Scriptores ab hoc ipſo puncto temporis uſque ad Caroli M. geſta penitus a commemoratione gentis noſtræ ac Srborum abſtineant. Illud vero, quod fabulatur Goldaſtus, Boemiam a ſuis initiis ſemper Germaniæ fuiſſe portionem, adeoque feudum Imperii, pridem refutavit Balbinus noſter, item Jordanus, fuſiſſime autem Glafey, apud quos hæc enucleata lector reperiet, quæ hic repetenda ſuperyacaneum cenſemus.

Annal. Metenſ. ad An. 688.

Balbin. Dec. 1. l. 3. c. 1. Jordan. d. Archi-Pincern. c. 3. Glaf. in Pragmatiſchen Geſchichten *Theſ.* 1. 2. & 3.

ANNUS 649.

Quintus is annus erat poſt noviter a Slavis occupatam Bohemiam, cum Czechus ſeorſum ipſe a promiſcua plebe, atque aliquanto præ ceteris ſplendidius habitare conſtituit. Ergo eo ipſo ſub monte Rzip ſilvas incidi, ædeſque familiæ ſuæ capaces, ceterum humiliores, quam Principis poſtularet dignitas, ædificari juſſit, perfectumque opus a filio ſuo Klen (a) Kleneczium dixit. (b) Eo Principis exemplo præ ſe nobiliſſimus quiſque, quo erant in Ducem amore ac fide certatim propter illas ædes domos exædificant, villas antiquo opere ad accipienda pecora conſtituunt, multitudo cetera ſparſim ædiculas facit. (c) Erant hæc prima gentis cunabula, unde ſenſim prorepens infantia recentis populi, incredibile dictu, quam celeriter omnem, qua late patet, Boemiam coloniis occuparit.

Kleneczium a Klen Czechi filio appellatum

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 649.

MARTINI PAPÆ 1. CONSTANTIS IMPER. 9. CZECHI 6.

(a) Non satis erat sæculi XVI. historicis nostris reperisse in sæculi XIV. Scriptoribus *Czechum* aliquem primis historiæ nostræ parentibus penitus incognitum, nisi novo prorsus ausu eidem etiam filium affingerent. Quare merito miratur Jordanus Hayecium tantopere a relatis Cosmæ recessisse, atque cum emphasi exclamat: *Tanti ergo fecit auctoritatem Cosmæ!* At vero dicere liceat: non unius Cosmæ, sed Dalemili, Petri Abbatis Zbraslavienſis, Jaroslai, Pulkavæ, Franciſci, Æneæ Silvii omniumque ſua ætate ſuperiorum, quibus perinde cognitus erat *Klen*, ac Plautinus ille *Calchas* aut *Parthuo*. Quantum igitur hactenus constat: *Klenus* natales ſuos in hiſtoria non alteri debet quam Hayecio, quem poſtea paſſim alii ſequuti ſunt Veleslavina, Balbinus, Hammerſchmid, Puczalka, Lupacius. Quanquam non defuerint etiam Hayecio poſteriores, qui eum ex hiſtoria noſtra expunxerunt, ut fecit Paprocius* & Pontanus. Atque cum fabularum eadem, quæ famæ, ſit ratio, creſcunt enim ambæ *eundo*, ita quibuſdam Hayecio poſterioribus placuit integram de *Kleno* iſto contexere hiſtoriam, quæ eodem fundamento, quo nominis ipſius inventio, nititur. Sic inter ceteros Balbinus hæc de eo refert: *Filium unicum Klen nomine cum & ingenio (quod Hereum filiis ſæpe accidere videmus) & corpore debilis eſſet, nulla patris merita regnandi ideneum effiecre potuerunt; ita factum, ut cum populus ob recentem patris memoriam Klenum in toto deſerere nollet, & Klen ipſe conſcientia imbecillitatis Ducis perſonam ſuſtinere cum dignitate non poſſet, utrique quieverint, & novi Ducis electio in mortem Kleni XV. ipſos annos dilata ſit.* Paulus Puczalka vero ait *Klenum* paulo poſt patrem Czechum anno 306. mortuum, atque ideo gubernationem terræ Bohemicæ ad ſeniores & Proceres recidiſſe.

Jordan. de orig. Slav. P. I. c. 15. §. 34.

Veleslav. in Geneal. Duc. Boh. Balbin. Dec. 1. l. 7. c. 1. Hammerſchm. hiſt. Wiſcher. c. 1.

**Paproc. in Diadocho c. 5. Pontanus in Bab. Pia. Balb. cit. l.*

Puczalka in navicula Eccl. ad An. 306.

(b) Locus is hodie ſupereſt non longe a monte Rzip remotus in regione Rakonicenſi quinque milliaribus Praga diſſitus.

(c) Quandoquidem authores quique res Slavorum Hunnorumque adhuc ſæculo VI. & VII. tantopere deprimunt, ut nihil ſplendo-

ris

Digitized by Google

ris elegantiæque seu in ædibus, seu supellectili eluxisse, imo sorditiem omnia fœdasse scribant, libet hic ex Prisco & Jornande quæpiam de Attilæ Aula excerpere, ut Slavorum inde res conjici possint; quandoquidem Procopius eos potissimum Hunnicam consuetudinem servasse memorat. Atque si hæc jam sæculo quinto Hunnis norma fuit ante visa vastataque nobiliora Europæ loca, vix dubitare licet post duo sæcula Duces Bohemiæ paria, aut certo paulo inferiora habuisse. Sic autem de loco, quo Attila resederat, loquentem Priscum inducit Jornandes: *Inde non longe ad vicum, in quo Attilla morabatur accessimus: vicum inquam ad instar civitatis amplissimæ, in quo lignea mœnia ex trabibus nitentibus fabricata reperimus; quarum compago ita solidum mentiebatur, ut vix ab intento posset junctura tabularum comprehendi. Videres triclinia ambitu prolixiore distenta, porticusque in omni decore dispositas: Area vero curtis ingenti ambitu cingebatur, ut amplitudo ipsa regiam aulam ostenderet. Hæ sedes erant Attilæ.* Porro sedes ipsas Attilæ sic describit Priscus: *Etsi eminentiore loco conspicuæ, tamen ex lignis pro gentis more, & tabulis eximie politis exstructæ, & ambitu ligneo non ad munimentum, sed ornamentum circumdatæ.* Et dein *Postridie ad domus Attilæ interiora septa me contuli - - - Intra illa septa erant multa ædificia partim ex tabulis sculptis, & eleganter compactis, partim ex trabibus opere puro, & in rectitudinem affabre dolatis, & politis, quæ erant interjectæ, lignis ad tornum elaboratis exstructa & composita. Circuli autem a solo incipientes in altum assurgebant certa proportione & mensura.* Quæ si jam quis cum historiarum nostrarum memoriis conferat, reperiet majoribus nostris eandem olim prorsus architectandi normam fuisse.

Jornand. de rebus Get. c. 34.

Priscus in Excerpt. legat. p. 39.

Idem eit. p. 43.

PRÆTERMISSA.

Cum Hayecius a præsenti Anno 649. omissa omni trium annorum historia ad annum 653. transilierit, non prætereundum hic censeo Martyrium S. Emerami Martyris, quod tanquam chronologia verosimillima Baronius, Pagius & Raderus ad Annum 652. diem X. Calend. Octob. rejecit. Cujus sancti memoria pluribus titulis ad historias nostras pertinet; tum quod in vicina nobis Bavaria pretiosum sanguinem fuderit, tum quod primis maxime post invecta Christi sacra temporibus genti nostræ cultus fuerit, adeo ut ante allatas anno 1156. die 21. Decembris Mediolano per Wladislaum Regem S. Mauritii insignes reliquias, ejus festus dies in Ecclesia Pragensi solemni officio celebratus fuerit, a quo demum anno in *Commemorationem*, quæ hodiedum perdurat, transiit. Cultum vero hujus sancti procul dubio invexit

Baronius in Annal. Eccles. ad d. an. item Pagius ad d an. Raderus in Bavar. S. T. I. Breviarium Pragense Ms.

Digitized by Google

frequentissimum illud Cœnobitarum Ordinis S. Benedicti ad S. Emeramum Ratisbonæ cum Brevnovienſibus aliisque ejuſdem Inſtituti monaſteriis Bohemicis commercium, demum Gymnaſium illud ibidem ſæculo X. & XI. florentiſſimum, quo non modo nobilitas noſtra, ſed & ipſi Duces filios ſuos ad combibendum literas probitatemque mittere ſoliti erant, denique diœceſis communio; cum ante erectum Epiſcopatum ad Ratisbonenſis Præſulis jura Bohemia pertinuerit. Ut taceam inſignem partem ſacri Corporis hujus ſancti ſingulis annis feſto ejus die in Eccleſia Metropolitana publicæ veneratione proſtitiſſe.

Peſſina in Phoſph. ſeptic. Rad. IV p. 518.

Apud Rader. in Bavar. S. T. I.

Grinewaldus ex Mſſ. membranis adnotat: In proverbium & ritum perveniſſe, *ut termini pacti, vel ſolutionis, vel ſtipendii in S. Emerami diem conſtituerentur*; quod idem apud nos ſæculo decimo & undecimo in uſum redactum pluribus documentis comperimus, & maxime ex diplomate Boleslai Pii Cœnobio Brevnovienſi dato, ubi hæc leguntur: *Et in feſto S. Gnerami* (Emerami) *Epiſcopi Ratisbonenſis reſiduum.* Sat vetuſtum hoc quidem a ſæculo X. teſtimonium, quo S. Emeramus adſtruitur *Epiſcopus Ratisbonenſis*; at negat id Pagius, ac ſolum adventitium Antiſtitem fuiſſe probat: quod Epiſcopatum Ratisbonenſem ſerius excitatum, primumque ejus Epiſcopum Wicterpum fuiſſe conſtet.

Anonymi Chron. Bob. c. 24. apud Menken. T. III.

Pagius in Critic. Baron. ad An. 652.

ANNUS 653.

Receſſio Lechi.

Primus omnium ab eo loco, quem frequentibus tuguriis ceperant, Lechus Princeps fratrum minor: (a) ſecedendi initium fecit. Is cum popularium manu eam occupaturus Boemiæ partem, quæ in orientem ſolem ſpectat, cum ſuos, priuſquam omnino diſcederet, ſupremum ſalutaret, atque ii ab eo magnopere contenderent, utne progrederetur longius, ut ſi qua forte extrema vis repente ingrueret, laborantibus ſuis auxilio eſſe poſſet: negavit ſe tridui itinere abfuturum. „ Atque ut certum ha„ beatis, inquit, facturum me, quod dixi, qua parte ſil-

va-

Digitized by Google

„ varum ſub primam tertiæ noctis vigiliam, promicantem „ inter fumum flammam conſpexeritis, ea parte ſcitote, „ Lechum conſediſſe. „ Hæc inter illos poſtremum loquutus altiſſima nemorum, ac vix expedito homini pervia ingreditur, multumque luctatus cum pertinaci frutice, tertio demum die ſub primam noctem ex illa ſilvarum voragine emergit, ſtatimque ab eo loco, quem animo deſtinarat, popularibus ſuis in monte Rzip fumum ſimul, ſimul flammam oſtendit. Inde recreatis ab itineris moleſtia ſuorum animis, ad locum, quem ceperat, tumultuario opere muniendum converſus, novum oppidum in plateas vicoſque deſcribit, primæque poſt Klenecium coloniæ qua vallo jam, qua foſſa cinctæ ab indice fumo Kaurzim, ut ſi fumariam dicas, nomen imponit. (b)

Urbis Kaurzim initia.

Secundum Lechi abitum omnium verſi in Crocum ſunt oculi. Ingens hominis in populo nomen, & a Principe dignitate ſola inferius. Adjuvabat ipſe famam opibus, illas induſtria conſilioque augebat. Prudentior quippe, quam ætate provectior. Fiebat itaque, ut ab ceteris frequens ad hominem multitudo conflueret, eumque unum litium ſuarum cauſarumque diſceptatorem, atque arbitrum percoleret. Neque ille, cum omnes blande appellando, tum æquitate ſumma res dubias ſtatuendo, ſibi, populoque deerat. Jamque apud Principem etiam magnus conſpicuuſque haberi cœpit; cui poſtremo ſic ſe per omnia probavit, ut ipſo quoque judice haberetur dignus, qui potiſſimum ſibi in Principatu ſuccederet. (c)

Croci divitiæ, prudentia, apud populares exiſtimatio.

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 653.

MARTINI PAPÆ 5. CONSTANTIS IMPER. 13. CZECHI 10.

(a) Author is, quicunque Boguphali Prologum editionis Sommersbergianæ interpolavit, suisque additamentis auxit, *Lechum* inter tres fratres primogenitum facit. Sic enim ille: *Ex his Pannoniis tres fratres filii Pan Principis Pannoniorum nati fuere, quorum primogenitus Lech, alter Rus, tertius Czech nomina habuerunt, & hi tres, hæc tria regna Lechitarum, Ruthenorum, & Czechorum, qui & Bohemi, ex se & sua gente multiplicati possederunt, & in præsenti possident - - - quorum majoritas semper apud Lechitas, & dominii ac totius superioritatis imperii, prout tam ex Chronicis, quam ex gradibus apparet, habebitur.* Quæ verba authoris retuli, ut somnia illa alia atque alia appareant, quæ quique Scriptores de his fratribus protulere. Ceterum non is unus est, qui, (secus ac nostri omnes sentiunt) Czecho primogenituram disputat; idem asserit Commentator in Vincentium Kadlubek, Dlugossius, Sarnicius, ac pene reliqua Poloniæ historicorum turba.

Boguphali Chron. Polon. apud Sommersberg. T. II. Script. Silef.

Apud Sommersberg. T. II. in præfat. Dlugoss. l. 1. Sarnic. Annal. Polon. l. 4. c. 14.

(b) Hujus de Kaurzim historiæ nec meminit Cosmas, nec Dalemilus, nec Pulkava, nec Æneas Silvius, verbo nemo ante Hayecium, ne quidem synchronus illius Dubravius. Pulkava ait Lechum transisse *Alpes nivium, quæ dividunt Boemiam & Poloniam* post suam a Czècho secessionem, idem refert Anonymus Chronici Boemiæ. Æneas Silvius in Poloniam profectum memorat, quem secutus etiam Dubravius.* Quin Dalemilus c. 77. urbem hanc adhuc initio sæculi XIII. nomen *Zliczkow* tenuisse memorat, ac demum post prælium inter Przemislum Ottocarum I. & Diepoldum Principem Zliczensem ob inter fumum obtentam victoriam *Kurzim* appellatam.

*Pulkava Ms. latin. & vern. Anonym. apud Menk. T. III. c. 2. Silv. hist. Boh. c. 3. * Dubrav. hist. Boj. l. 1. Christan. in vità & Pass. SS. Ludmillæ & Wencesl.*

Jam: civitas hæc antiquitus *Kurim*, ut ipsam adhuc appellat Christannus, dicebatur; juxta Hayecii narrationem a veteri Slavico vocabulo Kur quod *fumum*, seu Kurim & Kuriti quod *fumare* significabat, derivata voce. Atque hæc ipsa vox vetusta, quæ in diplomatibus etiam nostris occurrit, novo firmamento est: Majoribus nostris neque dyphthongos, neque literam ť in usu fuisse. Est autem ea ipsa urbs, quam Zacharias Theobaldus Casurgim Ptolemæi credidit, quam

Zach. Theobald. in Topogr. sect. 5. Prodr. Annal. Hayec. p. 70.

Digitized by Google

quam opinionem jam in Prodromo noſtro refutavimus. Neque ſolius urbis, ſed integri Principatus cognomentum adhuc ſæculo X. ut ex Chriſtanno conſtat, tulit, cujus Principes nonnunquam ipſis Pragenſibus metuendos ex ordine videre eſt apud Stransky & Paprocium. Quemadmodum vero hæc urbs prima omnium ab Hayecio ejuſque ſequacibus ante conditam adhuc Pragam commemoratur, ita iidem primam muris ſeptam, egregioque opere contra omnes hoſtium inſultus munitam ſcribunt, ut poſtea Boleslaus Sævus non dubitaret eo Bohemiæ univerſæ Tabularium transferre; quæ quidem cum vetuſtiſſimi noſtri Scriptoris Chriſtanni relatis pugnant; qui ante Libuſſam ipſamque Pragam nullam inter Slavos Boemiæ urbem exiſtitiſſe affirmat.

Stransky reipubl. Boj. c. 2.

Paprocius in urbib. p. 178.

Chriſtannus cit. loco.

Supereſt hodie eadem civitas, quamvis non pari ſplendore ac poteſtate, inter regias tamen locum habet, in clypeo mœnia urbis duabus turribus conſpicua, quas inter leo coronatus Bohemicus veluti pro excubiis conſiſtit, gerit; cujus typum cum ipſa urbe, qualis ſuperiori ſæculo erat, rudi ſcalpro excuſum dedit Paprocius. Ab eadem denique hodie etiam integra regio, noſtris *Kaurzimsko* appellata, nomen ſervat, quam equini capitis frænati effigiem referre ſcribit Balbinus, eam vero noviſſime excuſam in publicum emiſit R. P. Erber inter ceteras, quanquam minus accurate conſignatis nonnullis limitibus, qui paucis abhinc annis alterati ſunt.

Paprotzky in urbibus p. 177. Balb. Dec. 1. l. 1. Erber in Notitia Illuſtr. Regni Boh.

Noſter P. Victorinus ad hunc locum præterea adnotat ex Stranskio: „ In hac provincia eſt ſilva *Fidolecz* dicta, per quam Praga Boe- „ mo-Brodam euntibus iter omnino capiendum eſt. Tantum olim la- „ trociniis infamis fuit, ut cum locum graſſatoribus nobilem majores „ noſtri indigitare vellent, proverbio ſuo dicerent: Geſt tu, czo na „ Fidrolczy. „

Stransky Reipubl. Boj. c. 2.

(c) Si Coſmas attente legatur, facile agnoſcetur eum inter Boemum ſuum (ex quo poſteriores Czechum fecere) atque Crocum magnum intervallum temporis, & fortaſſis ſæculorum interceſſiſſe, quod etiam innuere videtur Dalemilus, ita verſificans:

A kdyż mnohý minu Kok
Wſta w zemi muż gemuż diechu Krok.

Quod idem facit Pulkava, & ejus amplificator apud Menkenium; ut itaque vix diſpiciam, quo pacto Hayecius, eumque ſequentes: Czecho coævum Crocum facere potuerint.

T. III Script. German. rer. præcip. Saxon. p. 1619.

Digitized by Google

PRÆTERMISSA.

Ad hæc tempora quique Luſatiæ Scriptores referunt initia urbis Budiſſinæ, de quo quidem vadem agere nolim; at certum tamen eſt ex adductis ſuperius Conſtantini Porphyrogeniti locis Srbos jam hoc tempore, imo multo ante hæc locorum confinia tenuiſſe. Juvat Joannem Georgium Kunſchke hac de re differentem audire: *Conſtat,* inquit, *ex veteri, quem ſupra laudavi, Mſ. Codice, & ex Peuceri Idyll. 70. 76. & 77. Sorabos in monte propter Budiſſam, qui hodie dicitur* der Pretſchenberg *arcem habuiſſe, quam vero Clodovæi M. Francorum Regis miles ſub annum Chriſti 650. funditus delevit, aliamque loco opportuno, & a natura munito in ardua rupe, ubi in præſentem diem uſque arx Budiſſinenſis conſpicitur, exſtruxit, eamque Ortenburgum appellavit. Ad hanc arcem Franci tres tabernas in viatorum uſum ſtatuerant, quæ cum aliis quibusdam temporis progreſſu ædificatis domibus initia urbis Budiſſinæ fuerunt.* Hinc etiam Carpzovius caſtrum Ortenburg duobus facile ſæculis prius conſtructum autumat, quam Budiſſa in civitatis formam tranſierit. Totum terrarum illarum tractum, quo etiam hodie Gœrlicium includitur *Trebovane* a Drebo Slavico vocabulo ligna ſeu ſilvas denotante dictum ex diplomate ante laudato Henrici III. Imperatoris, noſtrisque hiſtoriis poſterius referendis colligimus, & innuere videtur vox *Ducis Dervani* ſeu *Drebani* hic a Dagoberto conſtituti, uti ſupra ex Fredegario & Falkenſteinio attulimus.

Kunſchke diſſert. hiſt. de Luſat. ſect. II. §. 4.

Carpzov, Laußnitziſcher Ehren-Tempel P. I. c. 14.

ANNUS 657.

Lechus interea deducta tam auſpicato colonia, continuo habuit, qui veſtigia ſua premerent. Manuchus erat cognationis neceſſitudine Czecho junctus; is re domeſtica potens, ad eam maxime Boemiæ partem intendit animum, quæ occidentem ſolem reſpicit: quam comperto culturæ patientem eſſe, injecto mox pago (Charvaticium dixit) (a) poſſidere cœpit. Secutus patrem filius, non longe inde in Rabus, (b) dato ab ſe nomine, humili vico conſe-

Fundatur Charvaticium & Rabus.

Digitized by Google

ſedit. Eadem molientes Hoſtum & Czernauſſium fratres, diſpar fortuna excepit. Czechus quam erat futurorum prævidens, interiora terræ petere volentibus, abeundi copiam negavit. Mirantibus Principis animum, atque ultro etiam, quo conſilium ſpectaret, percontatum venientibus, „ Exploratum habeo per ſpeculatores, inquit, ſupra caput „ gentem eſſe, lingua, moribus, cultu, Diis denique ac ſacris a nobis abhorrentem, (c) quæ dudum limis creſcentem circa ſe, atque intra viſcera ditionum ſuarum pullulantem rem noſtram aſpiciat. Ab ea quid ego unquam „ tranquillum, fidumve ſperem? ne amicis quidem præbenda nocendi facultas eſt. Quid ignoratis vos ſeceſſione hac veſtra aperiri illis, ſternique viam, & vel quieſcentes ad invadenda, quæ tenemus, ultro paucitate noſtra invitari? at quieta ſunt omnia. Sint ſane, atque ut „ ita ſint, Deos oro. Sed quam metuo, ne ſerenitas hæc „ celeriter vertatur in turbinem. Quo malacia cœli major, eo tempeſtas futura eſt terribilior. Suſpecta eorum „ quies eſt, qui norunt motus atque turbas ſibi malo eſſe „ poſſe. Abite modo, viresque populi diſtrahite, & jam „ violenti aderunt, quos nunc quietos appellatis. Cur igitur inquiat alteruter veſtrum, Lechus cum multitudinis „ parte abiit? cur Manucho commeatum dediſti? equidem „ fateor, dandum erat aliquid fratri, aliquid etiam cognationi tribuendum. At vos, ſi hodie dimiſſurus ſum, „ quem mortalium circa me ſervavero? neque hæc eo conſilio dico, quod eodem hærendum veſtigio, populumque

Digitized by Google

„ non distrahendum censeam; non ita, est Diis gratia! amens „ sum: lente, ajo, hæc terra devoranda est, & citra uni- „ versi corporis periculum ingerenda. Quin igitur vos, „ donec vitam duco, mecum hic commoramini, ab excel- „ su meo, quem instare jam præsagit animus, facite, quod fa- „ ciendum e re publica censueritis.„ Magno assensu fratrum excepta est Principis oratio, quorum alter, ut erat reclinatus ad abietem: „ Bene habet; inquit, hodie primum „ agnovimus, quid Principem inter, nosque interfit. Æ- „ quum igitur erit, nos hic consistere, locumque domiciliis „ capere, si ita quidem non ab re esse judicasti. „ Tum a Principe ad cogendas operas egressi, alius alio loco ad radices Rzipianas fundamenta moliuntur. Hostus in septentriones versus non modicæ magnitudinis domum erigit, adjicitque prædium ad pecus coercendum. Idem contra meridiem Czernaussius facit. Prius illud prædium a summitate elati fastigii: *Prædii alti* vulgo wysoký Dwur, (d) illud alterum a conditore *Czernaussii* (e) nomen invenit.

Prædia Wisoki Dwur & Czernauss. condunntur.

ANNUS JESU CHRISTI 657.

VITALIANI PAPÆ AN. 1. CONSTANTIS IMPER. 17. CZECHI 14.

(a) Charvaticium istud hodiedum perstat in provincia Rakonicensi, consignatum in majore nostra mappa Geographica vocabulo *Karwatez*. Alterius ejusdem nominis vici exædificationem profert Hayecius ad Annum 766. Si nomina ista, vicique hanc ætatem sapiunt, quidni reliquias dicamus Chrobatorum, quo nomine Slavos Bohemiæ compellat Porphyrogenitus? Constat enim posterius, & usu-

Digitized by Google

usque in præsens tempus *Charwatas* dici, quos antiquitas *Chrobatos* appellavit. *Dalemilus in histor. Boleslav. c. 2.*

(*b*) Vicum hunc inter Launam & Pontum adnotatum reperio in vetusta rudique mappa Geographica sub Ludovico Rege nostro excusa, hodie nusquam in mappis nostris comparet. *Hayecius ad An. 644.*

(*c*) Gens ea lingua, moribus, cultu, Diisque a Slavorum sacris abhorrens, Germana scilicet, hoc sæculo remotior jam fuit, quam ut credidit Hayecius, atque ultra Nabum, Reginum, Danubiumque fluvios rejecta. Ex Mſ. enim Bibliothecæ Vindobonensis & Chytræo jam in Prodromo nostro ostendimus Marcommannorum Bojorumque reliquias, hinc inde tum adhuc Slavis intermixtas, quod eorum dominationi subesse nollent, Boemia egressas anno 805. se se Alemannis Bojoariisque ultra Danubium positis sociasse, reliquos pauciſſimos quosque in Slavorum rempublicam transiisse, ut plane dubium non sit duorum sæculorum decursu, eos mores, ritum, linguamque Slavorum induisse. Itaque germana illa gens capiti Czechi ad montem Rzip considentis minime proxima impendebat, viciniſſimæ enim huic monti plagæ Bohemiæ, quæ occidentem & Aquilonem respiciunt a popularibus Srbis erant occupatæ, orientales vero a Polonis & Marahensibus. Sed postea luculentius Hayecii hallucinationem detegemus, qui ab his ipsis plagis jam Germanos sediſſe ratus est. *Lambec. Bibl. Vindob. l. 2. Chytræus in Præoem. Metr.*

(*d*) Vocabulum hoc wyſoký Dwur minime antiquitatem hanc sapit. Nam Slavis, majoribusque nostris *altus* significabat Wyſe, ut aliis prætermiſſis ex vocabulo Wyſegrad liquet. Et Dwur seu Dwor antiquitus proprie significabat *Curiam Principis*, unde Dworniġ *curialem* dictum inquit Presbyter Diocleates. Posterius nonnisi accidit, ut prædia etiam nomine Dwor seu *curtis* venirent, nam cum Principes, exædificatis sibi palatiis animi levandi & venandi causa in ejusmodi prædiis rusticarentur, Dwori postea appellavit vulgus, quemadmodum a *Zupanis* proceribus ejusmodi prædia *Xupane* seu *Zupane* apud Dalmatas dicta sunt. Propria autem significatione majores nostri prædia vocabant Tynny quasi *sepimenta*, quod ad recipienda pecora plerumque nonnisi sepimenta fierent, ut de prædio, quo stat hodie nomenque trahit Teynensis Pragæ Ecclesia, pluribusque aliis urbibus viciſque Bohemiæ *Tyna* nomen conservantibus constat. *Presb. Diocleates in regno Slavor. & Luc. de regno Dalmat. & Croat. l. 2. c. 15. Idem Presb. Diocleat.*

Digitized by Google

(e) Si nomen hoc ad ſæculum iſtud referendum ſit, *Zernus* aut *Zernuſt*, quod *nigredinem* ſignificabat, appellatum oportuit. Conſtat enim Slavos, majoresque noſtros dyphthongis caruiſſe, quod pridem etiam ſenſit Paulus Geſſinus elucubrator Dalemili, ita inquiens: *Iſtud apprime notandum: Veteres Boemos neque ſcripſiſſe, neque enunciaſſe dyphthongos, ut hodie in uſu ſunt.* Quod vero aliqui noſtrorum contendunt: ab hoc Czernauſſio nobilem apud nos olim Czernocziorum familiam prodiiſſe, id inter hiſtoriam locum non meretur, quandoquidem conſtat hujus familiæ longe poſteriora eſſe initia, nomenque ſuum a caſtro Czernocz, cujus illa per multa tempora poſſeſſionem tenuit, traxiſſe. Cæterum num *Czernauſs* iſtud Hayecii idem ſit cum *Czernutz* ſeu *Czernauſchek*, quod utrumque in provincia Rakonicenſi hodiedum reperitur, quod aſſeverem, non habeo.

Geſſinus in præfat. Dalemili p. VIII.

Paproc. in Ordine Equeſt.

PRÆTERMISSA.

Cum Hayecius rurſum omiſſa trium annorum recenſione ad annum 661. tranſiliat, non prætereunda videtur iſthic *Samonis*, nominati illius *Vinidorum Ducis* mors, quæ veroſimillime in annum 658. ſeu 659. incidit. Nam cum Fredegarius ad annum 40. Chlotarii II. qui juxta calculum Pagii in annum 623. incidit, hæc de eo commemoret: *Homo nomine Samo, natione Francus de pago Senogago plures ſecum negotiantes adduxit ad exercendum negotium. In Sclavos cognomento Winidos perexit. - - - Cum in exercitu Winidi contra Chunos fuiſſent adgreſſi, Samo negotians cum ipſis in exercitu perexit, ibique ei fuit utilitas de Chunis facta, ut mirum fuiſſet; & nimia multitudo ſe eligunt Regem, ubi XXXV. annos regnavit feliciter. Plurima prælia contra Chunos in ſuo regimine Winidi inierunt, & ſuo conſilio & utilitate Winidi ſemper ſuperant.* Rurſum 36. annos regiminis ei tribuens ita inquit. *Samo a Sclavis ad regendum expetitus, eo quod egregia ejus delectarentur fortitudine, de negociatore Rex conſtitutus per XXXVI. annos ſtrenue regnum gubernavit adverſus innumeros bellorum tumultus, quæ cum Avaris geſſit, in quibus ſemper prudenti aſtutia uſus, victor exſtitit.* Si itaque ſexcenteſimo vigeſimo tertio anno, quo Samo ad Vinidos tranſivit, adjiciantur paulo relati 35. aut 36. regiminis anni, emerget annus 658. aut 59. quo fatis ceſſiſſe videtur.

Fredegarius a 48.

Majori difficultati obnoxium eſt determinare: quorum Slavorum ſeu Rex, ſeu Dux Samo fuiſſe cenſendus ſit; de quo variæ hiſtorico-rum ſententiæ: Ex Gregorii Turonenſis Continuatore, qui plerumque

Contin. Greg. Tur. l. 11. c. 48

Digitized by Google

que pro eodem Fredegario habetur, non obſcure eruitur omnes Sclavos tam in Germania, quam Illyrico ſub hoc Samone ſtetiſſe. Anonymus vetuſtus ſæculi VIII. Scriptor ait: *Temporibus glorioſi Regis Francorum Dagoberti quidam Slavus Samo nomine manens in Charentis fuit Dux gentis illius*, quem poſtea potiſſima hiſtoricorum turba ſequuta eſt. Pagius earum terrarum Principem facit, quas hodie *Marchiam Venedorum, Carinthiam & Sclavoniam* appellamus. Ademannus vero, & ex eo R. P. Pray multis adhibitis argumentis conantur evincere authores hos toto cœlo aberraſſe, exiſtimantque perperam Vinidos hos in Carinthiam & cis Danubium rejectos eſſe, cum ultra Danubium inter Albim & Oderam pertineant. Et quanquam facile ipſis aſſentiar primis annis, quibus Samo præſidium ſuum apud Slavos auſpicatus eſt, necdum Vinidos Carentanorum regiones poſſediſſe, tamen præcipuum illud argumentum ex Jornande & Helmoldo deſumtum, quo Vinidi inter Albim & Oderam ſtatuuntur, vix ullius roboris mihi eſſe videtur, cum locupleter in Prodromo noſtro oſtenderimus Vinidos, Venedos, Slavos, Slavinosque unum idemque unius gentis nomen eſſe, & promiſcue a vetuſtis æque ac recentioribus Scriptoribus adhibitum, ut non ſolum Slavis inter hos duos fluvios, ſed quibuſcunque aliis proprium fuerit. Quod ad alterum argumentum de caſtro Vogaſtenſi ab Aimonio & Fredegario allato attinet, apud quod Dagoberti militem maxima clade a Samone affectum ſcribunt, fidem ſuperat, ut id pro *Wolgaſt* accipiatur, & in extimis Pomeraniæ limitibus atque ad ipſa Oderæ oſtia quæratur, cum ante Carolingica tempora eo Francum militem perrupiſſe nuſpiam legatur. Peſſina vero noſter, qui Samonem hunc Moraviæ Regem fecit, præter unum alterumve Moravicum Scriptorem vix alios patronos hujus ſententiæ nactus eſt. Ut ita ſecuriſſime veſtigiis inſiſtendum cenſeam Continuatoris Gregorii Turonenſis imperium Samonis ad Slavos tum Germaniæ tum Illyrici extendentis, non quidem ut eum Regis titulo & poteſtate nobilitem, quod a moribus Slavorum tum adhuc alieniſſimum fuiſſe ex omnibus vetuſtis monumentis liquet; ſed quod veroſimillime exigente tum reipublicæ neceſſitate *Wogewoda* (quod proprie *belliducem* ſignificat) omnium conſilio contra Hunnos Francosque hoſtes conſtitutus videatur, cui præter ſummam exercitus vix aliud imperium in Slavos fuerit. Ad hæc melius intelligenda, magiſque firmanda juvat compendio in memoriam revocare, quæ ſupra meminimus Dagobertum contra Srbos præcipue egiſſe, cum in eorum regione ducem limitaneum conſtituit, in quarum regionum con-

Anonymus de converſ. Careutanor. apud Freherum. *Pagius in Crit. Baron. ad An. 640.* *Ademann. Orig Slav. Eccleſ. T. III. P. I. c. 2. Pray in Annal. Veter. Hunnor. l. 2. p. 243.* *Prodr. Annal Hayec. p. 217. & ſeqq.* *Aimonius l. 4. c. 23. Fredegar. c. 68.* *Peſſina in Marte Morav. l. 2. p. 126.*

Digitized by Google

confinio procul dubio etiam caſtrum illud Wogaſtenſe quærendum erit. Nam Slavica hujus caſtri *Wogaſt* connotatio idem quod *in Silva* ſignificat; conſtat autem, ut ex poſterius dicendis apparebit, Slavos Hercyniam ſilvam quandoque per ſynecdochen Gaſt, iſt eſt *ſilvam*, quandoque Dug Gaſt, id eſt *longam ſeu prolixam* Silvam vocaſſe, ut itaque caſtrum id, quodquod demum fuiſſe ſtatuamus, optime in Hercyniam ſilvam rejiciendum ſit. Ceterum cum ante quoque memineri-
Porphyr. de admin. imp. c. 30. mus ex Porphyrogenito, eodem plane tempore, & procul dubio ob Dagoberti, Hunnorumque oppreſſiones factum fuiſſe, ut magna pars Srborum ac Chrobatorum ex hodiernæ Miſniæ, Luſatiæ, ac Boemiæ regionibus in Dalmatiam tranſierit, ex Dalmatia vero paulo poſt rurſum alia ſe colonia ſejunxerit eodem Porphyrogenito teſte, ac in Pannoniam, atque Illyricum immigraverit, facile fieri potuit, ut Slavi in Pannonia exiſtentes ſe jam tum in Carantanos extenderint, atque ita vere *Samo Dux gentis illius* ab Anonymo vetuſto ſupra laudato perhibeatur, non quidem ſub initia regiminis ſui, ſed poſterioribus ejus annis, cum jam tum Pannoniæ Slavis peculiarem, ſeparatumque a Dalmatis
Idem vit. l. Principem fuiſſe idem Porphyrogenitus his verbis innuat: *Habebantque etiam ipſi Principem ſupremum, qui ad Chrobatiæ Principem amicitiæ ergo legationem mittebat.* Quem ſupremum Principem ſi *Samonem* fuiſſe dicamus, ad Carentanos uſque jura belli & exercitus protendentem, fortaſſis minime aberraſſe videbimur.

ANNUS 661.

Adhuc novæ multitudini læta omnia & pulchra fulſerant; verum annus ſexcenteſimus primus & ſexageſimus, Principatus Czechi ſeptimus & decimus (a) ingenti populi luctu ſuperiorum temporum lætitiam fœdavit, dubiumque reliquit: præteritam felicitatem fortuna corruperit, an mœrore interjecto ſecundiores in poſterum res ſpoponderit. Hoc enim anno Czechus naturæ ſolvit debitum, cum vivendo ſex & octoginta transmiſiſſet. (b)
Czechus moritur.

Tam

Digitized by Google

Tam triſte nuncium ſecuta ingens populi eſt comploratio; hinc effuſa in aulam nobilitas ſupremum tangere, oſcularique chariſſimi ſenis emortuas manus, hinc vici omniaque tecta planctu lamentisque plebis ſonare, vociferantium: ereptum ſibi iniquiſſimo tempore patrem verius, quam Principem. Aliis cum præſenti mœſtitia, ſervitutis, dominorum impotentiæ, malorum omnium, quæ deinde ſuperverant, facies occurrebat. Ita triduum lamentis contritum. Inde humeris elatum cadaver, cum nulla ſe ſe ætas domi teneret, majore aliquanto frequentia eſt, quam ſplendore terræ mandatum. (c) Ad ejus tumulum, (d) qui proximo nemore in occidentem aſpiciebat, maximi continuo hominum concurſus: exuviisque demortui, ut tum vel maxime omnium animos occupat ſuperſtitio, divini ſunt honores haberi cœpti. Adjecit celebritatem loco, quem Principis poſteritas tumulo addidit, pagus *Ctinoves*, (e) quaſi qui habitos conditori, auctorique gentis honores, nomine ipſo præferret.

Pagus Ctinoves ad ejus tumulum conditur.

Juſtis Czecho perſolutis, primores populi coacta multitudine ad *Prædium Altum*, quod Hoſtus nuper excitaverat, communibus ſententiis legatos Kurimium decernunt, qui & Lechum de obitu fratris doceant, & populi nomine ad capeſſendum Czechi imperium vocent. At ille legatione audita, qua erat moderatione animi, ſatis ſe ſuo Principatu præpeditum cauſatus, cum nulla ratione flecti poſſet, legati infecta re diſcedunt. Ita initium interregno datum. (f)

Legatio ad Lechum.

Digitized by Google

Summa facinorum licentia.

Quo maxime tempore patuit, quam effusa in omne facinus sit multitudo sibi permissa; mox enim audacissimus quisque agris ac sedibus infirmiorem ejicere, pecoraque abigere licentia temporum cœpit. Ea pestis ipsos novem annos (g) tenuit, ac vehementius etiam aliquando desæviit.

ANNUS JESU CHRISTI 661.

VITALIANI PAPÆ 5. CONSTANTIS IMPER. 21. CZECHI 18.

Cuthenus in Chron. Bohem. vernac. Lupac, & Weleslav. ad d. diem,

(a) Cum Hayecius decimo septimo regiminis anno Czechum demortuum scribat, videtur is innuere eum ante 15. Julii fatis cessisse, quo die Cuthenus, Lupacius, Weleslavinus aliique eum in Bohemiam venisse asserunt, secus enim annum octavum supra decimum adnotare convenisset. Et profecto mirandum magnopere, non aliquem nostrorum posteriorum Scriptorum pari audacia repertum, qui diem obitus hujus Protoparentis Czechiæ, quemadmodum adventus certam defixerit. Balbinus Czechi regimini decem

Balbin. Dec. 1. l. 7. c. 1,

præterea annos addidit, ac septem supra viginti annos genti Bojemæ

Jord. Orig. Slavic. P. I. c. 15. §. 17,

præfuisse ratus est, alii triginta gubernando explesse judicarunt, in quæ calamum stringere, operam est perdere.

Weleslav. in Geneal. Duc. Boh. Stransky Reipubl. Boj. c. 8. Jordan. orig. Slav. c. l.

(b) Ætatem hanc Czechi primus consignavit Hayecius, quem postea sequutus est Weleslavinus, atque Stranskius. Non pauci negant Czechum senectutem attigisse, ipsoque virilis ætatis flore obiisse censuerunt. Sed eadem fide ac certitudine nituntur ista ac superiora.

Ditmar. Restit. l. 8. p. 419.

(c) Ditmarus Merseburgensis Episcopus, ut Sermonis, ita rituum Slavicorum scientissimus de Polonis gentilibus loquens eorum corpora cremata ait his verbis: *In temporibus patris sui* (Miecislai, qui primus Christianam doctrinam amplexus est) *cum is gentilis esset, unaquæ-*

Digitized by Google

quæque mulier post viri sui exequias igne cremati, decollata subsequitur. Quod Albericus Monachus Trium Fontium ad universam Slavorum gentem extendit; *Slavi*, inquit, *morem hunc habent, ut mulier viro mortuo se in rogum cremati puriter arsura præcipitet.* Eundem ritum apud Prussos servarum memorat Cromerus, aliique. Christophorus Manlius existimat urnas illas sepulchrales in Lusatia, Silesia, Polonia, & Saxonia effodi solitas ad Henetos veteres pertinere nondum sacris Christianis initiatos, quibus crematorum cadaverum cineres excipere soliti sint. Eo etiam collimat Brotrufius ac Treccerus, qui posterior omnibus orientalibus populis id olim in more fuisse contendit. Verum de ejusmodi cadavera cremandi ritu seu apud nos, seu Polonos, seu Srbos, Chrobatos, Dalmatasque silent historiæ tum nostræ, tum gentium illarum. Quin si Cosmæ nostro fides, qui superstes erat adhuc temporibus illis dum superstitio Ethnica pluribus per Boemiam locis grassaretur, luculenter indigitat, cadavera per sepulturam terræ mandata esse, id enim non modo de *Kazi* Libusse sororis tumulo, sed & sepulturis, quæ fiebant in silvis ac triviis a Brecislao Duce nostro abrogatis profitetur. Theophanes memorat Musucii Slavinorum Regis fratri *pro more gentis funebrem pompam, & epulas apparatas*, at de cremato corpore ne mentionem quidem ingerit, nec ejus aliquo loco Procopius, Jornandes, aut Helmoldus meminit, quin posterior l. 1. c. 83. non obscure innuit: Slavis morem fuisse cadavera sepelire. Vetustissimi Poloniæ Scriptores Kadlubecius, Boguphalus omnesque, qui post eos scripserunt, de Vanda sua aliisque primis Ethnicis Ducibus loquentes sepulturæ traditos scribunt, nec ritum hunc seu inter Croatas, seu Dalmatas aliquando in usu fuisse ullo loco memorant Presbyter Diocleates, Thomas Archidiaconus, aut Lucius; Slavis vero ad Silesiam usitatum fuisse, ut corpora mortuorum humarentur, prodit Broderus: Quin si Slavorum funebres ceremonias ex consuetudine Hunnica metiamur, nec apud Hunnos morem cremandi cadavera in more fuisse ex funebri pompa Attilæ, quam descripsit Jornandes, colligimus; sic enim is ejus tumbam depingit: *Loculus, quo repositus, primum auro, secundo argento, tertio ferri rigore communitus erat.* Ditmarus igitur, cujus authoritas permagni nobis esse debet, verosimillime id solum de quibusdam Prussiæ incolis (quibus hunc cremandi morem fuisse inter omnes prope Scriptores convenit) intellexit, ii enim etiam magnam partem Polonis Ducibus subjecti erant. Sed errant, quiqui omnes Prussos Slavos fuisse crediderunt, colluviem enim plurium nationum fuisse multis argumentis palam est, & neque

Albericus P. I. ad An. 7514

Cromer. rer. Polo. l. 3. Maxlius in Lusat. l. 1. c. 23.

Brotruf. Chron. Merseburg. c. 14. Treccerus c. 8.

Cosm. Chron. Bob. l. 1. Idem l. 3. initio.

Theophan. in Chronogr. ad XI. an. Maur.

Broderus in Chron. Schlesw. initio.

Jornandes de reb. Get. c. 49.

Joan. Meletius epist. ad G. Sabinum de

Digitized by Google

funebribus Prussorum.

per omnia commune cum Slavis idioma habuisse ex tot vocabulorum indiciis a Duisburgo proditis liquet. Hinc Ditmari locum perperam Albericus aliique ad universam Slavorum gentem traduxerunt. Nisi dicamus opinionem hanc de crematis cadaveribus apud Slavos inde ortam inter exteros Scriptores, quod constet pyras & ingentes rogos super mortuorum tumulos excitatos, ignemque hunc funebrem per plures etiam dies fotum, cui demortui vestes, variamque supellectilem injicere consuetum erat. Quem morem universis barbaris communem fuisse scribit Lactantius, ejusque luculentissima paulo post visuri sumus testimonia in historiis nostris.

Lactantius ad libr. XII. Thebaid. Statii.

Porro quod ad argumentum de urnis sepulchralibus attinet, ea rectius ad veteres Germanos, Hermunduros, Cattos, Marcomannos, Quados, alioque his regionibus olim habitantes Suevos populos referendæ sunt, apud quos hunc cremandorum corporum usum fuisse memorat Tacitus his verbis: *Funerum nulla ambitio, id solum observatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur, struem rogi nec vestibus nec odoribus cumulant, sua cuique arma, quorundam igni & equus adjicitur.* Collectos vero dein cineres urnis inditos fuisse apud omnes res in confesso est, quarum plurium typum Hœpfnerus in sua Germania antiqua, Olearius in Mausoleo, Sommerus in Regno Vanniano, aliique alibi exhibent.

Tacitus de morib. Germ.

Ritum vero mortuos sepeliendi procul dubio Slavi, ut plura alia, a sibi vicinis Græcis veteribus traxerunt, veteribus inquam: illis enim etiam cadavera terræ mandare consuetum erat, ut refert Cicero. *Nam & Athenis*, inquit, *jam ille mos a Cecrope, ut ajunt, permansit hoc jus terra humandi.* Quod etiam Plato in Minoe asserit. Et quanquam Græci posterius ab hoc ritu recesserint, Slavi tamen hunc majorum ritum usque ad invecta Christiana sacra conservasse videntur. Porro ritum sepeliendi apud Slavos gentiles olim consuetum egregie descripsit Stranskius, cui prope simillima est illa descriptio, quam Joannes Meletius in epistola ad G. Sabinum de funebribus Prussorum dedit, si id unum prope excipias, quod is super sellam defunctorum posita corpora, atque ita tumulata dicat. Atque ut compendio hunc ritum referam: Ingens erat omnis ordinis comploratio circa demortui cadaver, delibuebatur unguento, induebatur veste optima, reponebat in

Cicero de legib. l. 2.

Stransky Reipubl. Bob. c. 20.

Digitized by Google

in loculum, dabantur in manum ſiniſtram quinque aurei numi ignoto Deo munus, in dextram duo argentei, alter viæ præmonſtratori, alter portitori præmium. Efferebatur, Princeps quidem humeris procerum, proſequente omni populo cum longe lateque reſonante ululatu. Occumbente ſole inter hos ejulatus demittebatur funus in ſepulchrum, & terra ingeſta contumulabatur, producebantur tum vociferationes in triduum, ſuperque tumulum injecta ligna accendebantur, quibus multæ victimæ ad placandos Deos inferebantur, ultimo deraſi pili, barbæque, nec non abſciſſæ veſtium fimbriæ in ignem projiciebantur, lapidibusque poſt terga cum fremitu retro actis in diverſa abibatur. *Hæc fere Stranskius.*

(*d*) Ut mox ex Stranskio videre licuit, congerebatur terra, excitabanturque tumuli ſuper mortuorum corpora. Coſmas ejuſmodi *tumulum nimis alte congeſtum* ſuo adhuc ævo exſtitiſſe memorat *ab incolis terræ ab memoriam Kazi* ſororis Libuſſæ excitatum. Ejuſmodi tumulum tribuit Vandæ Polonicæ Dlugoſſus, alterumque inſtar montis Hubertus de Fuld. Craco e conſpectu Cracoviæ. Inde Broderus tumulos illos ad Schleſwigam repetit, & Lic. Germannus univerſim de ſepulchris Principum loquens, ait: *Sepulchra olim Principum circa radices montium erant, his oſtentationis cauſa acervum lapidum indebant, ac denique montes factitios ſuperſtruebant.* Slavis vero majoribus noſtris ejuſmodi tumulos dictos fuiſſe Bogle ſeu Bogle vult Frencelius,* indeque nomen traxiſſe *Coſelam* pagum Luſatiæ in paroecia Poſtvicenſi, quod copia ſimilium tumulorum ad latus occidentale vici hujus paſſim conſpiciatur. Ceterum vix quidem dubium eſt Slavos hunc ritum congerendi acervos terræ aut lapidum ab ipſis etiam Græcis accepiſſe. Nam morem hunc apud eos obtinuiſſe Herodotus teſtis eſt, item Athenæus, Æſchylus, Euripides, aliique. Quo in genere olim Græcorum eouſque Luxus & ambitio progreſſa ſunt, ut cum reſpublica inde detrimentum capere videretur, Plato ejuſmodi aggerum altitudinem lege definierit.

Coſm. Chron. Bob. l. 1.

Dlugoſſus hiſt. Polon. l. 1. Hub. de Fuld. hiſtor. Polon. in Craco, Brod. in Chro. Schleſwic, principio. Lic. Germann. de miraculis mortuor. l. 3. tit. 2.

** Frencel. orig. linguæ ſorab. l. 2. c. 2.*

Herodotus in novem Muſis l. 1, Athen. Dipnoſoph. l. 13. c. 11. Plato libro de leg. c. 12.

(*e*) Veleslavinus & Berghauer ajunt: authores non convenire de loco ſepulturæ Czechi, alios enim eum tumulare in monte Rzip, alios in vico Cztinoves, alios in urbe Budecz, ut ita prope liqueat, connotationem nominis Cztinoves, quod Slavica appellatione *Vicum honoris*

Veleslav. in Geneal. Duc. Bob. Berghaue. in Proto-Martyre Panit. c. 6.

Digitized by Google

ris significat: occasionem præbuisse assertioni de sepultura Czechi, non ipsam historiam. Balbinus quidem ait Pulkavam referre: suo adhuc ævo Czechi tumulum, nescio quo arcu seu suggestu notabilem, a viatoribus monstrari solitum; at ego in eo Pulkava Ms. qui ad manus meas tum latinus, tum vernaculus est, nuspiam id notatum reperi, adeo ut primus, inter omnes mihi sit Hayecius, qui hujus sepulturæ mentionem faciat. Balbinus adjicit: se se cum sociis perlustrasse curiose locum, at ne vestigium quidem deprehendisse. Celsissimus Illustris memoriæ Princeps de Lobkowitz regionum istarum Dynasta indigitatum sibi ab incolis monumentum omni industria perfodi, rimarique fecit, at ne indicium quidem seu ossium, seu aliquando tentatæ, subactæve terræ reperit. Denique idem Balbinus aliam præterea fabellam ex vulgi opinione adtexuit: Nempe in eodem vico exstare fontem, qui nunquam obrui possit, quin per lapides trabesque aut alia injecta eluctetur in altum, & profluat. Hunc vero a Czecho arte magica (quæ fuerit una Ethnicorum sapientia) uno virgæ verbere fuisse prolicitum. At si ejusmodi vulgi commentis insistere in historia libeat, Libris Metamorphoseon Ovidii non absimilia, minoraque referendi campus patebit amplissimus.

Balbin. Dec. 1. l. 1. c. 7.

Idem Dec. 1. l. 7. c. 1.

Idem Dec. 1. l. 1. c. 28.

(*f*) Quemadmodum post mortem *Czechi* universim Boemici, ita post obitum *Lechi* omnes Polonici Scriptores utrobique *Anarchiam* statuunt, certe non alia ratione, quam quod tum traditione, tum vetustissimorum monumentorum suorum authoritate convicti agnoverint, male his temporibus genti suæ Duces affingi. Quod novo argumento est Czechum Lechumque vix alia ratione a posteriobus historicis excogitatum, quam ut Czechorum, ac Lechitarum nominis etymologia aliqua reddi posset, cum post utriusque regimen subito rursum democraticum invectum reipublicæ statum adnotent. Quare recte Jordanus: *Christianus antiquissimus Bohemiæ Scriptor testatum reliquit: primos Slavos Bohemos usque ad Premyslum sine Principe vixisse. Ergo nec Czechus, nec Crocus, aut Libussa Principes fuerunt.* Primus autem omnium qui Czechum Ducem fecit, fuit Æneas Silvius, qui eo magis mirandus, cum aliis plerumque locis Pulkavam sequutus sit. Cautius itaque nonnihil processere Pulkava, Stranskius, aliique, qui tantummodo *judicis* titulo eum nobilitarunt; quanquam & ista cum Cosma nostro pugnent, qui primum post *Boemum* suum (ex quo, ut alias dixi, posteriores *Czechum* fecere) aliquam normam Judicumque dictaturam invectam scribit. Sic vero ille: *Post hac*

Jorda. orig. Slavic. P. I. c. 15. §. 30.

Æn. Silv. hi?. Bohe. c. 3.

Digitized by Google

hanc quilibetque in ſua tribu vel generatione perſona, moribus, potiór, & opibus honoratior habebatur, ſine exactore, ſine ſigillo, ſpontanea voluntate ad illum confluebant, & de dubiis cauſis, ac ſibi illatis injuriis ſalva libertate diſputabant. Quæ verba adamuſſim reſpondent relatis Chriſtanni, Procopii, & Porphyrogeniti jam alias a me in Prodromo productis. *Coſm. Chron. Bob. l. 1.* *Procop. de bello Goth. l. 3. c. 14. Porphyr. de admin. imp. c. 30. Prodrom. Annal. Hayec. p. 55. ſeq.*

Jam ut traditionis, quam ad nos tranſcripſit Coſmas (cui ut contradicamus (ſi modo rerum, hiſtoriæ, Chronologiæque criſis patiatur) nunquam commiſſuri ſumus) aliquam dilucidationem reddamus, eam hoc modo accipiendam cenſemus: ſub primum a Coſma relati *Boemi* (per quem veroſimillime *Bojum Sigoveſum* intelligi debere jam alias innuimus) in has regiones ingreſſum omnino certum eſt terram a primo ſuo habitatore *Bojo* nomen *Bojemiæ* ſortitam eſſe. Certum etiam eſt, eum ducem fuiſſe hujus novæ coloniæ, atque veroſimillime ſub terrarum iſtarum occupationem etiam Principis titulum ſuſtinuiſſe, ſibique poſtea (quod traditio jam obliteraverat) ſucceſſores habuiſſe non modo Duces, ſed etiam Reges, at Germanos ex gente Bojorum, Marcomannorum, ac Quadorum, quorum Catalogum jam in Prodromo noſtro texuimus. Poſthæc autem cum gens iſta Germana bellis multum attrita, Slavis ingenti multitudine irrumpentibus, ſedes ſuas ceſſiſſet, ex more populi Slavici ſucceſſit in Boemia ſtatus ille Democraticus, de quo Coſmas & Chriſtannus. Ut ita traditio (quæ quo longinquior fuerit, eo plerumque magis corrumpi ſolet) Coſmæ vero fundamento niti videri poſſit.

(g) In deſignandis annis interregni iſtius variant authores ex arbitrio, alii cum Hayecio hos ipſos novem annos intercurriſſe ſtatuunt, alii longiſſimum tempus, alii multa tempora, Balbinus annos quindecim, Puczalka unum ſupra quadraginta deſignant. Scilicet quoties Chronologia non coævis aut certe vetuſtis monumentis nititur, tot viciſſitudinibus obnoxia eſſe ſolet, quot opinionibus abripiuntur illi, qui veriorem præ ceteris efformare contendunt, naviſque inſtar eſt, quam a litore ſeu parum, ſeu longius, aut plane in gyrum agere, ſi lubet, poſſis. Prudentiſſimi hiſtorici partes implevit Coſmas: qui ſi poſteriorum noſtrorum ritu fingere voluiſſet, næ ille ad poſteritatem tot fabulas transmiſſiſſet, tantaque confidentia acervaſſet, quantam ſibi omnium primo rerum Bohemicarum Scriptori authoritatem ali- *Balbin. Decad. 1. l. 7. c. 1. Puczalka in Naviculam Eccl.*

Digitized by Google

aliquando deferendam, facile prospicere potuit. Ita vero ille sincere atque ex officio historici: *Annos Dominicæ Incarnationis id circo a temporibus Borivogi primi Ducis Catholici ordinare cepi, quia initio hujus libri nec fingere volui, nec Cronicam reperire potui, ut quando, vel quibus gesta sint temporibus, scirem.* Hem igitur quam firma basi nitatur Chronologia nostra ante Borzivogi Baptismum! ut umbras captare sit, exquisitionem illius persequi ex nostris; atque idcirco nolim unquam rem in hanc stylum exerere, nisi ab exteris coævis aut huic ætati proximis quid notatum reperero.

Cosmas ante l. 1. in epist. ad Gervasium.

Digitized by Google

ANNUS 670.

Majores natu ſuarum eſſe partium rati deſperato propemodum malo occurrere, ad creandum principem, unicum in tam afflictis rebus præſidium, confugiunt. Ad expediendum adeo ſalutare conſilium nihil aptius viſum eſt, quam promiſcuam plebem ad Czechi tumulum evocare, gentisque comitia, (a) ſi quid factioſi turbarent, religione loci defendere. Præſentiſſimum id fuiſſe conſilium eventus docuit. Namque omnis multitudo partim memoria deguſtatæ ſub Czecho felicitatis, partim malorum præſentium ſenſu damnatis factionibus ac turbis patres collaudavit, negotiumque urſit. Nemini dubium erat, quin Crocus, (b) vel Czechi judicio, unus omnium principatu digniſſimus eſſet, & pudebat virtutibus viri honorem nullum eſſe habitum. (c) In hunc igitur omnibus ſuffragiis itum eſt, nec dubitavit populus e veſtigio novum principem ſolemni ceremonia inaugurare. (d) Hunc autem inaugurationis ritum fuiſſe accepimus: Halato quidam mitram Czechi religioſa cura novennio aſſervaverat, eam in medium proferre juſſus,

Comitia coguntur.

Crocus in Principem eligitur.

Digitized by Google

cum reverenter explicasset, majores natu, posteaquam Crocum super Czechi tumulum sedere fecerunt, capiti imposuerunt, dexteræque manui scipione Czechi inserto (c) Principem de genu salutarunt, sacramentumque de more dixerunt. Secuta est universi populi vociferatio, jubentis vivere, novoque principi læta omnia ac fausta precantis. Ita momento temporis multorum annorum calamitas in publicam lætitiam versa est.

Inaugura-tur.

ANNUS JESU CHRISTI 670.

VITALIANI PAPÆ 14. CONSTANT. POGON. IMPER. 3. CROCI 1.

(a) Secunda hæc sunt ex calculo Hayecii a morte Czechi comitia. In his qua arte Slavi usi sint ad adunanda suffragia, & qua severitate in refractarios animadverterint, jam supra ad Annum 644. Lit. hh. ex Ditmaro retulimus. De Comitiorum ceremoniis, materie, loco, tempore, membrisque, quæ ad ea vocantur, copiose egit Straniskius in republica sua Bojema toto capite XXIII. Olim nonnisi armatos comparuisse in Comitiis, & ante eorum initia nudatis ensibus sacramentum, verba præeunte præcone, dicere consuetum fuisse adnotatum reperio in Ms. Anonymi, qui Veleslavini Calendarium dilucidare ac amplificare cœpit.

(b) Universam Croci historiam brevissime Cosmas tribus quatuorve versibus absolvit, quam Hayecius totidem paginis reddidit, posteriores, ut fit, etiam amplius auxere, mirandaque in eo Dalemili continentia, qui de eo haud aliud, quam quod apud Cosmam reperit, suo carmine recensuit. Quemadmodum autem de Czechi regimine, ætate, chronologia, rebusque gestis inter Scriptores indefinita lis, ita quoque historia Croci locis omnibus tam perplexa, ut e pumice citius aquam, quam ex his aliquam rationem veri, temporisque elicias.

Vin-

Digitized by Google

Vincentius Kadlubek primus Poloniæ Scriptor cum Alexandro Magno multo superiorem ætate facit, Boguphalus in Assueri Regis tempora rejicit, quod idem faciunt Joannes & Anonymus sæculi XIV. Polonici Scriptores. Dlugossus ea Craco posteriora & a Kadlubecio relata cum Alexandro M. bella penitus rescidit, ætatemque Croci in sæculum Christi VIII. reposuit, quem etiam Sarnicius* secutus est, alii quinto, alii sexto sæculo eum retulerunt. Atque istud Chronographi Poloni. Quod ad exteros attinet: Aventinus eum paulo post Attiliana profert tempora. Pirminius Gasparus** ad annum 521. alii sæculo quarto. Pari modo nostri Scriptores patrii variant: Vetustum Mſc. a Balbino citatum eum circa annum 350. Veleslavinus sub Gratiano Imperatore, Puczalka anno 345. regimen auspicatum scribunt, Alii Hayecii Chronologiæ insistunt, Balbinus variat. Tam incertum apud eosdem est, cujus gentis fuerit: Alii Vandalum, alii Sclavum, alii Vandalorum, Alii Venedorum Regem, alii Gracchorum Romanorum stirpe editum, alii Croatam, alii Polonum, alii Czechi nepotem faciunt, alii denique ex uno duos statuunt, jam patrem, jam filium, jam nepotem, jam Lechi filium, ut pene res cuique facilioris negotii videri possit sphyngis ænigma dissolvere, quam ex tot pugnantibus sententiis quidpiam historia dignum exsculpere.

*Vinc. Kadl. hist. Polon. l. 1. epist. 2. & 8. Boguphali, Joannis, & Anonymi Chronica Polon. apud Sommersberg. T. I. Scriptorer. Sileſ. Dlugoſſ. hiſt. Polon. l. 1. *Sarnic. annal. Polon. l. 4. c. 16. Aventin. Annal. Bojor. l. 3. **Pirm. Gaſſ. in Annal. Aug. Balbin. Dec. 1. l. 2. Balb. Dec. 1. l. 7. c. 11. in diſſert. ibid. Pantaleon. Candidus in Croco Balbin. Dec. 1. l. 7. c. 2. Sarnic. Annal. Polon. l. 4. c. 18 Alexand. Guagninus in Chronic. Polon.*

Verum quoniam primi gentis Bojemæ Polonicæque Scriptores Cosmas & Kadlubecius Croci meminerunt; is omnino ex historia utriusque gentis deturbandus minime est, locus ei is concedendus, quem uterque illi proprium voluit, scilicet ut inter traditiones sedem habeat. Nam si uterque author hic consulatur, liquet aperte, quod Crocum non aliqua scripta historia, sed sola traditio pepererit. Atque cum Slavi etiam aliarum gentium ritu, ut suo loco ostendemus, ante invectas literas sua carmina, hymnosque habuerint, quibus clarorum virorum apud se memoriam tum conservarent, tum ad posteritatem transcriberent, nolim impugnare ejusmodi aliquo carminum genere traditionem ad tempora Cosmæ & Kadlubecii usque pertigisse; at quod carmina ista notis chronologicis caruerint, & fortassis temporum cursu sæpe ab alio atque alio cusa & recusa, nomen certum, rem ipsam tempusque incertum reliquerint. Quare si tamen conjecturæ quis locus hac summa in antiquitate potest, verosimillimum esse censeo: Crocum hunc, seu Cracum non ex Venedorum, sed Vandalorum gente ac temporibus esse repetendum.

Digitized by Google

Cui rei argumentum præbet ipſe Kadlubecius, Boguphalus, aliique veteres Poloni, qui cum eum in id tempus rejiciant, quo a Vanda fluvius Vandalus, Vandalique dicti ſunt, plane oſtendunt Cracum ad Vandalorum non Venedorum, ſeu Slavorum hiſtoriam pertinere; memoriamque retinuiſſe in hiſtoria Polonorum, non quod gente Slavus, aut Polonus, ſed terrarum illarum, quas poſtea Poloni poſſederunt Princeps, aut plane Rex fuerit. Nam nihil magis teſtatum, quam Vandalos olim cumprimis ſæculo IV. ad Viſtulam & Oderam iiſdem locis, quæ hodie Poloni accolunt, conſediſſe, de quo jam egimus in Prodromo noſtro. Conſtat etiam inde plurimorum errorem profluxiſſe, ut Venedi, ſeu Vinidi Slavici populi pro Vandalis non raro ab authoribus perperam fuerint habiti, quod hi in Vandalorum terras ſubierint; hinc quoque Helmoldus: *Qui antiquitus Vandali nunc Vinnidi appellantur.* Quid igitur? ſi dicamus perſtitiſſe adhuc apud regionum iſtarum nonnullos incolas, gentisque Vandalicæ reliquias jam jam Polonis Slavis permixtas memoriam illius in hiſtoriis omnibus decantatiſſimi Vandalorum Belliducis *Craci* ſeu *Croci*, qui obſidione cinctis Treviris dejectisque muris Arelatenſibus victricia ſua arma cum terrore in viſcera Galliarum intulit, de cujus geſtis agit Gregorius Turonenſis, Aimonius, Petrus Saxius, Chron. Gotvicenſe, aliique paſſim ſacri ac profani hiſtorici. Neque incredibile Marcomannos ſeu Croco huic paruiſſe, ſeu ſocios fuiſſe, cum memoria illius ad noſtros etiam Annales tranſierit. Certe ſi vetuſtiſſimo Chriſtanno noſtro fides habenda, qui neque Croci meminit, neque ante Libuſſam Slavis Boemiæ ullum Principem aut Judicem admittit, palam eſt: Crocum ad Slavorum hiſtoriam non pertinere, ut itaque corrupta jam tempore Coſmæ videatur fuiſſe traditio, quæ Libuſſam hujus Croci filiam fecit. Albericus Monachus Trium Fontium ſat vetuſtus author pridem indigitavit, quo Crocus ille Vandalorum Dux pertineat, dum ait: *Quædam pars Vandalorum cum Alanis Gallias infeſtant duce Croco, qui fuit Dux Crucoviæ.* Et veroſimillime hæ Croci in Gallias prolatæ multiplices victoriæ occaſionem præbuere Veleslavino, aut alteri eo ſuperiori, ut effingerent filiam ejus datam Marcomiro Regi Franciæ, quod ille belli ſocius eſſet contra Imperatorem Gratianum, qua in re poſtea Veleslavinus Reuſnerum, Balbinum, alioſque ſequaces habuit.

Helmoldus Chron. Slav. l. 1. c. 2.

Gregor. Tur. l. 1. c. 34. Aimon. de geſt. Franc. l. 3. c. 1. Petr. Saxius in Pontif. Arelat. Chron. Gotvic. voçab. Arelate.

Albericus P. I. ad Ann. 413.

Veleslav. in Geneal. Ducũ.

(c) Ad hunc locum P. noſter Victorinus hæc adnotat. Czecho in principatu Crocum virtutis ſuffragium verius, quam hominum volun-

Digitized by Google

luntas ſubſtituit: id enim prudenti futurorum prævidendorum ſolertia apud rudem ea tempeſtate populum aſſecutus fuerat Crocus, ut divino afflatus Numine crederetur, ait Julius Solimannus, qui & proſpero ejus regimini his verſiculis applaudit: *Jul. Solimann. in Elogiis Ducum Boh.*

Te ſceptro donat virtus, non ſanguis, in aulam
Præcipitis vulgi non levis aura vehit.
Auſpiciis accede bonis: te principe regnum
Creſcet, & in mores diſcet abire tuos.
Anne vides? aurum jam lympha Boemica volvit,
Illa monet, quæ te principe ſæcla fluent.

Addit Dubravius, Crocum, qui Czecho ſuccederet populo idoneum fuiſſe putatum, quoniam ante alios boni juſtique viri ſpeciem præferret, ſermoneque comis & affabilis haberetur, ac multitudini maxime gratus ex opinione divinitatis, quam ex divinatione, augurioque collegerat. Et quanquam gratuitam, non autem quæſtuariam divinationem faceret, ſine quæſtu tamen illa ei non erat, ultro conſultoribus ſtipem obtrudentibus. Ceterum Poloni, gentisque noſtræ Scriptores tradunt: Croco vel Craco Romanos Gracchos originem dediſſe, quod videlicet majores illius ſive Roma pulſi, ſive alia quacunque de cauſa in Croatiam veniſſent, nomenque Gracchi in Craci, & poſtea Croci a populo commutatum accepiſſent: quod idem Pantaleon quoque Candidus, ille qui Ducum noſtrorum hiſtoriam elegiaco verſu cecinit, opinatus eſt, cum dixit: *Dubrav. hiſt. Bob. l. 1.* *Balb. Dec. 1. l. 7. c. 2.*

Gracchus in Auſoniis Romanus origine terris,
Anco Romulidum ſub duce liquit humum.

Hactenus noſter P. Victorinus.

(*d*) Balbinus eo tempore quo ſuffragiis populi Crocus electus eſt, eum jam Poloniæ gubernacula geſſiſſe memorat, eoque legationem miſſam, ad eum in Bohemiam evocandum. Stranskius ait delatum regimen ad Crocum in oculis Supani & Tureſci fratrum, qui ſanguine Czechum attingebant. Et quanquam alii quique ſuperſtites eſſent nati ſtirpe clari viri conſanguinei Czechi, ad quos Principatus ſucceſſionis jure pertinere videretur, Crocum tamen procreatum diverſo genere virum iis fuiſſe prælatum, & voce populi publica gubernandæ multitudini præfectum, non quidem ut Principem, qui ex arbitrio ſuo *Balb. Dec. 1. l. 7. c. 2.* *Stransky Reipubl. Boj. c. 5.*

Digitized by Google

imperaret, ſed ut Prætorem, qui ex æquo & bono jus diceret. Cum prolixa patheticaque electionis hujus primæ, poſtpoſitis conſanguineis Czechi, deſcriptio eo vergit, ut Stranskius oſtendat non tam ſanguinis ac ſucceſſionis, quam virtutis & meritorum habitam rationem ſub initia Czechiæ. At quandoquidem Crocum veroſimillime ad Vandalorum tempora pertinere diximus, argumentum fruſtra inde capitur, & fulcimentum ſuæ reipublicæ.

(c) Scipio ſeu baculus pervetuſtum Judicum inſigne, quod ne Imperatores quidem dedignati ſunt. Sic baculi Caroli M. meminit Monachus S. Gallenſis, de aureo Ludovici Pii baculo loquitur Theganus, de baculis filiorum Ludovici Pii commemorant Annales Francorum, & locus hic inſignis eſt Annalium Nazarianorum: *Thaſſilo Dux Bavariæ omni pene parte a Caroli exercitu petitus, ducatum, quem a Pipino patre quondam acceperat, victori filio Carolo reddidit cum baculo, regiminis ei attributi ſymbolo, in cujus capite ſimilitudo hominis erat. Et effectus eſt Vaſſus ejus.* Sigismundi Imperatoris tempore adhuc ejus fit mentio ubi vocatur ein Gerichts-Staabe.* Judicibus denique uſum ejuſmodi baculorum non modo apud Germanos conſuetum fuiſſe haurimus ex legenda S. Bonifacii; ſed & apud ipſos Slavos, de quo agit diploma Vladislai Ducis Opolienſis datum monaſterio Raudenſi Ord. Ciſtercienſium, quo Dux jus judicaturæ Abbati his verbis confert: *Volumus autem, ut ſupradictus judex Abbatis in Stanicia habeat clypeum, & baculum, ferrum, & aquam.*** Quam obrem autem clypeus, ferrum & aqua noſtris quoque judicibus tradita ſint, alio opportuniori loco explicabimus.

Monach. S. Gall. l. 1. apud Gold. T. I. Script. Alem. Theganus in ejuſd. vita c. 19 Annal. Bertin. ad An. 849. Annal. Nazar. ad An. 787.

* *Müllerus Reichs-Tags-Theat. ſub Frider. V.* in der 3. Vorſtellung.

Legend. S. Bonif. c. 8. apud Menken. T. I.

** *Apud Sommersberg. T. I. Script. Sileſ. p. 879.*

ANNUS 671.

Sublatis tumultibus domeſticis, confeſtim publica res cœpit creſcere. Supan (a) & Turesk fratres Czechoſanguinis neceſſitudine juncti, impetrata ad colendum Auſtrali plaga, paribus animis, atque opibus domum ſibi ligneam, ſtabulaque pecori cogendo capaciſſima in meridiem excitarunt, locoque nomen Tursko (b) a fratre natu minore co-

Prædium Tursko.

Digitized by Google

cognomine indiderunt. At quo minus eo loco quieti agerent, agreſtia utriuſque partis ſervitia fecere. Ferox nempe famulorum turba, & certaminum avida cum ſe mutuo vel aquatione, vel paſtione prohiberent, conviciis primum, mox fuſtibus ac ſaxis decertabant; ac fiebat nonnunquam, ut ex iis dimicationibus plerique domum cruenta capita referrent. Supan rei indignitate motus, veritusque ne exaſperata ſemel odia atrocius ſævirent, cedere loco ſtatuit, nihilque cunctatus directo cum ſuis in orientem itinere prædium aliud propius aquas exſtruxit, id a filio Chein, quem amabat ardentius, Cheinow (c) appellavit. *Cheinow.*

ANNUS JESU CHRISTI 671.

VITALIANI PAPÆ 15. CONSTANT. POGON. IMPER. 4. CROCI 2.

(c) Nomen hoc monumentum pervetuſtum eſt linguæ Slavicæ, cujus mentionem ex Conſtantino Porphyrogenito jam fecimus in Prodromo noſtro. Atque fortaſſis hoc ipſum nomen ab Hayecio pro appellativo non proprio accipi debuit (ſi tamen hiſtoria ad hunc annum relata ex hac eſt antiquitate) ita ut Comitem, judicem, ſeu præfectum regionis ſignificet, qua ſignificatione a Presbytero Diocleate, Thoma Archidiacono ſpalatino, inque noſtris diplomatibus paſſim acceptum eſt. Verum quod ad hanc vocem veterem Slavicam attinet, minus veroſimilis mihi videtur illa etymologia, quam Joannes Lucius, ac ex eo Anſelmus Bandurius, atque Carolus Dufresne profert, contendens vocem *Zupanus* ſeu *Supanus* derivari a *Zupa* ſeu *Zupania*, quod Slavice *regionem aliquam habitatam* connotet. Nam meo quidem judicio, contrarium prorſus ſentiendum eſt, Zupasque ſeu Zupanias a Zupanis nomen ſuum traxiſſe; nam qua radice Slavica id oriatur, ut Zupa habitatam terram ſignificet, nuſpiam reperio. Certum autem eſt Zupanias dictas eas regiones, quæ e Slavico Magiſtratu ſe.

Prodr. Annal. Hayec. p. 55. & 56. Præsb. Diocleat. in Regno Slavor. Thom. Archid. in hiſt. Salonit. Joan. Luc. de Regn. Dalm. & Croat. l. 1. c. 13. Bandur. in Conſtant. Porphy. Dufresne in Gloſſar. voc. Zupan.

Digitized by Google

senatorem (illis *Zupan* dictum) habebant, qui dependenter a seniorum, seu senatorum ceterorum consilio res subjectæ sibi regionis procurabat. Atque ut verior hujus vocis etymologia detegatur, ea compositæ est non simplex ut supra memorati authores sensere, scilicet ex præpositione Slavica *Zu* & substantivo *pan*. Certum vero est: *Pan* Slavis majoribusque nostris significasse *majorem dominum*, seu dominum nullius juri subjectum, ut explicat Boguphalus & Presbyter Diocleates, aut ut Commentator in Kadlubecium: *Totum habens*. Neque dubium est, omnibus ducibus nostris, dum adhuc Bohemia in plures ducatus divisa esset, hoc nomen fuisse proprium, quod deinde etiam invectis Regibus majorum terrarum domini retinuerunt usque ad sæculum ipsum decimum sextum, ut prætermisso omni seu Principum, seu Comitum, seu Baronum titulo se se *Panos* Pani dictitarent, scriberentque: PAN z Rozemberga, PAN z Blenowa, PAN z Nowyho Hradze ꝛc. Indeque etiam error Curiæ, seu Cancellariæ Romanæ exortus, ut cum illa initia literarum publicarum a nobilitate nostra transcripta, his plerumque verbis initialibus concepta legeret: JA PAN z Rozemberga, JA PAN z Chudenieze, JA PAN z Kolowrath ꝛc. voces has, titulos dignitatis & eminentiæ existimans in unam vocem contraxerit, literasque suas Apostolicas ad *Japanos* Regni Bohemiæ inscripserit, cujus argumenti residuas adhuc nonnullas Pontificias bullas suo loco & tempore exhibituri sumus. *Zu* seu Zu, ut jam ante innuimus præpositio Slavica est, significans *cum* seu *con*, quam hodie Dalmatæ mutata vocali *u* in *o* *sza* enunciant scribuntque, Poloni per literam z, nostri plerumque per s exprimunt, unde *Zupan* Slavica connotatione nihil aliud significabat quam *Condominum* seu senatorem reipublicæ, nam plures fuisse apud gentem hanc moderatores ex Jornande, Paulo Diacono, Constantino Porphyrogenito, Ditmaro, Christanno aliisque pridem ostendimus. Hinc recte Villelmus Tyrius: *Hi magistratus habent, quos supanos vocant*, & Serviæ Principes Nicetæ Ζουπάνοι dicti sunt. Ab horum igitur præfectura regiones nomen *Zupaniæ* sortitæ sunt, quarum undecim inter Croatas numerat Lucius ex Constantino Porphyrogenito, quanquam posterioribus temporibus, ut ex Presbytero Diocleate liquet Zupani fere munus Comitum obtinuerint, cum Duces regesque apud Croatas & Dalmatas suprema potestate donati sunt. Neque vero dubium est olim Boemiam in ejusmodi Zupanias seu Zupas fuisse divisam, cum *Supæ Cadanenses* antiquissimum Ms. apud Balbinum meminerit. Stranskius jam *Czudas* vocat, quod ad posteriora & Caroli IV. tempora referen-

Boguphal. in hist. Polon. in Prooemio.

Commentat. in Kadlub. l. 1. epist. 3.

Lodereker in Vocab. septi. lingui.

Willel. Tyr. l. 20. c. 4. de Serviis Niceta in Isacio l. 3. n. 4.

Lucius de regno Croat. & Dal. l. 1. c. 13.

Balb. Dec. 1. l. 8. P. I.

Digitized by Google

medium est, cum regionum Czudarii seu judices constituti sunt. Zupanorum tamen nomen diutius apud nos perstitit, sed quemadmodum Lucius scribit, quod Zupanorum viluerit appellatio, & nonnunquam minoribus præfectis concessa deinceps legatur, postquam Croatia & Dalmatia in jura Hungaricorum Regum concesserunt, ita apud nos Ducibus Regibusque subingressis supremi Regni proceres nomen istud retinuerunt: ut ex innumeris diplomatibus palam fit, quorum nonnulla in Prodromo nostro citavimus. Imo Abrahamus Frencelius jam passim nobiles Slavos Supanorum titulo nobilitat. *Abrah. Frencel. de Diis Sorabor. & Slavor. c. 25. §. 24*

(*b*) Alii altiorem hujus vici originem repetunt a Turskone homine gentis Slavicæ, & filio nescio cujus Zalmanini, qui adhuc ante Czechum Bohemiæ gubernacula tenuisse, &, cum in prælio Constantini Magni contra Licinium occubuisset, Czecho Principatum Bohemiæ transcripsisse a Petro Codicillo & Veleslavino asseritur. Alii posterius erectum volunt, nomenque suum traxisse a Turone (quem Cosmas Tyronem vocat) Neklani belliduce, qui glorioso belli occumbens, hic suum bustum invenit. Vicus iste hodie supereſt, cursus publici prima statio iter Praga aggressuris Dresdam, altero ab urbe Aquilonem versus lapide remotus; Ad inclytum Ordinem Crucigerorum cum rubea stella hodie spectat. Ceterum in historiis nostris locus nominatus a clade Wlastislai Lucensium Ducis, a busto suprafati Tyronis, & Comitiis Boleslai sævi. *Petrus Codicillus a Lupacio citatus.* *Veleslav. in Geneal. Duc. Bohem.*

(*c*) Et locus iste hac ætate perstat, natalibus inclyti Herois Ztir, qui belli summæ sub Neklano præfuisse memoratur, celeber. Ernestus primus Archi-Episcopus Pragensis olim tempore Caroli IV. vicum istum pretio redemit, mensæque Archi-Episcopali adscribens, insigni castro nobilitavit; at post Hussiticos illos tumultus in alias manus transiit. Antiquissimam apud nos, hodiedumque cum gloria florentem Maleviciorum familiam olim de Cheynow appellatam nonnulli ab hoc castro repetierunt; sed recte advertit Balbinus castrum illud ab hoc diversum fuisse. Tam temere etiam egere illi, qui verosimillime hujus castri antiquitate inducti, eandem familiam ad paganorum Ducum nostrorum tempora rejiciendam statuerunt. Quod ut stabilirent, insulsum plane diploma Neklani Ducis nostri imperitissime commenti sunt familiæ huic datum. At luculentissima impostura suæ inter cetera hæc liquere vestigia, cum a Principe Ethnico diploma signatum referrent in festo S. Joannis Baptistæ. Quæ jam pridem Paprocius & Balbinus exsugillavere. *Balb. in hist. S. Montis Auctuar. II. §. 27.* *Papr. in Ord. Equestr. c. 20. Balb. cit. loco.*

Digitized by Google

ANNUS 672.

Lechus Kurimenſis Dux percontatus certos homines, ut intellexit, quanta Crocus æquitate adminiſtraret rerum ſummam, quamque ei cuncta ex ſententia cederent, miſit, qui nunciarent, velle ſe cum eo in colloquium venire. Ubi ad condictum diem ambo convenerunt, prior Lechus orare, obteſtarique cœpit Crocum, ut quoniam ſibi in animo eſſet terram aliam, aliaſque ſedes veſtigare, Kurimenſem ipſe principatum ſuo adjiceret, eademque comitate ac prudentia utrumque gubernaret. Ad ea Crocus cum multa ſubjeciſſet, quibus & Principem a ſuſcepto conſilio averteret, & conſtanter recuſaret, quæ offerebantur, conſilium id cepit Lechus, ut bona Croci voluntate Principatus uni famulorum ſuorum traderetur. At monuit Crocus, ne in re præcipitaret, conſulendam hoc ſuper ſummi momenti negotio Borzenam (a) (ea Croco uxor erat, mulier futurorum ſciens, & arte divinandi clara) ut primum illa reſpondiſſet, indigitaturum ſe ſe eum, qui tanto Principatui adminiſtrando maxime idoneus videretur. Sic e colloquio diſceſſum.

Colloquium Lechi cum Croco.

Borzena uxor Croci.

ANNUS JESU CHRISTI 672.

ADEODATI PAPÆ 1. CONSTANT. POGON. IMPER. 5. CROCI 3.

(a) Quandoquidem Hayecius hic jam Croco propriam uxorem tribuit, promiſcuum uxorum uſum ab ſe ipſo Coſmaque relatum brevi abolitum fuiſſe oportet. Duas vero eidem Cro-

Digitized by Google

Croco facit uxores Hayecius, & is quidem quantum constat primus omnium inter nostros Chronographos, alteram Nivam, ex qua Kassam, Tetkam & Libussam genuerit, alteram hanc Borzenam. An vero has duas uxores simul, an successive habuerit, non indicat. Polygamiam Slavis omnibus, ipsisque majoribus nostris usitatam fuisse multis veterum testimoniis res confecta est: Nam Fredegarius de Samone supra memorato Slavorum Rege loquens, ait, eum Slavorum more plures uxores duxisse, ex iisque virilis stirpis duos supra viginti, filias quindecim sustulisse, atque si rursum ex Hunnorum consuetudine mores Slavorum pensandi sunt, idem fecisse Attilam memorat Priscus. Cosmas noster ex utriusque conjugis parte polygamiam fuisse testatur his verbis: *Tunc temporis, prout cuique placuit, binas vel ternas conjuges habere licuit; nec nefas fuit viro rapere alterius uxorem, & uxori alterius nubere marito, & quod nunc adscribitur pudori, hoc tunc fuit magno dedecori, si vir una conjuge, aut conjux uno viro contenti viverent.* Sed verosimillime verba hæc Cosmæ eo accipienda sunt, ut Slavos in admittendis divortiis non admodum difficiles fuisse dicamus, nam severissimam illorum in adulterium statutam legem, cui parem vix apud aliam gentem legere est, jam ante ex Ditmaro attulimus. Tum si connubia, ut Cosmas refert, fuere tam communia, & brutorum animalium ritu amore utebantur, ut quid teste Fredegario Slavi tantopere ad iracundiam provocati sunt, ut se non modo a Chunorum societate sejungerent, sed & Samone Duce bella illis intentarent, cum hi temere *Slavorum uxores & filias stratu sumsissent?*

Fredegar. c. 46.

Priscus in Excerpt. legat. Cosm. Chron. Bob. ad An. 1002.

Fredegar. c. 48.

Ceterum cum posteriores quique nostri ex uno Croco duos fecerint, etiam ipsas uxores ab Hayecio allatas partiti sunt, ut Borzenam Croco I. Nivam Croco II. adjecerint, & ne Borzena ab sterilitate infamis notaretur in historiis, Veleslavinus ei, novo prorsum ausu, filiam Milenkam affinxit, quam Crocum Marcomiro Regi Francorum nuptui tradidisse idem memorat. De hoc genti nostræ perquam glorioso matrimonio ita plaudit Balbinus: *Milenka uxor Marcomiri Francorum orientalium Ducis, cujus filius Pharamundus primus Francorum Rex electus A. C. 420. decessit. Obtinebat vero Marcomirus proximas regiones, ut Genealogistæ tradunt, ideoque facile ex proximo Milenkam in conjugem accepit. Nec parva inde gloria Principibus nostris, & qui ex Przimislæa gente descendunt, nascitur, quod ab iis tot regnorum & imperiorum Monarchæ, quot a Pharamundo Genealogistæ derivant, processerint, ac procedant.* Verum fabu-

Veleslav. in Geneal. Duc. Bohem.

Balb. Dec. 1. l. 7. c. 3. in Geneal. Tabell.

Digitized by Google

lam hanc a Veleslavino prolatam, & postea a Reusnero & Henninge propagatam refutavimus jam in Prodromo. Quod porro ad Borzenam matrem hujus Milencæ pertinet, referunt nostri ab ejus sepultura nomen pratum ingens inveniſſe, in quo anno 1003. Wrſchoveciis ob Jaromiro Duci intentatam necem capita ſecuri reſecta ſunt. Alteram Nivam tumulatam tradunt in Cztinoves prope Czechum & Crocum maritum ſuum.

Prodr. Annal. Hayec. p. 154.

Hammerſchmid hiſtor. Cœnob. S. Spirit. §. 16.

ANNUS 673.

Lechus Kurimium jam plane pertæſus, ſive quia creſcenti multitudini partes illas continuo anguſtas fore putabat, ſive quod eum ad condendam novam gentem fata urgerent, vocatos ad ſe certos homines contra orientem expedit, qui regiones illas ſpeculentur, omniaque ſibi ex ordine renuncient. Reverſi cuncta ex fide retulere: proximam eſſe Cattorum (a) ſeu Sileſiorum regionem, eamque cultam, hominibusque habitatam. (b) Inde excipere terras deſertas, ac vaſtas ſolitudines, quas olim quidem Sarmatæ ac Vandali (c) habitaſſent, jam vero frequentia bella, & immanem peſtilentiam cunctos abſumſiſſe. Ceterum regiones illas prædivites, amplas, feraces ad uſque mare quodpiam fabuloſum late protendi; fluvios etiam frequentes occurrere, quos tamen amnis Viſtula & magnitudine, & amœnitate, & omnis generis piſcium copia facile exſuperet. Lechus audita ſecum ipſe reputans, obfirmatoque ad proficiſcendum animo Crocum accerſit, ei & ſpeculatorum dicta, & quæ ſibi mens eſſet, plane ediſſerit. Tum de ſucceſſore creando conſultatione facta Borzis-

Lechus exploratores in Sileſ. expedit.

Digitized by Google

zislao Swogi (d) filio acerrimi judicii viro, communi sententia Kurimensis principatus insignia cum summa potestate traduntur. Lechus itineri necessaria expediri jubet. *Borzislaus pro Lecho Kurimensis princ.*

ANNUS JESU CHRISTI 673.

ADEODATI PAPÆ 2. CONSTANT. POGON. IMPER. 6.

CROCI 4.

(a) Cattos ab occidente Bohemiæ non oriente olim locatos fuisse apud omnes Geographos res testata est, & nos jam in Prodromo docuimus. Porro sæculo hoc VII. & multo ante eorum memoria penitus interiit, constatque ex Gregorio Turonensi, Fredegario, Aimonio, aliisque eorum sedes jam occupatas fuisse longe ante hæc tempora partim per Turingos & Saxones, partim per Srbos. *Prodr. Annal. Hayec. p.* 80.

(b) Suo se pene jugulat gladio Hayecius, qui cum paulo ante nobis his regionibus meras solitudines easque vastissimas, & horrida deserta descripsit, jam ait: Silesiam, regionem minus fructiferam Bohemia, magisque septentrionalem, hominibus cultam & habitatam. Neque vero dubium est dispulsis isthic loci Marvignis, Elisiis, Quadisque paulo post Attiliana tempora successisse Slavos, ut sentiunt Curæus, Schikfusius, Henelius, omnesque passim Scriptores Polonici, atque si superioribus annis Lusatiam jam copiose a Srbis habitatam ex Porphyrogenito ostendimus, nemo hærebit anceps de occupata quoque vicina Silesia, præsertim cum de Vistulæ littore utrinque jam culto constet ex Jornande. Incolæ autem hodiernæ Silesiæ censebantur vetustis temporibus plerumque sub Polonorum, & Poloniæ nomine (verosimillime quod Polonis Ducibus paruerint) hac appellatione sæpissime occurrunt in diplomatibus nostris adhuc sæculo XIV. & in *Majestate Carolina.* Certa vero & potissima hac regione sedebat respublica & provincia Slavica *Zlesane* nomen ferens proxime contigua Bohemiæ (ut ex diplomate Henrici III. Imp.* liquet) a parte aquilonari; quam cum deinde Duces Vratislavienses tenerent, iique divitiis & potestate crescerent, nomen *Zlesanorum* seu *Slesiorum* & *Silesiorum* ad longum terra- *Dipl. Caroli Cœnobio Camezen. datum An.* 1349. *Idem in Codice legum Bohem.* * *Apud Cosm.*

Digitized by Google

ad An. 1086. rum tractum propagatum est. Quare omnes illi authores gravissime hallucinati sunt, qui Silesios dictos scripserunt ab Elysys veteribus, germanisque hujus regionis incolis, aut alias magis ineptas etymologias ex significatione Teutonica adstruxerunt; nam rem definit his verbis Ditmarus. *Posita autem est hæc* (Glogovia) *in pago Silensi, vocabulo hoc a quodam monte nimis excelso & grandi olim sibi indito: & hic ob qualitatem suam, & quantitatem, cum execranda gentilitas ibi veneraretur, ab incolis omnibus nimis honorabatur.* In quo pago idem Ditmarus has præcipuas civitates enumerat *Crosno* hodie Crossen. *Glogua* hodie Glogau *Nemetzi* hodie Nimptsch. *Worcislawa* hodie Breßlau seu Vratislavia. Qui vero mons iste fuerit, clare nobis indigitat diploma Bolconis II. Ducis Sleſiæ ad Annum 1351: *In oppido seu villa Czobotha prope montem Zlesie, mons autem hic Zlesie*, inquit Sommersberg, *Sabothus est.* Item dictus Zabothus germanice der Zottenberg prope urbem Schwidnicium in meditullio Silesiæ situs, estque, ut Chronicon Gotvicense ait, cornu vel jugum montium Sudetorum des Riesen- oder Schnee-Gebürgs. Mſ. Codex perelegans plura insignia Bohemiæ historica monumenta complectens interque cetera Epitomen Franciſci Canonici Pragensis non pridem inter manus Viri Consularis Plsnensis peregregie docti repertus novam prorsus de Silesiorum origine adfert sententiam nemini adhuc auditam. Isthic enim Epitomator sæculi XV. exordientis Scriptor Lechum *Lignicensis* atque ita Silesiæ conditorem inventoremque, Crocum vero Poloniæ statuit.

Ditm. Rest. l. 7. p. 415.

Sommersb. Script. Silef. T. I. p. 935. & 938. Idem T. I. dissert. I. hist. p. 294.

Chron. Gotvic. vocab. Silensis p. 771. & seqq.

(c) Vandalos, quos fabulose primi Poloniæ Scriptores a Vanda puella derivant Craci filia, ad Oderam Vistulamque olim habitasse, ac proinde maximam Poloniæ hodiernæ portionem tenuisse, inter omnes Scriptores convenit, qui demum sæculo V. has terras deseruerunt, ac, ut Prosper Aquitannicus & Cassiodorus annotarunt, Arcadio & Probo Consulibus, qui annus Christi erat 406. trajecto Rheno Gallias pridie Kalendas Januarias ingressi, dein anno 409. Honorio VIII. & Theodosio III. Coss. Hispanias occupaverunt. Quibus dein succesisse Slavos, nullum est dubium, ut ita locum vix habeat hic istud Havecii: sæculo adhuc septimo terras desertas ac meras solitudines ad Vistulam fuisse: Nam Jornandes de temporibus istis loquens, ait: Slavos habitare *ad sinistrum latus Sarmaticorum montium & ad Vistulam fluvium*, & Procopius locum hunc ipsum indigitare videtur, dum inquit eos ulteriores Istri partem incolere.

Jornand. de reb. Get. c. 33. Procop. de bello Goth. l. 3. c. 14.

(d)

Digitized by Google

(d) Borislavum, quod certaminis seu luctæ gloriam significat, appellatum oportuit, si nomen hoc antiquitatem istam respicit. Jordanus hunc ipsum Borislaum ait ditionem suam Kurimensem multum in orientalia versus Moraviam extendisse. Stranskius vero inquit eum ditiones quaquaversum protendisse, postquam Lechus Kurimensi principatui plus minus viginti annos præsedisset. *Jordan. orig. Slav. P. I. c. 15. §. 40. Stransky Reipubl. Boj. c. 2.*

ANNUS 674.

Præsens annus dubium, fueritne abitu Lechi tristior, an origine novæ gentis illustrior. Certe cum paratis ad profectionem rebus Crocum, Borzislavum, ceterosque Lechus valere juberet, lacrymas nemo tenuit. Hanc autem rationem itineris faciendi iniit Lechus: præmisit agmen ex agrestium turba, eorumque uxoribus ac liberis; ii armenta gregesque agere, sarcinas item ceteraque impedimenta ferre jussi; tum Lechus ipse cum amicorum suorum fidissimis sequebatur. Eo in agmine Czimislava Marazi filia, eademque uxor Lechi, quod eodem tempore uterum ferret, domito mitique equo vecta est. Ita præeuntium speculatorum secutus vestigia, ægre tandem confectis itineribus maximis, ac mille molestiis devoratis, locum tenuit hominibus aliquando habitatum. Ibi Czimislava puerum feliciter enixa, vacuo jam a curis marito non mediocre gaudium adjecit. Instruuntur confestim pro loco ac tempore natales epulæ, puerumque in discumbentium nobilium corona Crocum (a) appellari placet.

Lechus migrat.

Czimislava Lechi uxor filium Crocum enititur.

Pro-

Digitized by Google

Propius inde aberat vasta palus, & proximæ paludi arbores miræ magnitudinis, quarum prægrandes ramos crebri aquilarum nidi premebant. (b) Eum locum sæpe numero Lechus (nam stativa hic forte fixerat) (c) contemplatus, posteaquam peridoneum ad accipiendam urbem atque arcem comperit, illico admoveri manus operi, urbemque a fundamentis erigi imperavit. Exstructa atque exædificata Gnezdnæ (d) nomen accepit: ab illa videlicet nidorum frequentia, nidum enim Poloni Gnezdno vocant. Hinc in Vandaliam progressus occupata Vistulæ ripa aliam item urbem atque arcem in Vavelo monte condit, eamque a filia Croco Crocoviam appellandam edicit. (e) Ita per ea loca diffusos advenas Lechitas primum ab Lecho principe finitimi dixere; quo nomine Tartari etiamnum ac Moschi, aliique complures populi eos appellant: (f) mutato deinde nomine a Slavonica voce Pole, quod agrum significat Polonos (g) sive Polacos, id est campestres, quod agriculturam egregie promovissent, ab re vocarunt.

Gnezdna prima Poloniæ urbs.

Crocovia in Vavelo monte.

Polonorum etymologia.

ANNUS JESU CHRISTI 674.

ADEODATI PAPÆ 3. CONSTANT. POGON. IMPER. 7. CROCI 5.

(a) Hæc primis Poloniæ Scriptoribus Kadlubecio, Boguphalo, Joanni, & alteri Anonymo sæculi XIV. Scriptori apud Sommersbergium, imo ipsi Dlugosso penitus incognita fuere, quorum posterior omni exstincta stirpe Lechi, & post diuturnum interregnum primum Cracum in Regem communibus populi suffragiis electum scribit. Superiores vero Crocum suum plane ætate & regimi-

Dlugoss. hist. Polon. l. 1. p. 46. & 50.

Digitized by Google

mine priorem faciunt Lescone I, ex quo posteriores perperam Lechum effinxerunt.

(b) Paprocius noster has aquilas albi coloris fuisse ait, eamque fuisse Lecho causam, cur visis his albis aquilis clypeum mox ante cum Czecho communem nigræ aquilæ deseruerit, atque albam porro genti Polonicæ sempiternum insigne statuerit. At magna viri hujus incogitantia: qui non modo clypeorum usum, sed & ipsam colorum differentiam multo serius clypeorum more recepto invectam his antiquissimis temporibus attribuit; atque hæc passim in nostris posterioribus Scriptoribus occurrit oscitantia, ut vetustissima quæque ex more ac consuetudine hodierna suique sæculi pensaverint. Neque vero Sarnicio Scriptori Polono hæc de aquila alba sententia placuit, qui eam refutans, hæc subjungit: *Mihi victricia signa Polonorum, eorumque mysterium explicare volenti magis probabile videtur Polonos hac in re Romanos veteres imitatos fuisse, quibus aquila signum in bello præferebatur. Notius est, quam ut a me commemorari necesse sit de argenteis aquilis in vexillo temporibus Julii & Augusti portatis.* Sed ea fuere tum signa legionum & exercitus non Romani Imperii aut Imperatorum, ut viri quique rei criticæ pergnari animadvertere.

Paprov. in Diadocho in Clypeum Regni Bohem.

Sarnicius Annal. Polon. l. 4. c. 14.

(c) Mira profecto cuique videri possit hæc profectionis norma, ut non tam in orientem, quemadmodum Hayecius supra meminit, quam septentrionem factam pateat, ac inde in orientem primum seu plane meridiem deflexam. Breviori itineris compendio uti potuisset Lechus e Bohemia recto tramite tendens ad Cracoviæ hodiernæ regiones. At multa a nostris scripta æstimo, ut paginæ implerentur, & sterilitas historiæ his vetustis temporibus conjecturis farciretur, ne dicam figmentis.

(d) Pervetustæ sunt hujus urbis memoriæ, novumque ex antiquitate Slavica monumentum est, veteres Slavos puram literam *b*, in quantum est aspiratio & spiritus lenis, in commercio linguæ suæ non habuisse, nam ejus loco plerumque literam *g* adhibebant, ut ex hoc ipso vocabulo Gnezdno hodie Gnizdo appellamus, liquet. Dalmatæ, qui omnium maxime veteris linguæ Slavicæ dialectum conservarunt, in scriptionem quidem literam *b* susceperunt, at eam instar *ch* pronunciando efferunt. Sarnicius urbem hanc jam prius extitisse, & *Semisa-*

Lodereker in Vocab. sepul.

Sarnic. Annal. Polon. l. 4. c. 14.

Digitized by Google

Sommersb. Script. rer. Sileſ. T. I. p. 20.

letum olim appellatam vult. Interpolator vero Boguphali, qui primus Gnezdnæ etymologiam reddidit, nihil de aquilis refert, at lacum illum, apud quem Lechus primum reſedit in Polonia, Gneznam appellatum ait ob verba Lechi, quæ ibidem tentoria figens protulit: *Nidificemus. Unde*, inquit, *& lacus ille uſque ad præſens Gnezna aut nidificatio appellatur.* Eo prope alludit Sarnicius: *Lechus majorum exemplo innixus domicilio ſuo locum hic delegit, urbem ædificat, regiam excitat, quam Gneſne, id eſt nidum, appellavit. Nam ſicut nidi ſunt avibus in refugium tempeſtatis tempore, ita & illi Gnezna veluti nidus, id eſt refugium & arx belli fuit. Nam quod aliqui originem aquilæ, quod eſt ampliſſimum hujus regni inſigne, magis concinne explicare volentes, Lechum eo loci cum veniſſet, multos aquilarum nidos reperiſſe tradunt, indeque omnis boni auſpicio accepto pro ſigno authentico aquilam albam expanſarum alarum diducto roſtro uſurpare cœpiſſe, mihi omnino veroſimile non eſt.*

Sarnic. c. l.

(*e*) Longe diverſam originem ac etymologiam urbis hujus referunt primi Poloniæ Scriptores. Kadlubecius enim narrat in eodem ſcopulo Cracoviam conditam, in quo Crocus junior monſtrum illud tantopere in Annalibus Polonorum celebratum *Olophagum* peremerat. Ad cujus monſtri cadaver cum multitudo corvorum conveniſſet, ab eorum crocitatione *Crocaviam* dictam; quem ſecutus etiam eſt Joannes Polonus, item alter Anonymus ſæculi XIV. Scriptores. Boguphalus vero inquit: *Crak, qui legitime corvus dicitur, ædificavit caſtrum, quod ſuo nomine Cracoviam appellavit.* Dlugoſſus & Sarnicius etymologiam urbis plane præteriverunt, ædificatam vero ajunt a Croco, unde ille jura tam Polonis, quam Bohemis dederit. Alii Gnezdna vetuſtiorem faciunt. Illud certe mirandum ante vicorum erectionem de urbium exædificatione fuiſſe cogitatum, & Poloniam prius habuiſſe urbes, quam pagos. Scilicet ad incudem revocanda illa, quæ alias monuimus, non ſecus ac annales noſtros, ita & Polonicos tot habere prope de ſuis initiis diverſas ſententias, quot authores; atque ob coævorum, paulumque poſteriorum hiſtoricorum defectum de umbris plerumque diſceptari.

Kadlubek. l. 1. epiſt. 4 & 6.

Apud Sommersb. T. I. & II. Script. rer. Sileſ.

(*f*) Hæc etymologia Lechitarum a Lecho incognita fuit primis Poloniæ Scriptoribus, Kadlubecio, Boguphalo, aliiſque uſque ad ſæculum prope exiens XIV. ut jam alio loco oſtendimus, ejuſque opinionis primos eſſe authores hiſtoricos Boemiæ ibidem docuimus, qui Dalemili verſus veteres minus vere ac perite explicabant.

(*g*)

Digitized by Google

(g) Boguphalus, qui primus, quantum constat, inter Poloniæ Scriptores etymon Poloniæ reddidit, ait: *Poloni a polo Arctico nominantur, & alias a castro Polan, quod in finibus Pomeraniæ situm est*, quæ prope verba servat Commentator in Kadlubecium in Prooemio. Sarnicius derivat a celebri illa urbe *Pola* olim in Illyrico, aut Istria sita, e qua Polonorum Ducem Lechum prodiisse ait. Orichovius inquit: *Polonia non a Pole, hoc est planitie, quemadmodum quidam nugantur, sed ab eo, quod quoniam durius fuerat prolatu pro Polachia Polonia commodiore nomine est appellata.* In eo certè Orichovius habet quamplures alios eruditos Polonos consentientes, qui posteriorem & corruptam ajunt *Polonorum & Poloniæ* vocem, genuinam vero & vetustissimam esse *Polachorum & Polachiæ*, utpote quam hodiedum tum gens ipsa Polonica, tum Bohemica in sua vernacula lingua, & vocabulo Polak retineat. Et quanquam nos in Prodromo nostro retulerimus verosimillimam nobis videri Herbersteinii sententiam, qui ait jam olim antiquissimis temporibus aliquam ejusdem nominis gentem sedisse in interioribus Moscoviæ, quæ in hodiernas Poloniæ regiones postea immigraverit; quia tamen id nuspiam hactenus in latino, seu Græco authore Classico reperimus, merito hæremus, & Herbersteinii relata suspecta habemus, adeo ut censeamus, ex ipsa *Polachorum* veteri voce etymologiæ verioris indicia esse desumenda. Et quidem in Prodromo jam innuimus, Slavicis populis in exprimendis sibi finitimis familiarem fuisse Slavicam præpositionem Po, quæ quandoque circa, quandoque post significabat, ut Polabi id est, qui circa Albim habitabant, *Pomorane*, qui circa mare &c. ita prorsus existimo *Polachos* non aliunde dictos, quam quod circa seu post *Lachos* habitaverint. Et quanquam *Lachos* quospiam nuspiam Polonis finitimos legamus, novimus tamen ex omnibus tam vetustis quam recentioribus Geographis *Vlahos* & *Vlachos* hodie *Walachos* dictos Polonis conterminos semper fuisse, ut verosimillimum sit Polonos primitus a vicinis Slavicis populis *Powlachos* dictos, quos autem usus deinde elisa litera w euphoniæ causa Polachos dixit. Si Cluverium audimus: Poloniæ terminos a meridie is statuit flumen Tyras sive Nyester, ubi olim magnam Walachiam cœpisse his verbis fatetur: *Quæ nunc duæ regiones Valachiæ ac Moldaviæ nominibus distinguuntur, superiori ætate uno vocabulo Valachiæ censebantur. Valachia ista ad fluvium, qui vulgo Niester appellatur, Pontumque Euxinum se se extendit. Dividebatur autem tota provincia in majorem & minorem; Major postea Moldaviæ nomen recepit, minori Valachiæ titulus remansit.* Ne vero quis existimet hæc a Cluverio ex recentiori po-

Boguphal. Chron. Polon. in Prooemio.

Sarnic. Annal. Polon. l. 1. c. 12.

Orichov. rer. Polon. Annal. 1

Laonicus l. 2. Leunclavius Pand. Turc. 71

Cluver. Geograph. l. 4. c. 23 §. 3. Idem l. 4. c. 19. §. 3.

Digitized by Google

Lucius de regno Croat. & Dalm. l. 6 c. 5. Joan. Cantac. l. 3 c. 53. Joan. Cinnamus l. 4. Zonaras l. 8. Nicet. de Isaacio Angelo. Constan. Porphyr. de administ. imp. c. 13. Idem c. 41.

pulorum situ & Geographia statui, Joannes Lucius ex Constantino Porphyrogenito aliisque Græcis Scriptoribus ostendit eos non modo *Vlahos* scriptos esse, sed & indigitatas a Cluverio sedes tenuisse, imo eosdem prorsus esse, quos antiquitas Patzinacas & Pyeczinigos appellavit, scilicet Daciæ incolas, Slavica seu Bulgarica appellatione Vlahos dictos. Patzinacas seu Patzinacitas & Paczos nuncupatos Constantinus Porphyrogenitus in eundem prorsus locum rejicit. Nam Turcis (per quos eum Ungaros intelligere supra memoravimus) a septentrione confines facit his verbis: *Turcis hæ gentes sunt conterminæ: ad occidentem Francia, ad septentrionem Patzinacitæ, ad meridiem magna Moravia seu Sphendoplosi regio.* Et rursum: *Confines autem Turcis sunt ad orientem Bulgari separante eos Istro, ad septentrionem Patzi, ad occidentem Franci, ad meridiem Chrobati.* Ut ita verosimillimum sit Slavos ultra Vlahos seu Vlachos (nam Slavi veteres pura litera *b* carebant) jacentes a Bulgaris aliisque vicinis Slavis *Polachos*, quasi Vlachorum conterminos appellatos. Quæ sententia quidem nova prorsum videbitur Poloniæ Scriptoribus, sed fortassis verior certiorque tot prolatis.

ANNUS 675.

Interea dum tantis passibus Czechicum nomen foris progreditur, domi popularis res non minoribus spatiis augebatur. Croçus facili lenique imperio usque eo multitudinis animos cepit, ut Gehone quodam auctore egregiam principi arcem ad pagum Stebno (a) privatis sumtibus ædificarint, perductamque ad fastigium molem Krokovecz seu Croçohrad, quasi castrum Croci vocaverint. (b) Collaudavit quidem tam promtos suorum animos Crocus; at quoniam populi contubernio assueverat, veteres ipse ædes incolere perrexit, (c) arcem tenere præsidio Schimam jussit. Erat is Schima filius Blehæ vicarius Principis, vir prudens, manuque strenuus, cujus potissimum opera ad gubernandam rem-

Krokovécz.

Digitized by Google

reipublicam utebatur. Eodem anno factum est, ut Croci consilio silvæ complures igni ferroque excisæ aratrum pati, ac segetem ferre didicerint. Quæ res non minus voluptate, quam commodo multitudinem affecit. *Exscinduntur silvæ.*

ANNUS JESU CHRISTI 675.

ADEODATI PAPÆ 4. CONSTANT. POGON. IMPER. 8.

CROCI 6.

(a) Eandem scriptionem castri hujus profert Pulkava & Anonymus apud Menkenium, item Dubravius. Silvius appellat *Stemna*: Freheriana Cosmæ editio habet Ztibene, sed ea recte ex codice Dresdensi (qui habet *Ztbecne*) corrigitur. Anonymus supra laudatus primum omnium id in Bohemia castrum facit. Dlugossus hanc *Ztbecnam*, seu ut ille ex Ænea Silvio exscripsit, *Stemnam* rejicit in Poloniam, aitque prope eam ad vada Vistulæ conditam a Gracho Cracoviam. Supereſt hodiedum oppidum cum arce Stekne appellatum ad Octavam fluvium inter urbes Strakonizium & Pisecam, quod num istud ipsum sit, de quo Cosmas, quod asseverem, nil invenio. *Pulkava Mſ. Chron. Bohem. apud Menk T. III. c. 3. Dubr. hist. Boh. l. 1. Æn. Silv. hist. Bojem. c. 4. Dlugoss. hist. Polon. l. 1.*

(b) Cosmas ait castri hujus arboribus obsiti adhuc sua ætate extitisse vestigia, quod utique de Cracovia Polonorum urbe, quæ Cosmæ temporibus integra perstitit, intelligi non potest; in Bohemia igitur hoc *Cracov* quærendum erat, quanquam notitiam nostram ejus situs effugerit; longe itaque recessere omnes posteriores Scriptores nostri, qui una velut voce ad Cracoviam Poloniæ hæc detorserunt. Cui opinioni occasionem præbuisse videntur hæc verba Pulkavæ: *Aliqui etiam ferunt, quod habuit fratrem, seu parentem Crak nuncupatum, qui Crak castrum & civitatem Cracoviensem ædificavit, quibus Crakow nomen suum imposuit.* *Pulkava Mſ.*

(c) Hayecius nuspiam indicat, quæ hæ veteres Croci ædes fuerint, Veleslavinus illas Wladarz appellat, nam has sedes pagumque Croco fuisse antequam in Ducem Bohemiæ designaretur, quem postea Balbinus aliique plures secuti sunt, nuspiam autem regionem locum- *Veleslav. Geneal. Duc. Boh. Balb. Dec. 1. l. 2.*

Digitized by Google

cumque, ubi castrum hoc situm fuerit, indicarunt. Aliqui cum Wladarz Wrssoveciano confundunt, quod in regione Satecensi situm erat, nomenque urbis habebat, sed si Hayecio fides, id posterius excitatum est, ac ante illius erectionem urbs Brzimota a Bojis olim condita, hic loci stetit.

Hayecius ad Ann. 805. & 806.

ANNUS 676.

Sceleratum hunc annum merito quis dixerit. Tulit enim & Bohemia tragici sceleris exemplum, ut præeuntia privatorum facinora, publicis mox legibus locum darent. Cæperat forte hoc anno Chyrz seu Chyrsus Mani filius posteris suis Chyrzimium pagum erigere. (a) Id Manus pater tam impotenti animo tulit, ut captato tempore Chyrsi filium, nepotem avus interfecerit. Non latuit principem insolens atque indigna cædes. Itaque evocatum ad se Schimam ceterosque optimates super novo scelere sententias rogat. Cum universi parricidam capitis damnarent, ipse hac potissimum pœna facinus vindicandum censuit: Manus inserta in jugum cervice cum jugali bove ducere aratrum, agrosque vertere stimulante filio jussus. Ea pœna in triginta ipsos dies, diebus singulis ab orto mane in medium diem decreta. (b) Insolens profecto supplicium; at flagitio congruum, ut qui in nepotis cæde hominis naturam exuisset, ad opera jumentorum damnatus, stimulisque domitus, feritatem dedisceret. Rigor hic magnam justitiæ opinionem Croco suos inter conciliavit.

Chyrzimium pagus.

Filius patrem aratro jungit in pœnam cædis.

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 676.

DONI PAPÆ 1. CONSTANT. POGON. IMPER. 9. CROCI 7.

(a) Pagus hic hodie ſupereſt in regione Rakonicenſi non longè a Velvario remotus, occurretque illius iterum memoria ſub Boleslao ſævo, cum Hunni in Boemiam irrumpentes iſthic ſtationes fixerunt.

(b) Alii Scriptores noſtri referunt: nequaquam ſeu Croci judicio ſeu Optimatum conſilio hanc ſententiam in Manum latam, ſed improbum filium Chyrzium ſua ipſius impietate ita in patrem animadverſiſſe; quare cum vindictam amicorum metueret, mox profugum factum, perque deſerta omni vitæ tempore erraſſe. Certe non uno loco Helmoldus Slavos a pietate erga parentes commendat. Ceterum ſeveriſſimas olim Slavis fuiſſe leges jam binis locis ex Ditmaro oſtendimus, & ab ipſis majoribus noſtris ſummum olim ſervatum rigorem juſtitiæ; ut ſingulis delictis peculiares ſtatuerentur pœnæ, cum ad diplomata perventum fuerit, explicabimus. Exſtat in Bibliotheca A. R. PP. Auguſtinianorum Diſcalceatorum Neo-Pragæ codex pervetuſtus mutilus veteri Boemico ſermone ſcriptus, quo minutiſſimis quibuſque exceſſibus, qui hodie impunes abeunt, certæ, eæque ſatis graves mulctæ decernuntur.

P. Victorinus noſter ad hunc locum.

Helmold. Chron. Slav. l. 2. c. 12. alibiq.

ANNUS 677.

Præſens annus foſſile ferrum in Bohemia primus aperuit. Cognatus forte quidam Principis canitie venerandus cognomento Botak (a) circumfuſas late Silvas exploratum cum quinque famulis profectus, quo expeditiores ad iter haberet, præter dierum aliquot cibaria, arcumque & tela ad arcendas feras, vetuit quicquam ferre. Cum iis in

Ferri fodina a Botak reperta.

Digitized by Google

in asperos & præruptos montes tandem delatus, suscitato forte ad fovendos artus igne, dum sarculo humum circa se fodicant, accidit, ut eorum nonnemo ferri rude frustum eruerit. Visa res digna, quæ principi nunciaretur. Ille intellecta re, magnopere lætus, submittit continuo plures, qui ferri metallum e cavernis eliciant, solutumque igni conflent. (b) Hæ primæ fuerunt in Bohemia ferrariæ, quibus Botak (c) ob industriam præfectus, ædificata postea iis sub montibus villa Zdechovitz, (d) ad ultimam ætatem ea est præfectura egregie functus.

ANNUS JESU CHRISTI 677.

DONI PAPÆ 2. CONSTANT. POGON. IMPER. 10. CROCI 8.

Paproc. in Ordin. Equest. c. 1.

(a) Paprocius invehitur gravius in quosdam, qui nobilitatem Bohemam primum a Przemislao invectam tradunt, ostenditque ex Croco, Manucho, Rabus, Supano, Tureskio ipsoque hoc *Botako* ab Hayecio allatis convinci eos non homines infimæ plebis, sed nobiles fuisse, præcipue cum quique Czechum ipsum Ducum sanguine prognatum cognatione attigerint. Nullum quidem dubium est, ut jam supra ad Annum 644. retulimus, etiam Slavicam gentem sua virtuti semper statuisse præmia, atque ideo semper fuisse aliquos, qui ceteris eminebant, quos *nobiles* appellare liceat. At si rursum ex Hunnorum ritu nobilitatem Slavicam metiamur, constat ex verbis Eslæ legati Attiliani a Prisco prolatis, hanc apud Hunnos olim solam genuinamque nobilitatem fuisse, *quod quis nulli subjectus, nullius servus esset.* Sic enim legatus Attilæ arroganter profatur ad Theodosium Orientis Imperatorem: *Theodosium quidem clari patris, & nobilis esse filium: Attilam quoque nobilis parentis esse stirpem, & patrem ejus Mundiuchum acceptam a patre nobilitatem integram conservasse. Sed Theodosium tradita a patre nobilitate excidisse, quod, tributum sibi pendendo, suus servus esse effectus.* Atque hæc ipsa

Priscus in Excerpt. legat. p. 27.

Digitized by Google

ipsa fuit Slavorum nobilitas, pro qua manutenenda in omnibus vetustis posterioribusque historicis legimus Slavos majoresque nostros sanguinem vitamque quam promtissime profudisse; nam ut jam alias innuimus, salva libertate nonnisi cum bellum ingruisset, belliduces delectos ab iis communi suffragio, qui cum bello præessent, vitæ necisque, ut res exigebat, potestatem habebant. In pace præter senes, Supanos suos nulli duci aut principi parebant. Quam hæc nobilitas cordi Slavis fuerit vel antiquissimis temporibus ex eorum imperterrito responso Cagano Avarorum Duci circa annum 576. dato discimus; hic cum postularet, ut ejus dicto audientes essent, & tributa solverent, in hæc verba responderunt: *Quis hominum est, qui solis radiis tepescit, qui nostram potentiam sibi possit subigere & domare? aliorum enim regionis dominatum acquirere solemus, non alii nostræ. Qui dominatus nos certo manet, donec erunt bella & enses.* *Menander in Excerpt. legat.*

(*b*) Ad ea usque tempora majores nostros caruisse ferro, tam necessaria ad omnem usum humanum supellectile vix adduci possum, ut mihi persuadeam, præsertim cum multo ante jam ferrea quæque arma habuisse Slavos ex vetustissimis Scriptoribus ostenderimus, & regio nostra passim ferri stricturis, quin exquisito opus sit, abundet maxime. Ante ipsos adhuc Slavos Marcomannis his locis sedentibus non incognitas fuisse ferri fodinas innuit Tacitus; nam de Gothinis, quos Maroboduus subegerat, loquens, inquit: *Hi ferrum effodiunt.* Et Ptolomæus regionem ipsam indicat, ubi ferri fodinæ apud Marcomannos sitæ fuerint: *Sub Silva*, inquit, *Herçynia Quadi, sub quibus ferri minera.* *Tacitus de morib. Germ.* *Ptolemæus Geograph. l. 2. c. 11.*

(*c*) Ab hujus Botaki patre Paprocius deducit nominatissimam apud nos adhuc sæculis superioribus Zdiarskiorum equestris ordinis familiam, hodie in unico superstitem; sed qua confidentia id præstiterit jam videndum, ut cetera ejus genealogiarum argumenta cognosci possint. Ait igitur familiam hanc vetustissimam in clypeo gerere aquilam rubeo atque cæruleo colore distinctam. Eam prodiisse a quopiam Zdiecho, cujus mentionem faciat Hayecius ad hunc ipsum annum, huncque Zdiechum habuisse duos filios Botakum & Zdiarum. Botakum Croci ævo reperisse mineram ferri, condidisseque pagum & villam a nomine patris sui Zdiechovitz; Zdiarum vero cognomine ædificasse prædium seu castrum Zdiar, ex cujus appellatione se omnes po- *Paprocc. in Ord. Equest. c. 11.*

Digitized by Google

steri de Zdiar scripserint, scribantque: ita fere Paprocius. Nisi scirem Hayecium nonnisi semel typis excusum, existimarem Paprocium editione alia usum fuisse, nam de Zdiecho & Zdiaro hoc ne mentionem is quidem facit. Sandelius in sua versione Hayecii germanica vicum *Zdechovitz* nomen suum accepisse ait a Slavica voce Zdechowati, significasseque majoribus nostris idem quod *colligere*, quasi hic ferrum collectum dicas, unde & ipsi Zdiech incognitus erat. Sed ne hic quidem fingendi licentia substitit: ab hoc ipso Zdiaro Paprocius ad stabiliendam Genealogiam suam per quatuor integrorum, & quod excurrit, sæculorum intervallum usque ad annum 1080. neminem hujus nominis aut familiæ producit. Tum rursum a dicto anno millesimo octogesimo, cum nescio quem Stanislaum Zdiarsky de Zdiar protulisset, ingenti saltu & silentio trecentorum & quinquaginta annorum refert Joannem Zdiarsky. Qua audacia ad effingendas arbores Genealogicas si uti licet, næ ego civem quendam Pragensem, *Alexander* appellatum, ab Alexandro Macedone originem trahere probavero. Non disputo inclytæ Zdiarskiorum familiæ antiquitatem suam, ultroque profiteor ex eadem viros quosque toga sagoque celeberrimos editos esse, eamque posterius summam suam fidem erga Ferdinandum II. ipso exilio probasse; at Paprocii argumentario fidem nemini vel mediocriter in Genealogiis historiisque versato factura est. Longe cautius, securiusque actum est a Balbino, qui a sæculo XIV. ipsoque Joanne Zdiario, postremum memorato, regionis Slanensis Capitaneo, bellisque Hussiticis claro Zdiarskiorum Genealogiam auspicatus est. At nos etiam vetustiorem hujus familiæ memoriam suo loco prolaturi sumus.

Balbin. in Stemmatogr. in rab. Geneal. Zdiarsky p. 67. & 68.

(*d*) Quo loco villa isthæc Zdechovicz posita fuerit, nusquam proditum est, ejusdem nominis locus tum in Beraunensi tum Prachensi tum Reginohradecensi reperitur in mappis Geographicis plerumque Stiechovitz scriptus. Sed verosimilius ex montium commemoratione conjicitur Hayecium priorem intendisse, scilicet hodiernum oppidum Zdiechovitz, infra quod amniculus Cotsaba Moldavæ miscetur, quodque adhuc superiore sæculo ab acidularum præstantia multum nominatum erat.

AN-

Digitized by Google

ANNUS 678.

Primores populi, quibus publicæ rei salus, principisque dignitas incumbebat, cum in tanta vicorum copia nec munitionem haberent ullam, qua se contra irruptiones hostium defenderent, & principem suum humilius, quam pro more aliarum gentium habitare ægre ferrent: coacto ad Cztinovesium senatu per Stavbogium Lesislai filium principi multa impendentia prædici, tum sermonis postremo loco renunciari jusserunt: Primores, omnemque multitudinem, cum bona Croci venia, decreto sanxisse, debere erigi munitionem, urbemque cum arce idoneo loco imponi, (a) qua & Princeps habitare augustius, & ipsi commeare tuto, seque adversus incursiones hostium muro ac propugnaculis defendere possent. Ad ea Crocus paucis: „ Si ita quidem decrevissent, pergerent omine secundo facere, quod ipsis, sibique bene verteret. „ Delegerant jam ante, descripserantque munitioni editiorem locum; eum ergo populus ex optimatum imperio munire aggressus, fossas illico egerere, vallum jacere, turres & propugnacula desuper locare cœpit; ubi exterior munitio processerat, ad interiora versi, arcem primum ligneo quidem opere, (b) at firmo & duraturo, eodem munitionis genere complectuntur; deinde sibi quisque ex ramalibus temporarias ædes, quas Budas dixere, erigunt, ab illis Budis universum opus Budecium vocant. (c)

Budeczium urbs conditur

ANNUS JESU CHRISTI 678.

AGATHONIS PAPÆ I. CONSTANT. POGON. IMPER. III. CROCI 9.

Helmold. Chron. Slav. l. 1. c. 53. alibi.

(a) Helmoldus non uno loco innuit Slavicæ genti inviſa fuiſſe caſtella, & quodvis munitionum genus intra limites regionum ſuarum, quod libertati adverſa judicarent, præmetuerentque illorum exædificatione potentiores jugum & oppreſſionem reipublicæ meditaturos. At hoc non ſolis Slavis, ſed & quibuſque aliis gentibus proprium fuiſſe legimus. Quantos non motus civere Quadi ob exſtructa a Romanis in eorum limitibus caſtella? ut in Prodromo noſtro retulimus. Quam inviſa olim fuerint Saxonibus, plenæ eorum hiſtoriæ, reique hujus plura exempla profert Bangertus in ſupra adductum locum Helmoldi.

(b) E ligno Slavis conſuetum fuiſſe ſua primitus exſtruere recte ſenſit Hayecius, idque jam ante ex Ammiano Marcellino, & Procopio vidimus. Ceterum ejuſmodi ligneis propugnaculis nec ſuam firmitatem, nec elegantiam defuiſſe prodit Priſcus his verbis: *Lignea mœnia extrabibus nitentibus fabricata reperimus, quarum compago ita ſolidum mentiebatur, ut vix ab intento poſſet junctura tabularum comprehendi.* Adhuc ſæculo XI. perrarum fuiſſe ipſis nobis vicinis Saxonibus lapidearum munitionum uſum prodit Ditmarus dum ſcribit: *Turrim unam ex lapidibus, quarum in hac terra paucæ habentur, fabricavit.*

Priſcus in Excerpt. legat. p. 39.

Ditm. l. 7.

Paprocius in urbib. p. 250.

(c) Aliam commentitiam originem hujus urbis refert Simon Thaddæus Budeczius, qui hanc urbem conditam ait a quopiam majorum ſuorum filio Budeci dicto *Leſſin Budek*, homine arte rei magicæ perpollente. Hoc pacto invaluere apud nos fabulæ, dum vel quiſque in gentis ſuæ gratiam neſcio, quæ ſomnia obtruſit. Budeczius vero iſte vulgo de Falkenberg dictus, Parochuſque Tynenſis, is ipſus vir rei gemmariæ metallicæque perperitus erat, qui a Rudolpho II. diploma impetravit, ut ei per univerſam Boemiam pretioſos lapides, aurum, argentumve inquirere liceret, dato ei hunc in finem præſidio militari, & vexillo aquilam nigram in campo rubro referente; quod diploma authographum in membrana eleganter ſcriptum anno ſuperio-

Digitized by Google

riore in officina libraria Judæorum alia inquirenti forte in manus pervenit.

In hoc conveniunt passim recentiores Historici nostri: a gentili adhuc Bohemorum superstitione in hac urbe primam magicis disciplinis academiam fuisse erectam, ad quam masculus juxta ac muliebris sexus maximo undique numero confluxerit; ac verosimillime ex hoc ipso mox laudato Budeczio hausit Balbinus aliique, ut assererent Libussam ac Przemislaum has ipsas scholas adiisse, indeque primam inter se notitiam ortam, quæ demum matrimonio, & receptioni Przemisli in solium occasionem dederit. A sancto Methudio hic loci scholas excitatas, literasque Slavicas doctas ex Christanno discimus. At de hoc Apostolo Bohemiæ superiore ætate nullum vetustum, idoneumque monumentum suppetit. Nec impugnare velim etiam prius isthic aliquam magicarum disciplinarum academiam fuisse, sed ut ea literaria fuerit, aut characteribus aliquove scribendi genere, ut nostri adstruunt, tradi solita, nego atque pernego: Nam posterius ostendemus ad ipsam usque sanctorum Cyrilli & Methudii Evangelii prædicationem majores nostros characterum usum non habuisse. Ceterum magia (quam recte & proprie sumtam ipse non inficior primam Slavorum disciplinam fuisse) apprehendi potuit sine literis librisque, sola explicatione ac usu, quemadmodum ante inventas literas pleræque artes ac scientiæ apud diversas gentes tradebantur, & harum hodiedum multæ combibuntur. Quo pacto etiam apud Gallos veteres a Druidis magiam (per quam naturæ rationem seu physiologiam intelligebant) siderum motum, mundi ac terrarum descriptionem, Deorum immortalium vim ac potestatem juventuti subinde vicenis annis traditam memorat Pomponius Mela & Julius Cæsar, adeo *ut fas non esset ea literis mandare*, inquit, Cæsar.

Balb. Dec. 1. l. 7. c. 3.

Christan. de vita & Pass. SS. Ludmill. & Wences.

Pomp. Mela l. 3. c. 2. & 3. Jul. Cæs. de bello Gall. l. 1. c. 16. & l. 6. c. 14.

ANNUS 679.

Hoc anno familia Croci domestico tumultu quassari cœpit. In ea turba servus Principis cæsus. Quæsiti ad supplicium seditionis auctores, alius alio,

Digitized by Google

Tunacus factionis caput cum Kamano patre orientem versus profugit, ibique ad radices montis Bielicæ prædium Prerovium, quasi primum sepulchrum dicas, (a) excitavit. Omine sane fœdo, nam anno vertente patrem in eo suum condidit. At Crocus pacatis interea rebus cum omni domo Cztinovessio Budecium movit, novamque regiam habitaturus subiit. (b) Secuta principem nobilitas frequentiam, opesque auxit urbis.

Przerovium prædium.

Crocus Budecium migrat

ANNUS JESU CHRISTI 679.

AGATHONIS PAPÆ 2. CONSTANT. PAGON. IMPER. 12. CROCI 10.

(a) *Pregrob* majoribus nostris hoc prædium appellatum oportuit: *Pre* enim iisdem *primus*, Grob (hodie Grob) *sepulchrum* significabat. Vicus is ipse in historia S. Adalberti nominatus est, quem is maledicto perculisse fertur, quod loci illius agricolæ tum adhuc a sacris Christianis alieni eum verberibus multaverint præter omnem culpam. Postea hic loci permunitum stetit castrum ad proceres Schellenbergios spectans frustra aliquoties obsidione & vi hostili pressum, quod dein Anno 1524. Jaroslaus de Schellenberg supremus Ferdinandi I. Imperatoris Cancellarius Pragensibus vendidit. Locus hodiedum sub nomine Przerov notus, ad Albim fluvium uno supra Veterem Boleslaviam lapide situs.

(b) Ad hunc locum adnotat P. Victorinus noster: Hæc civitas sæculo medio nono ruere cum sua arce cœpit, ac subinde cum ex illius ruinis Buschtieradum crescceret, ita concidit, ut nihil jam ex ea reliquum sit præter duo sacella & ipsa ruinis deformia, quorum alterum sanctissimo Nomini Virginis Matris, alterum Apostolorum Principibus sacrum est, perhibenturque eum locum occupare, quo olim urbis forum erat. Urbs ipsa in edito loco Pragam inter & Velva-

Digitized by Google

tarium propterque Slanam ſtetit, cujus valla hodiedum cognoſcere licet. Eo præcipue vel rudera ejus colenda, quod S. Wenceslaus elementaris adhucdum puer, ejus gymnaſium acceſſione ſua nobilitavit.

ANNUS 680.

Croco longe lateque jam imperanti proceres ſui authores fuere, nuncios emitteret, qui omnem quaquaverſum regionem oculis explorarent, diligenterque notarent ſingula. Acciti, qui juxta quatuor arcis latera quatuor regionis plagas perluſtrarent. Ii poſteaquam recte atque ex ordine retulere, qui montium, valliumque eſſet ſitus ac facies, quæ fontium capita, qui fluviorum ſecundi adverſique curſus, quæ oſtia: ferunt tam multiplici rerum imagine Crocum magnopere delectatum, juſſiſſe cuncta betulæ in corticibus (a) excipi, pictaque poſterorum uſui diligenter aſſervari. (b)

Prima Bohemiæ mappa Geographica.

ANNUS JESU CHRISTI 680.

AGATHONIS PAPÆ 3. CONSTANT. POGON. IMPER. 13. CROCI II.

(a) An Slavi unquam uſi ſint corticibus betularum ad literas excipiendum magnopere dubito, hoc enim ſæculo characteres adhuc ignorabant, demum vero cum illis primum a SS. Cyrillo & Methudio imbuti ſunt, vix amplius uſus corticum obtinuit, ut plerique contendunt. De materia autem, in qua veteres literas efformare ſoliti, videlicet metallis, tabulis ceratis, eboreis, linteis, corticeis, corio piſcino, membranis, charta Ægyptiaca, Nilotica, bombycina, linea, inſtrumentiſque ſeu ſtylis ad ſcribendum antiquitus uſurpatis eruditiſſime agit Abbas Gotvicenſis.

Chron. Gotvic. l. 1. c. 1.

(b)

Digitized by Google

(b) Ex Havecii quidem verbis (tam dubia sunt) certi nihil eruitur, veramne is Geographicam mappam a Croco effiormatam, an regiones tantum verbis descriptas intellexerit. Verum P. Victorinus noster sensum ad Geographicam delineationem detorsit, passimque nostri ita interpretantur, ac pene plaudunt: jam tum mapparum Geographicarum Bohemis usum fuisse, ii scilicet, qui ex more hujus ævi, & disciplinarum hodie expolitarum cultu antiquitatem metiuntur. Vix quidem adhuc sæculo XVI. ordiente mappam Geographicam accuratam ex plagarum situ descriptam vidit Boemia. Antiquissima enim tabula Bohemiæ, quæ hactenus in manus meas pertigit illa est, quæ Ludovici Regis nostri tempore Pragæ 1518. forma utcunque magna excusa est, sed ea, si rem Geographicam spectes, adhuc tam rudis, ac informis, ut neque cœli plagis, neque mensuræ ulli respondeat. Ceterum, si typum picturamque spectes, plane elegans, ut etiam ævum id admireris. E qua præterea discimus: consuetudinem hoc sæculo fuisse, ut mappa hæc Primoribus regni instar strenæ offerretur; eam enim undique variæ imagines, clypeique Procerum, tam vivis coloribus, ut si hodie pictoris manum deseruissent, ambiunt, qui eo anno judicia regni tractabant, summisque muniis præerant. Antiquitatis hoc, quanquam non postremæ, monumentum servatur in Bibliotheca Reverendissimi ac Excellentissimi Domini Domini Episcopi Litomericensis. Ex hac vero Tabula, ut ex collatione liquet, Sebastianus Münsterus suam depromsit, inque compendium redegit, quam is inter Tabulas suas novas Tabula XVII. in Geographia Claudii Ptolemæi anno 1545. Basileæ vulgavit. Porro de mappis Geographicis Boemiæ, quæque earum optimæ censeri possint, egit A. R. P. Erber in sua Illustri Notitia Regni Bohemiæ superioribus annis typis edita.

ANNUS 681.

Idem ipse Crocus, ut erat catus, nihil magis ad bene gubernandam rempublicam proficuum ratus, quam præteritorum futurorumque cognitionem; in ipsum artis magicæ sacrarium penetrare constituit. (a) Iis mysteriis, quo religiosius vacaret, edicto cavit, ne quis triduo regiam

Croci sacrificia.

subi-

Digitized by Google

subiret adeundi salutandive sui causa. Ipse superiore ædium parte conscensa Diis silvarum, Diisque montium ac aquarum (b) ignota sacra faciebat, rituque barbaro litabat. (c) Inde fuit, ut magistris fontibus geniis futura pleraque, omniaque divinationum arcana condidicerit; quorum mysteriorum abditissima quæque & intima literis consignari fecit, (d) cumque filiabus communicavit. Simul in modum vatis profatus: „ Non est hic mihi consistendi locus. Urbs hæc „ minime diuturnitatem pollicetur, alio loco populi mei „ consilio exquisito opus est. „ *Crocus vaticinatur.*

ANNUS JESU CHRISTI 681.

AGATHONIS PAPÆ 4. CONSTANT. POGON. IMPER. 14.

CROCI 12.

(a) Quiqui de rebus Slavicis scripsere Procopius, Constantinus Porphyrogenitus, Adamus Bremensis, Helmoldus, posterioresque omni loco inuunt Slavicam gentem, antequam Christo nomen dedisset, studiosissimam fuisse artis magicæ, divinationumque. *Tam studiosa*, inquit Balbinus, *Bohema gens erat artis magicæ, ut nihil nisi dæmonibus consultis aggrederetur: nihil sine his authoribus seu pace, seu bello, seu domi, seu foris, seu privatum, seu publicum patrarent; omnia referebant ad Deos. Tanta erat miseræ gentis cæcitas, tanta servitus, tanta dæmonum divinitatis numen affectantium tyrannis! summa sapientia censebatur familiarem esse dæmonibus, ritumque eos advocandi, colendi, propitiandi didicisse.* Et rursum: *Nobiles imprimis, ac præ ceteris Crocus ipse, ejusque filiæ miserè sub hoc jugo sudabant. Cum enim aliquid in principe semper esse oporteat, quod cum populo admirabilem, sive etiam, si res ferat, terribilem, denique præstantiorem subditis efficiat, & eximat vulgo; vaticinandi scientiam adamaverat, & profitebatur Crocus; hanc ille de se populi existimationem perstudiose fovebat, multis edictis suis & imperiis vel timorem vel spem adjungens, ut aliquid de cœlo trahere videretur. Est enim maximum divinitatis argumentum* Balb. Dec. 1. l. 3. c. 12. Idem Dec. 1. l. 7. c. 2.

 scien-

Digitized by Google

scientia futurorum. Hactenus ad hunc locum noster P. Victorinus. At vetustissimi nostri Cosmas & Dalemilus nihil penitus de his Croci magicis artibus prodiderunt, in eoque præcipuam ejus gloriam ac meritum in Bohemam gentem reponunt, quod æquitatis tenacissimus populum rudem sapientiam docuerit. Sic enim Dalemilus:

Dalem. hist. Bolesl. c. 3.

Ten poczie wssie zemy suditi,
A Hlupy Lid Mudrost vczitі.

Non uno exemplo testatum est sæpius a veteribus viros sapientes pro magis habitos, & non raro indoctæ plebi visa fuisse portenta, ac veneficia, quæ viri hujuscemodi sublimiori rerum naturalium cognitione præditi ex ipso cursu naturæ præstitere. Nimii certe fuere quique nostri, cum omnia dæmoni & veneficiis attribuerunt, magiamque naturalem cum infami illa scelestaque confuderunt. Illa enim ab omni immunis veneficio Græcis, Romanis, Gallis, aliisque Ethnicis populis scientiæ loco habita est, multorumque annorum cursu comprehendi solita. Quod ad divinationes & auguria attinet, ea non secus ac Romanos Græcosque, ita quoque Slavos ex victimarum extis, sortilegiis, haruspicinis, auspiciisque depromsisse ex Procopio, Ditmaro, Helmoldo & Cosma nostro discimus. Quare sive eos ritum hunc a Romanis, seu ut alii malunt, a Græcis mutuasse dicamus, utrobique egregios superstitionis magistros nacti sunt. Cognitum enim est utramque gentem suos habuisse haruspices, augures, vates, Druidas, Bardos; sumsisse auspicia ex sanguine, extis animalium, volatu avium, equorum hinnitu, sorte, rebusque infinitis aliis.*

Diod. l. 5. Jul. Cæs. de bello Gall. l. 6. c. 14. Mel. l. 3. c. 3.

Procop. de bell. Goth. l. 3. c. 14. Ditmar. l. 6. Helmold. Chron. Slav. l. 1. c. 6. & 52. Cosmas Chron. Boh. l. 1.

** Ælian. var. hist. l. 2. c. 31. Diodor. l. 5. Strabo l. 4. Cicero de divinat. l. 1. & 2. Mela l. 3. c. 2.*

(*b*) Etiam Procopius** præter illum unum Deum fulminis effectorem *Nymphas & alia quædam Numina* Slavis concedit. Helmoldus inquit: *Inter multiformia Deorum numina, quibus arva, silvas, tristitias atque voluptates attribuunt, non diffitentur unum Deum in cœlis ceteris imperitantem. Illum præpotentem cœlestia tantum curare, hos vero distributis officiis obsequentes de sanguine ejus processisse, & unumquemque eo præstantiorem, quo proximiorem illi Deo Deorum.* Alio loco Deos Slavorum in malum & bonum dispertitur, *malum Diabol seu Czernebog* dictum esse, bonum vero sentit Frencelius *Belbog* seu *Jutrebog* quasi *Album, matutinum* seu *lucis* Deum appellatum. Stranskius* Deos majorum nostrorum vehementer cumulat: alios summos, alios majores & potentiores, alios intermedios superos & inferos partim stygios, partim terrestres, partim aquaticos, penates

*** Procop. de bello Goth. l. 3. c. 14.*

** Helm. Chron. Slav. l. 1. c. 83.*

*** Michael Frencel. dissert. hist. 3.*

** Stransky*

tes etiam & lares facit, ac pleroſque ſuis nominibus recenſet. In hoc vero ille ac Stredovskius multum falſus, quod pleroſque Rugiorum Meklburgenſium, Luticiorum, Vagriorum, aliorumque Slavorum Deos in cœtum noſtrorum rejecerint, de quibus in vetuſtioribus noſtris hiſtoriis ne quidem mentio fit, imo non paucos Græcorum Romanorumque Deos ac Deas affinxerint. Apud nos enim, ut ex ſequentibus annis palam fiet, longe diverſa Deorum, Dearumque adferuntur nomina, ut plane conſentaneum illud ſit, quod memorat Helmoldus: *Eſt autem Slavis multiplex modus, non enim omnes in eandem ſuperſtitionis conſuetudinem conſentiunt.*

reipubl. Boiem. c. 6. Stredovsk. in ſacra Mor. hiſtor.

Helmold. Chron. Slav. l. 1. c. 83.

(*c*) Sacra Slavorum, multiplicemque eorum ritum copioſe perſecutus eſt Abrahamus Frencelius; præcipuam eorum ſolemnitatem his verbis deſcribit Helmoldus: *Porro ſolemnitates diis dicendas ſacerdos juxta ſortium nutum denunciat, conveniuntque viri & mulieres cum parvulis, mactantque diis ſuis hoſtias de bobus & ovibus. - - - Poſt cæſam hoſtiam ſacerdos de cruore libat, ut ſit efficacior oraculis capeſſendis. Nam ſanguine dæmonia facilius invitari, multorum eſt opinio. Conſummatis juxta morem ſacrificiis populus ad epulas & plauſus convertitur.* Porro flaminem a Slavis appellatum *Crive* refert Guagninus, veroſimillime a *Crikva*, quod eis fanum ſignificabat, eumque tantæ authoritatis apud gentem hanc fuiſſe tradit Helmoldus, ut etiam majore in æſtimatione quam Rex ipſe eſſet.

Abr. Frenc. de diis Sorabor. aliorq. Slav. Helmold. Chron. Slav. l. 1. c. 52.

Guagninus in Sarmat. Europ. p. 64. Helmold. l. 2. c. 12.

(*d*) Niſi dicamus Crocum aluiſſe ſcribam latinum, aut græcum, qui hæc e Slavico translata latinis græciſve literis exciperet, ut Attilam feciſſe ex Priſco cognoſcimus; Nam Slavos ſcribendi uſum necdum habuiſſe, pluſquam certum eſt, & literas Slavicas primum a SS. Cyrillo & Methudio inventas deinde oſtendemus. Nec ſcio, qua fronte gentem noſtram præ Germanis Franciſque (qui tamen & prius Chriſtianis ſacris imbuti ſunt, & propter majeſtatem Imperatoriam ad majorem cultum traducti) magis moratam, diſciplinisque expolitam effingere noſtri queant; cum tamen Ottfridus Monachus Wizanburgenſis his ipſis neget ante Carolum M. & ſæculum VIII. adhuc ſcribendi uſum in propria lingua fuiſſe. Sic enim ille: *Lingua hæc* (Germanica) *tanquam agreſtis habetur, dum a propriis nec ſcriptura, nec arte aliqua ullis eſt temporibus expolita; quippe qui nec hiſtorias ſuorum anteceſſorum, ut multæ gentes ceteræ commendant memoriæ, nec eorum geſta, vel vitam ornant dignitatis amore. Aliarum lingua gentium, id eſt latino-*

Priſcus in Excerpt. legat.

Ottfrid. in præfat. volum. Evangelior. in Theodiſc. ſermon. traducti.

Digitized by Google

norum & græcorum ſua potius explanant. Res mira tam magnos viros, prudentiæ deditos, cautela præcipuos, agilitate ſuffultos, ſapientia elatos, ſanctitate præclaros uſum ſcripturæ in propria lingua non habere.

ANNUS 682.

Nominatiſſimus quiſque, atque ii præſertim, quibus multum pecus erat, relicto monte Rzip in ſeptentriones proceſſere, fixiſque ſub monte tentoriis (ubi nunc Litomericium eſt) villa Radicz (a) a Radus filio Lubæ in jugo montis ſupra Albim (b) exſtrui cœpta. Quo pene tempore Crocus rerum futurarum ſcientia jam inſignis, evocato Budeçium populo multa prænunciare, ac palam dicere: „ Compertum eſſe omni multitudini, primum, quam invitus gubernacula reipublicæ cepiſſet, deinde quantam oblectationem res animo ſuo tuliſſet, loco illo habitare, quo „ Princeps authorque gentis Czechus conditus eſſet, cujus „ ſepulchro oculis perpetuo obverſante idemtidem cogitaret, ſe quoque communi mortalium ſorte moriturum: „ ne ſi qua forte reliquis ſe mortalibus exiſtimaret ſuperiorem, Deorum in ſe vindictam provocaret; tamen quoniam ipſi ſic juſſiſſent, inde Budeczium commigraſſe. „ Verum ſcirent jam, ſibi omnino in animo eſſe ea urbe „ propediem excedere; quippe cujus ruinæ & excidium „ ſibi continenter ob oculos verſarentur. „ Loquentem adhuc ingens multitudinis clamor intercepit: „ Excederet „ infelicibus terris, indicaret loca fortunatiora condendo „ caſtro, urbique, ſe ſe neque operæ neque ſumtibus tem-

Radiczium.

Crocus Budeczy ruinam prædicit.

„ pe-

Digitized by Google

„ peraturos. Ite ergo, inquit, Crocus, ac die craſtino „ dubia adhuc luce egreſſi, verſique in meridiem præter „ fluminis ripas progredimini, venturi videlicet bonorum „ Numinum ductu in montem non infimæ magnitudinis, qui „ caput aliquando gentis, principiumque feliciſſimi imperii „ futurus eſſet. „ Egreſſi primo mane non pauci facile montem celſum atque in flumen projectum, (c) eum nempe de quo Crocus vaticinatus eſt, inveniunt, quem diligenter tum ſignatum inciſis undique frondibus frequens poſtea multitudo tuguriis ac mappalibus occupavit.

Alium locum caſtro & urbi exquiri jubet.

ANNUS JESU CHRISTI 682.

LEONIS II. PAPÆ 1. CONSTANT. POGON. IMPER. 15.

CROCI 13.

(a) Fortaſſis *Gradicz* (quod minus caſtrum majoribus noſtris ſignificabat, quemadmodum *Grad* caſtrum majus) locus hic ante Litomericium conditum appellatus fuit, nam præter urbem hic loci ſtetiſſe caſtrum innuit diploma Spitignei Ducis ſæculo medio undecimo datum Eccleſiæ Litomericenſi, quod authographum hactenus aſſervatur in Archivo ejuſdem Reverendiſſimi Capituli, & unde mihi tranſumtum cum ſigilli typo benevolentiſſime communicavit Reverendiſſimus ac Excellentiſſimus DD. Epiſcopus Litomericenſis.

Frencelius in Nomenclat. Utr. Luſat. Lodereker in Vocab. ſeptil.

(b) De Albis etymologia, fontibuſque in Prodromo noſtro tractavimus, princeps is eſt fluviorum noſtrorum a ſeptentrionali plaga Bohemiæ ex præruptis Sleſiæ confinibus naſcitur, mox recto tramite Arnaviam, Aulamque Regiam progreditur, ac ſupra Jaromirum Upæ, infra Metugæ aquis fit locupletior. Inde Reginæ-Hradecium properans Aquilam, noſtris Vorlice dictum, aſſumit, poſtquam jam aliquanto prius Lauczna & Chrudimka auctus fuiſſet. Ab hac urbe ad alterum uſque lapidem curſum ſuum meridiem verſus proſequitur, tum

Prodrom. Annal. Hayec. p. 74.

Digitized by Google

ſubito flexu ad occidentem vergit, & Cydlinam ad Libicen, Milinam ad Nymburgum, Gizeram infra Tauſſinium excipit. Ad Melnicum Moldavæ fluentis, quæ ſuis prope majora ſunt, miſcetur, nomen tamen retinet; mox pauco loci intervallo Bſſovcam, tum ad Nucznicz Chablovcam, Egram ad Litomericium, Bilinam ad Uſtam, Plaucznicen denique & Badebacham ad Dieczinium abſorbet, mox in Miſniam eluctatus, omnes prope Bohemiæ fluvios, rivoſque ad ſe receptos in oceanum ad Hamburgum effundit.

(c) Mons is eſt, cui hodie Wiſſegradum inſtratum eſt, flumen vero Moldava, de quibus alibi.

ANNUS 683.

Arx nova Croce ædificatur.

In eodem tam bene ominato monte egregii operis arx ad reliqua vulgi tecta hoc anno acceſſit, eaque Croci ſedes eſſe debuit. In hanc poſteaquam Princeps cum uxore, filiabuſque habitaturus conceſſit, quæſivere ſubinde ex eo Optimates: quo vellet juberetque eam nomine compellari? Crocus, qui noſſet, non tempora magis, quam nomina viciſſitudini mutationique eſſe obnoxia: „ Veſtrum, „ inquit, eſt arci nomen dare, qui primi locum detexiſtis, „ atque exædificaſtis; nomen igitur dicite, ſi quod medita„ ti eſtis. Erat in ea Optimatum corona Czinkruchus: is omnium voluntate in medium progreſſus dixiſſe fertur: „ Sit „ Crocus ſane futurorum anxie ſtudioſus; at nos præterita „ meminiſſe par eſt. Scitis communi noſtrum omnium pa„ renti Czecho, cujus auſpiciis ductuque in hæc loca delati „ ſumus, domi aliquando fuiſſe arcem Pſary (a) ad fluvium „ Krupam? (b) cum ſcire ſe omnes dicerent; tum ille: „ Quid

Digitized by Google

„ Quid malum, inquit, ne patria quidem nobis in men-
„ tem venit? eccur natalis hic soli memoriam non susci-
„ mus? arcemque hanc novam ab illa veteri vocamus *Psa-* *Ea Psary nomen accipit.*
„ ry? „ Rem ipsam dixisse visus est. Ergo ad unum om-
nes læto Principe vocandam Psary (c) conclamant.

ANNUS JESU CHRISTI 683.

LEONIS II. PAPÆ 1. CONSTANT. POGON. IMPER. 16.

CROCI 14.

(a) Jam in Prodromo nostro hujus castri Psary memorias ex Jordano retulimus. Legendo postea Joannem Lucium de Regno Dalmatiæ & Croatiæ, item Presbyterum Diocleatem, Thomam Archidiaconum Spaletanum, & Marcum Marulum, in id maxime intendimus aciem mentis, ut memoriam aliquam hujus castri præcipue ex diplomatibus, quorum ibidem egregia penus, aut ex Porphyrogeniti catalogo urbium, vicorum, insularumque detegeremus. Sed operam perdidimus, nuspiam enim Psary aut vocabulum simile in oculos incidit. In Silesia ejusdem nominis locum omnino reperi, cujus sæpe in diplomatibus Vladislai Ducis Cracoviæ fit mentio. An istud quoque in memoriam Czechi conditum dicemus? Illi id argumento sit, qui cum Anonymo supra laudato sæculi XIV. Scriptore Lechum Ducatus Lignicensis Silesiæque fundatorem facere voluerit. *Prodr. Annal. Hayec. p. 144.* *Sommersb. in diplomatar. Silef.*

(b) Balbinus magnum robur ad stabiliendam historiam Czechi e Croatia egressi id autumat, quod Bonfinius castelli *Krupinæ* quasi aliud agens, mentionem faciat. At ex vocabuli similitudine, & cumprimis ex temporibus ac authore historia Czechi facile sæculis decem posterioribus argumentum petere, res omnium mihi videtur imbecillissima, præsertim cum Hayecius primus omnium harum historiarum prolator, non castri Krupinæ, sed fluvii *Krupa* meminerit, quem ne ipsum quidem in supra memoratis Dalmatiæ & Croatiæ Scriptoribus uspiam notatum reperi. Kulpam flumen isthic legere licet ex Annalibus Francofuldensibus, idemque adnotavit Abbas Gottvicensis in sua Tabula Geographica medii ævi. *Balb. Dec. I. l. 7. in notis c. 1.* *Annal. Francofuld. ad An. 892.*

(c)

Digitized by Google

Gold. de Regno Bob. l. 1. c. 10. (c) Goldaſtus exiſtimat caſtrum hoc, poſtea Wiſſegrad appellatum, jam tempore Marobodui Marcomannorum Regis exſtitiſſe, eſſeque illud ipſum, quod Catualda cepit, & de quo Tacitus: *Is valida manu fines Marcomannorum ingreditur, corruptiſque primoribus irrumpit in Regiam, caſtellumque juxta ſitum.* Quam in rem ſuo more authorum vim magnam citat. Balbinus & ex eo Hammerſchmid caſtrum hoc jam a Czecho conditum referunt. Sed omnes contra vetuſtiſſimi hiſtorici noſtri Coſmæ authoritatem. Is enim uſque ad Przemyslai tempora, & bellum illud muliebre Wlaſtæ locum hunc arbuſtis obſitum, indeque *Naruſten* Slavice appellatum, perſtitiſſe, tum demum contra auſus fœmineos, & caſtrum Dievin hic loci urbem excitatam, quæ poſtea Wiſſegrad appellata ſit. Sic enim ille: *Quod videntes juvenes, contra eas nimio zelo indignantes, multo plures inſimul conglobati, non longius quam unius buccinæ in altera rupe inter arbuſta ædificant urbem, quam moderni nuncupant Wiſſegrad, tunc autem ab arbuſtis traxerat nomen Naruſten.* Ita quidem editio Freheriana, & Codex Dresdenſis Coſmæ. At *Naruſten* corrigi oportet, id enim Slavica vetus ſignificatio connotat.

Balb. Dec. 1. l. 7. c. 1. Hammerſchm. Prodrom. Gl. Prag. c. 5. Coſm. Chron. Boh. l. 1.

ANNUS 684.

Drzevoslaus quidam de cognatione Croci, ejuſdemque a judiciis adminiſter, vir ætatis jam actæ, cum Czecho enim e Croatia in Boemiam aſcenderat, ob eandem natalis ſoli memoriam ſub arce Pſary cognominem pagum clientelis ſervitiiſque ſuis ædificavit; ipſe vero unde late prædia contemplari poſſet, in abſciſſa rupe locavit ſibi domicilium. Ceterum multas hic pagus viciſſitudines pertulit, donec poſtremo civilibus etiam flammis arſit. Principio enim cum ſub nomine Pſary trans flumen Botice complura ſæcula duraſſet, ætate noſtra in cognomentum Slup (a) tranſiit, anniſque bene multis Principum Wiſchehradenſium dominationi ſuberat. Interjecto deinde non pauco tem-

Pagus Pſary, poſtea Slup appellatus.

Digitized by Google

tempore à Rege Wratislao Canonicorum Ecclesiæ Wischehradensis Collegio donatus, ut tabularia istius Ecclesiæ testantur, (b) atque ab illis ad Imperatoris Sigismundi usque tempora legitima ditione possessus; Bohemia tum bellis ardente cum Pragenses Wischehradum obsidione premerent, in fumum cineresque abiit.

ANNUS JESU CHRISTI 684.

BENEDICTI II. PAPÆ 1. CONSTANT. POGON. IMPER. 17.

CROCI 15.

(a) Admodum Reverendus Pater Faustinus M. Bœhmstellen olim Vicarius Generalis Ordinis Servorum B. M. V. in suo Ms., quod mecum benevole communicavit A. R. ac Eximius P. Leo hodie hujus sacerrimi Ordinis dignissimus Vicarius Generalis, hæc de etymologia nominis Slup refert: *Vetustissima est traditio: Quando Duces gentiles in arce Wischehradensi residebant, subtus na Trávnjčku seu in viridi pratulo quandam columnam erexerunt, supra quam principale suum idolum (Suantovitum) imposuerunt, ibique dicto idolo cultus divinos exhibebant. Columna ista defacto saltem in inferiori parte exstare videtur, quæ nunc pro sustentando fornice* (Chori Musicalis) *valet. Idolum vero Boemia sacro flumine tincta ex eu dejectum, confractum, & in proximè profluentem fluviolum Botiz præcipitatum fuit. Cujus rei memoria multis annis agebatur signanter Dominica Passionis, ubi pueri & puellæ exstructum aliquod idolum in pegmate portare solebant, quod postea in dictum fluviolum projiciebant. Res deinde in Sacram peregrinationem transivit, quæ magno populi confluxu hac ipsa dominica instituebatur in gratiarum actionem, pro eo, quod Bohemia e tenebris gentilitatis ad lumen fidei Christianæ pervenerit.* Hactenus R. P. Faustinus. Hæc opinio hodie passim obtinet, & in quopiam Ms. Bibliothecæ A. R. PP. Augustinianorum ad S. Catharinam Neo-Pragæ contineri asseritur. At rectius Hayecius exordia nominis *Slup* ad ætatem suam conjecit, idemque locum adhuc Sæculo XIV. cum isthic Ordo Servorum B. M. V. a Carolo IV. fundatus esset na Trávnjčku appellatum affirmat, cui consentiunt Literæ publicæ Burchardi Præpositi & Capituli Wischehradensis de anno 1368.

Historiæ memorabil. SSmæ Annunciatæ Neo-Pragæ Ord. Serv. B. M. V. c. 2.

Hayecius ad ann. 1360.

Digitized by Google

Hammerſch. hiſt. Wiſſehebr. p. 522.

1368. ubi vocatur locus: *Eccleſia ſeu Capella S. Mariæ in viridi ſub Wiſſehebrad prope rivulum Botiz.* Præterquam enim quod vetuſtior memoria hujus nominis *Slup* non reperiatur ſæculo XVI. minime illa de idolo Suantevito reſpondent huic ævo, de quo agimus, cujus initia multo antiquiora eſſe ex Helmoldo diſcimus. Neque ille de puerorum puellarumque Dominica Paſſionis ſupplicatione, idolique in flumen projici ſoliti ritus recte ab hac columna repetitur, nam iſta ceremonia, ut ſuo loco oſtendemus, cœpit in Polonia, cum potiſſima Polonorum pars hac dominica Chriſti fidem amplexa idola ſua paſſim in fluenta & ignes jactaſſet Sæculo primum X. unde dein ad Sileſios, gentemque noſtram tranſiit. Ceterum non inficior veroſimillimum mihi videri: Nomen *Slup* originem ſuam trahere a vocabulo vetuſto Bohemico Slup, quod columnam, pilamve ſignificabat, cui rei indicio mihi eſt quodpiam monumentum Sæculi XV. quod ex Mſ. Codice (qui inſtar Protocolli contractus emtionum venditionumque continet) mihi a Prænobili Domino de Hehn communicato excerpſi, quod integrum huc apponere mihi digniſſimum viſum eſt;

Helmold. Chron. Slav. l. 1. c. 6.

Alſſo proteſtatus eſt coram conſule & idoneis teſtibus in Nova Urbe Praga, quod hereditatem ſuam infra monaſterium Emaus in loco dicto *in viridi prato*, que incipit poſt olitorium Nicolai uſque ad ſepem, que eſt e regione *columne*, ubi monachi nigri barbati occiſi ſunt, & rurſum ex altera parte uſque ad Zirhoff cum omni libertate ad eam pertinente tradidit Praczkoni de Zrb civi Pragenſi in quinque ſexagenis groſſorum Pragenſium annui cenſus ad tempora vite ſue tantum, eo vero decedente predicta hereditas eidem Praczkoni libera eſſe debet. Actum die poſt Octavam Sancte Trinitatis.

Quare ſive dicamus columnam illam pilam fuiſſe, quæ ex ruderibus monaſterii, aut Eccleſiæ Servorum B. M. V. perſtitit, ſeu certe columnam (eine Marter-Saulen) a piis Chriſti fidelibus in memoriam hic loci Servorum B. M. V. a plebe Huſſitica combuſtorum excitatam, vix dubium eſt a columna hac veteri Boemico idiomate Slup appellata poſtea locum hunc nomen inveniſſe. Verum Sæculo XVI. poſt victoriam Ferdinandi II. Albo-Montanam (cum de reductione Religioſorum iſtorum in locum hunc ageretur) jam rurſum nomen iſtud aboli-

Digitized by Google

olim fuisse videtur, nam nusquam *Slup* appellatur in documentis illis, quæ in suo Ms. profert R. P. Faustinus; sic enim Ferdinandus II. in literis suis Anno 1626. die 18. Maji datis prolixe describit locum: *de Ecclesia in Nova Civitate Pragensi in valle media inter Wischehrad & cœnobium, & Carlshoff ad torrentem Botiz sita & spectante ad Ord. Serv. B. M. V.* In alio instrumento eodem anno dato Arsenii de Radbuza Decani Metropolitani vocatur: *Ecclesia B. V. in Botiz sub Wischehrado*, qua eadem appellatione refertur in decreto Gubernatoris Regni ad Commissarios eodem anno dato, ita ut resuscitatio hujus nominis procul dubio restaurato isthic monasterio cumprimis adscribenda sit.

(*b*) Diploma Vratislai Regis Ecclesiæ Wissegradensi datum inter ingentem numerum villarum, vicorumque eidem Ecclesiæ transcriptorum nullam mentionem hujus pagi facit; sed nec aliud quodpiam documentum hactenus in manus meas pertigisse memini, quo Pfary istius memoria haberetur, ut ita Cosmæ authoritas illibata maneat, ante excitatum Wissegradum locum hunc arbustis consitum, & meram solitudinem fuisse. *Hanerschi. in hist. Wischehrad.*

ANNUS 685.

Hic annus indicio prodidit, quas opes Bohemia occultaret. Giha, & Domoslaus filii Rohoslai reperta forte in Jasovensibus (*a*) fabuletis auri non pauca grana igni liquaverunt, (*b*) atque ita Croco muneri obtulere. Crocus omnium exspectatione frigidius donum excepit, sive quod jam tum insidiosum illum fulgorem metueret, sive etiam quod gentem a colendis agris ad hæc splendida avocari nollet; collaudavit tamen juvenes, monuitque: pergerent silvarum, fluminumque præsides Deos diligenter colere, qui tantæ eos rei inventores fecissent. Aurum deinde contulus effusa continuo manu adolescenti- *Primum de Bohemia aurum.*

Digitized by Google

bus reddidit, subjecitque. Haberent sibi, quod a Diis accepissent. Nam fortunæ (c) munera hominibus eripere, id enim vero indignum esse. Uterentur ergo cælitum beneficio, ac porro darent operam, quam plurima inquirere, tum loca notarent sedulo, atque ea amicis suis posterisque nota facerent.

ANNUS JESU CHRISTI 685.

JOANNIS V. PAPÆ 1, JUSTINIANI IMPER. 1. CROCI 16.

(a) In qua regione hoc Jassov situm fuerit nuspiam proditum est, nec enim hujus nominis locus ullus in Boemia supereſt, nisi fortassis vicum Jaslovitz in regione Kurimensi inde nomen traxisse dicamus.

Balb. Dec. 1, l. 1. c. 6. §. 6. Idem Dec. 1. l. 1. c. 13. & 14.

(b) Balbinus ex libello antiquissimo Ms. refert sæpe maximo numero inventa elutaque grana auri, quæ magnitudine non modo pisa, sed ova columbina æquabant. Idem diligenter recenset plerosque auriferos amnes, pluribusque locis rerum istiusmodi metallicarum historiam fuse persequitur. An ante occupatam a Slavis Bohemiam Bojis Marcomannisque auri exquirendi usus fuerit, in historiis veteribus nihil proditum est. Tacitus generatim de Germanis loquitur: *Eos possessione & usu auri argentique haud perinde affici.* Et rursum *Argentum & aurum propitii, an irati Dii negarint, dubito. Nec tamen affirmaverim nullam Germaniæ venam aurum argentumque gignere, quis enim scrutatus est?* Postea tamen memorat Curtium Rufum in agro Matiaco hodiernæ Hassiæ reclusisse specum quærendis venis argenti. Si sæculo jam isto Slavi Boemiæ auri venas detexere, næ illi multum Saxones diligentia superarunt; nam Ditmarus illic primum sub Ottone Magno detectas memorat.

Tacitus de moribus Germ.

(c) Slavos fortunam prosperam a bono Deo, adversam a malo procedere credidisse refert Helmoldus, eosque sub istorum Numinum in-

Digitized by Google

invocatione inter convivia & compotationes pateram circumtulisse cum verbis consecrationis & execrationis, quod eos his rebus flecti crederent. *Helmold. Chron. Slav. l. 1. c. 52.*

ANNUS 686.

Hoc anno quidquid hominum qua silvis, qua lucorum latibulis sparsum erat, decreto Principis in plana atque aperta evocatum est. (a) Confluente undique multitudine descripta confestim spatia ad pagos faciendos, imperatum etiam, quæ silvæ essent ab radicibus cædendæ, qui agri subigendi, hordeo & avena alioque frumenti genere conserendi. Is labor ipsos tres & viginti annos, usque videlicet dum e vivis excederet Crocus, tenuit. Quæ tempora quoniam partim silvarum excidium, partim constructio pagorum, res præterea nulla memoratu digna absumsit, (b) eorum annorum computatione ut inutili, & ad alia properantibus odiosa, supersedemus. *Crocus jubet passim agros pagosque exstrui.*

ANNUS JESU CHRISTI 686.

CONONIS PAPÆ 1. JUSTINIANI JUN. IMPER. 1. CROCI 17.

(a) Jordanus ex his verbis Hayecii conjicit primævum Slavo-Boemorum habitationis morem plane similem ei fuisse, quem Procopius universim de Slavis describit, cum ait: *eos sparsim & rare positis tabernaculis regionem obtinere*, istudque fuisse meritum Croci in gentem Bohemam, cum excitatis ad ripas fluviorum domibus, vicatim eos habitare docuit. Sed ea de re nihil Cosmas. *Jordan. orig. Slav. P. I. c. 15. §. 39. Procop. de bello Goth. l. 3. c. 30.*

Digitized by Google

(b) Ad hunc locum hæc adnotat P. noster Victorinus: Multæ arces pervetustæ, oppida, item & civitates, quorum Hayecius nusquam meminit, quo auctore, quove tempore surrexerint, ut Raudnicium, Rakona &c. credibile est eo viginti trium annorum intervallo sua sumsisse exordia.

PRÆTERMISSA.

Cum Hayecius rursum longa annorum intercapedine ad sæculum VIII. transeat, non prætereundus hic videtur Marothus, quem Pessina sub exitum sæculi hujus Regem Moraviæ facit, quemque etiam Jordanus rejectis ceteris prioribus a Pessina allatis Moraviæ Regibus, primum Moravorum Regem admittit. Verba autem Pessinæ sunt hæc: *Circa annum 690. legimus regnasse apud Moravos Marothum sive Moravedum, regiamque habuisse sedem Wesprini in Pannonia, at fuisse Regem longe omnium virtute, sapientia, & fortitudine militari florentem ac memorabilem, ideoque regiminis ipsius tempore Regnum Moraviæ florentissimum, potentissimumque, & vicinis omnibus formidabile exstitisse.* Sed quæro, ubi hæc legerit Pessina? quare fontem non coronavit, unde has aquas hausit? Jordanus existimat id eum desumsisse ex Thuroczii Chronico Hung. & Bonfinio; quo igitur utroque solerter authore excusso, tantum historiarum chaos circa hunc Marothum, filiumque ejus Suathen reperio, ut vix quidpiam temporibus locisque cohæreat. Nam præterquam de Hunnorum hoc tempore per Transilvaniam in Pannoniam immigratione bellisque cum Slavis altissimum apud authores silentium, constat ex Porphyrogeniti supra relatis Patziniacos tunc Transilvaniam tenuisse, jam tum Dalmatas, Croatas, & Srbos in Pannonia suas habuisse respublicas; constat ex Theophane Bulgaros hoc plane ævo rediisse in Europam pristinas in Mœsia sedes occupatum, subactisque septem Sclavinarum gentium generationibus a Varna Ponto Euxino adsita urbe usque ad Savum fluvium omnia sub potestatem suam redegisse, ut ita Marothus, filiusque ejus Suathes locum hic non inveniat, nisi Bulgarorum aut Batziniacarum duces (nam Reges nuspiam nominat seu Thuroczius seu Bonfinius) faciamus. Ex quo ipso Theophanis testimonio A. R. Pray. ostendit Marothum tunc Vesprimi sedem nequaquam habere potuisse. Et quanquam Asemannus atque ex eo A. R. Pray Marothum sub annum Christi 690. Suathen vero sub annum 720 Vinidis præfuisse, prioremque Samoni successisse testari dicant Annales Francicos, tamen mihi

Jordan. orig. Slav. P. I. c. 8. §. 21.

Pessinæ Mars. Morav. l. 2. c. 4

Jordan. orig. Slav. N. 964. Thurocz. P. II. c. 3. Bonfin. rer. Hung. l. 3.

Luc. de Reg. Dalm. et Croat. l. 2. c. 3.

Theophanes ad XI. ann. Constant. Pogg.

Pray in Annal. Veter. Hunor. l. 2. p. 263.

Aseman. T. III. orig. Eccles. Slav. P. I. c. 2.

Digitized by Google

mihi hactenus tam felici esse non licuit, ut locum hunc in Annalibus tot a me lectis Francicis reperissem. Sibi igitur imputent, quod eorum fides in dubium vocetur, cum Annales hos Francicos, cujus authoris, aut editionis sint, non indicaverunt. *Pray cit. l.*

ANNUS 709.

Crocus de Bohema gente Princeps optime meritus, nono & trigesimo principatus anno, actæ verò ætatis sexto supra octogesimum (a) supremum vitæ diem clausit, tribus eximiæ venustatis filiabus relictis, quas ex Niwa conjuge non proceritate magis corporis, quam pulchritudine conspicua susceperat. *Crocus moritur.*

Incredibile dictu, quam misere ætatem omnem, omnemque ordinem affecerit vulgata mors Principis. Fletus jam & lacrimæ minima pars doloris erant, raptis alii crinibus, alii sciisso fœdeque laniato vultu (b) furentium more discursabant. Sed filiarum imprimis luctus omnium oculos in se averterat. Illæ frigidos artus charissimi patris amplexæ nunc propitium Merotum precari; qui eum luce ad æternitatem præiret, nunc Radamasum invocare: qui ex actæ vitæ æquitate probitateque eum judicaret, eundemque rogare: caveret Tassanum carnificinæ tradere, (c) nunc verso in se dolore orbitatem suam miserabili carmine lugere. Ita plorantes juvenum senumque turba eodem planctus genere triduum secuta. Quarta demum luce late sonantibus ejulatu silvis exanime cadaver Cztinovessium defertur, eodemque tumulo, quo Czechus uxorque Niwa, conditur. *Cztinovessii tumulatur.*

Ad-

Digitized by Google

Adduntur cadaveri mortuales epulæ, (d) atratusque populus adducto ſuper tumulum ſaxo, excitatisque ſuperne funeralibus ignibus veſtem, omnemque demortui ornatum Inferias cremat. (e)

Tres Croci filiæ. Ab obitu Croci tres, ut diximus ſuperſtites erant filiæ, quarum ſingulæ tanto re divinatoria patrem ſuperabant, quanto hic ſexus ad omne genus ſuperſtitionum natura eſt projectior. Earum alteram dicebant Kaſſam, alteram Tetkam, tertiam Libuſſam.

Kaſſa. Prima nata Kaſſa (f) eam aſſecuta eſt ſucci, herbarumque ſcientiam, ut Medea illa Colchide haud inferior putaretur; quippe quæ non jam medicatis potionibus, ſed verbis duntaxat, & afflatu graviſſimos morbos perſanaret. Divinationibus porro ſic præſtabat, ut amiſſas furto res, & quis tuliſſet, & quo loco eſſent, oraculo certius aperiret. Hæ cauſæ erant, cur Bohemi conſequentibus annis, ſi quando ablata recuperandi ſpes nulla eſſet, proverbio dicerent: Quo pacto res perierit, *ne Kaſſa quidem divinando aſſequatur.*

Tetka. Altera Tetka (g) magicorum operum artifex mira, ut magiſtris ſuis malignis ſpiritibus redderet vicem, novis religionibus populum implevit. Rudis enim & indocta multitudinis ſuperſtitio ad eum diem igni, ligno, ſtellis, lapidique, & ceteris ſenſu carentibus honores divinos habebat, ipſa exercitatior religionum ceremoniarumque antiſtes, quæ ſua cuique DEO ſacra, quæ victimæ, quæve ceremoniæ peculiares eſſent, docebat.

Li-

Digitized by Google

Libuſſa (b) demum tertia non tam prærogativa paternæ hereditatis, quam ſua indole ceteris ſpectatior omnia poterat. Eam populus inſtar numinis colere, & ipſa vaticinationibus inprimis futurorumque auguriationibus adeo valere, ut omnibus perſuaſum eſſet: Libuſſæ nihil eſſe vel impervium cognitu vel arduum factu. Itaque cum ſic ingenio, artibusque ſorores certarent, nihil mirum, ſi in quintum omnino menſem interregnum tenuit, dubia multitudine, cui principatum deferrent. Optimatum denique vicit ſententia, jubentium omnes tres Croci filias æquo jure imperare; ea tamen lege, ut paternæ clementiæ in regno meminiſſent, & amplificandæ, augendæque regioni pro virili ſtuderent. Sed hæc ſententia intra multitudinem hæſit, quod nullus eſſet, qui magicarum artium metu aperire ſororibus plebiſcitum auderet. *Libuſſa.*

ANNUS JESU CHRISTI 709.

CONSTANTINI PAPÆ 2. JUSTINIANI ITERUM IMPER. 5.

CROCI 39.

(a) Balbinus Croco 50. annos regiminis adſtruit, idem aſſerit Stranskius. Veleslavino, qui Petri Codicilli Chronologiam ſecutus, initia Slavo-Bohemorum ad annum 278. rejecerat, prolixius viſum eſt tempus ab obitu Czechi ad Libuſſæ ac Przemislai gubernacula, quam ut tantum intervallum nonniſi unius Principis imperium occuparet. Alterum igitur Crocum non modo Coſmæ, Chriſtanno veteribusque omnibus, ſed & recentioribus Dubravio, Kuthenо, ipſique Hayecio incognitum in hiſtoriam Czechiæ inſeruit, vix fortaſſis alio argumento, quam quod apud Pulkavam legerit: *veſerri a quibusdam, Croco noſtro fuiſſe fratrem ſeu parentem Crak, qui civitatem* *Balbin. Dec. 1. l. 7. c. 2. Stransky Rei. pub. Bojem. c. 8 Veleslav. in Genead. Duc. Bob.* *Pulkavæ Mſſ. initio.*

Digitized by Google

Cracovienſem in Polonia condidiſſet. Quæ in opinione dein Veleslavinus tot ſectatores habuit, quot poſt eum ſcripſere. Idem porro narrat: Crocum I. anno 395. tranſtuliſſe principatum Bohemiæ in filium cognominem quatuor ſupra viginti annos habentem, huncque poſteriorem fuiſſe maritum Niwæ, patrem trium filiarum Kaſſæ, Tetcæ, & Libuſſæ, reformatorem Gymnaſii Budeczenſis, eunique cum Arbogaſto Gothorum Rege tam feliciter acie congreſſum, ut viginti Gothorum millia deleverit. Quanquam in hac ipſa Chronologia, quam ſe reformaturum Veleslavinus credidit, inſigniter in ſupputatione lapſum probet Balbinus. Quod ad Crocum alterum attinet, eum idem Veleslavinus bellum geſſiſſe memorat cum Cæſare Juliano ad Danubium tuendorum limitum cauſa; rurſum adjuviſſe Marcomirum Franciæ Regem contra Gratianum Cæſarem apud Moguntias dimicantem, ut plura alia hiſtorica paradoxa præteream.

Balbin. Dec. 1. l. 7. c. 3. in notis.

(*b*) Calanus eundem morem fuiſſe teſtatur Hunnis, ut crines truncarent, imo in doloris ſui teſtimonium vultus quandoque lanceolis concideret. Quod idem de Attilæ funere his verbis exprimit Jornandes: *Informes facies canis turpavere vulneribus, ut præliator eximius non femineis lamentationibus, & lacrymis, ſed ſanguine lugeretur virili.*

Calanus in Attila c. 23.

Jornand. de reb. Get. c. 49.

(*c*) Stranskius Merotum, Radamaſum, & Taſanos inter Deos ſtygios Slavorum connumerat, quo nomine ipſi Judices cenſeri videntur tanto opere latinis cogniti Rhadamantus, Minoes, Æacus ceteraque inferorum turba. Sed jam alias innuimus perperam quosque ſcriptores noſtros Græcorum Romanorumque Mythologiam cum hiſtoria Slavorum confudiſſe, nec vadem pro Hayecio ipſo agere velim, eum hujus erroris prorſus immunem eſſe. Cæterum Slavis inferorum numina fuiſſe *Diabol* & *Pieklo* ex Helmoldo & Frencelio diſcimus.

Strans. Reipubl. Boj. l. 6. §. 2.

Helm. l. 1. c. 52, Frencel. de Diis Sorab. c. 32.

(*d*) Ejusmodi funebris ſolemnitatis, & mortualium epularum uſum Slavis fuiſſe Theophanes innuit. Jornandes *Stravam* appellatam inquit, quaſi *Salus!* dicas, veroſimillime quod in his *multa potata ſalus*, nam & hodie uſus apud plebem perſtitit, ut cum alteri poculum propinant, *Stravi!* exclament. Belius a Slavis ad ipſos Hunnos hanc vocem tranſiiſſe autumat, cum Jornandes de funebribus epulis Attilæ hæc ſcribat: *Poſtquam talibus lamentis eſt defletus, Stravam ſuper tumulum ejus*

Theoph. ad IX. Au. Maur.

Belius in notis ad Calani Attilam c. 23.

Jorn. de reb. Get. c. 49.

Digitized by Google

ejus, quam appellant ipsi, ingenti comessatione celebrant, & contraria invicem sibi copulantes, luctum funereum mixto gaudio explicabant. Nec enim Hungaricam hanc vocem esse ipsi scriptores quique rerum Hunnicarum agnoscunt.

(*e*) Stranskius ait: *ligna quotidie tumulo a plangentibus injecta accendebantur, & excitata flamma late collucente cæsa ex volatilibus victima immolabantur.* Cromerus author est apud Slavos Prussos pretiosissimam & clarissimam equorum atque armorum supellectilem fuisse injectam. Jornandes funus Attilæ describens, nihil de igne excitato, aut vestibus crematis memorat; sed ait super loculum imposita *fuisse arma hostium cædibus acquisita, phaleras vario gemmarum fulgore pretiosas, & diversi generis insignia, quibus colitur aulicum decus; tum in mediis campis & intra tentoria serica cadavere collocato, spectaculum admirandum & solemnitas exhibitum.* Quare cum mos hic supellectilem cremandi nec apud Hunnos fuerit, nec antiquum quodpiam monumentum de Slavis ipsis exstet, an plena fides Hayecio, Stranskioque tribuenda sit, lectoris judicio permitto. Slavos Græcis fuisse finitimos perquam certum est, iis autem pretiosissima quæque defuncti in pyram mittendi usum fuisse antiquitus, inter omnes scriptores constat, ridetque multo sarcasmo hanc dementiam Lucianus. Romanos eandem ceremoniam adhibuisse fuse persequitur Kirchmannus; de Germanorum veterum simili ritu agit Tacitus. Sed omnium maxime hac ceremonia abusos Gallos his verbis testatus Julius Cæsar: *Omnia, inquit, quæ vivis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia, ac paulo supra hanc memoriam servi & clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, justis funeribus confectis una cremabantur.*

Stransky de Republ. Boj. c. 20. §. 1. Cromer. rer. Polon. l. 3. Jornand. de reb. Get. c. 49. Lucianus in Nigr. Kirchm. de fun. Rom. l. 1. c. 2. Tac. de morib. Germ. Jul. Cæs. de bello Gall. l. 6. c. 19.

(*f*) Cosmas Kazi vocat, Majoribus nostris vox *Kazi* idem significabat, quod *indicare, docere, ostendere*, quam significationem etiam hodie apud Dalmatas retinet, fortassis ita appellata, quod rerum medicarum magistra, perditarumque indigitatrix credita sit. Pulkava & Kuthenus hanc primogenitam Croci filiam appellatam ait *Bielam*, ab eaque castrum *Bielin* ædificatum, & *Bielinensem* provinciam exaltatam. Anonymus apud Menkenium & Hofmannus *Brelam* vocat. At vero Hayecius, Veleslavinusque *Bielam* faciunt filiam hujusce Kassa. Cosmas longe aliam a Bielinensi indigitat regionem, ubi Kazi commorata videtur, de illius tumulo enim loquens, *Ejus*, inquit, *usque hodie cernitur*

Cosm. Chron. Bob. l. 1. Loderek. in Vocab. sepul. Pulkava MS. Kuthenus in Croco. Chron. Anon. apud Menk. T. III. c. 3. Chron. Hofman. apud Hier. Pez. T. II. c. 2.

Digitized by Google

Cosm. Chro. Bob. l. 1. edit. Menken. e codice Dresd. tur tumulus, *ab incolis terræ ob memoriam suæ dominæ nimis alte congestus, super ripam fluminis Mse, juxta viam, qua itur in partes Provinciæ Bechin, per montem, qui dicitur Osseca.* Balbinus, omnesque prope noſtri ſcriptores, deperditis hodie appellationibus *Osſek* & *Mſe*, nullum veſtigium ſupereſſe exiſtimant, qua regione, aut loco tumulus Kaſſæ ſteterit, at quandoquidem Coſmas regionem per fluvium, montemque ſatis prolixe deſcripſit, tentandum, ſi locorum vicinias attingamus: proficiſcentibus Praga Bechinam & ad Bechinenſem provinciam duo nonniſi cujusdam nominis fluvii ſuperandi ſunt, alter *Sazava*, quem Coſmas crebro *Sazoæ* nomine indigitat, alter *Brſina*, qui ad Zrubekum Moldavæ miſcetur. Veroſimillimum igitur mihi videtur in Codices Coſmas librariorum oſcitantia errorem irrepſiſſe in appellatione fluminis hujus, præſertim cum codices tantopere varient, Dreſdenſis enim habet *fluminis Mſe*, Freherianus *Alſæ*, alius manuſcriptus, cum quo Freherianam editionem contuli, *Blſe*, ita ut in hoc proprio fluminis nomine emendandi videantur pene ſimili vocabulo *Brſinæ*, ad cujus ripas tumulus Kaſſæ exſtitiſſe videtur, & quidem juxta viam, ut inquit Coſmas, qua itur per montem Oſſeka. Montis iſtius nomen pariter hodie exolevit, nec in ea regionum vicinia *Osſek* ſeu *Woſſek* quodpiam reperitur hodie, niſi forte dicamus vicum *Woſſeczan* reliquias eſſe hujus nominis, propeque illi vicinum montem, aut illa montana ſibi iſthic contigua *Oſſeka* appellata, nam *Cſan* & *Cſtan* veteribus Slavis *domicilium*, *habitaculum* aut *ſtabulum* ſignificabat, Dalmatæ hodiedum *Sztan* appellant, ita ut *Woſſeczan* idem ſignificet, quod domicilium apud montem Oſſek. Meo itaque judicio tumulus hic ultra montem Woſſeczanum ad ripam fluminis Brſinæ quærendus erit. Ceterum quod ad nomenclaturam vocabuli *Osſek* attinet, id majoribus noſtris connotabat noñunquam populum nigram, ein Pappel oder Eſpen-Baum; noñunquam *arborum inciſionem*, quaſi Wodſek dicas, ut ita mons ſeu ab hac, ſeu altera ſignificatione nomen ſuum invenire potuerit.

Lodereker in Vocab. ſeptil.

Frencel. in Nomenclat. utriusq. Luſat.

Æneas Silv. hiſt. Boj. c. 4. Hofmañ. apud Hier. Pez. T. II. c. 2. Pulkavæ Mſ.

(*g*) In hujus nominis ſcriptione variant authores, perperam eam Æneas Silvius, & Hofmannus *Therbam* ſeu *Therbizam* appellat. Pulkava, ea, quæ Coſmas & Hayecius de Kaſſa referunt, quod rerum ſeu furto, ſeu forte amiſſarum indigitatrix fuerit, Tetcæ huic attribuit.

(*b*) Coſmas Luboſſam vocat, alii Lubuſſam, alii Liubiſſam, quæ poſterior ſcriptio quibusdam optima videtur, nam Liubiſſe Slavica antiqua voce *placet* ſignificat, quaſi ea populo univerſo placuiſſet, ut in pri-

Digitized by Google

primam judicem deligeretur. Christianus nomen proprium plane præteriit, *Pythonissam Virginem* vocat, neque sororum ejus aut patris Croci meminit. Recte ad hunc locum Cosmæ animadvertit Schwarzius: a rudibus populis omnes fere paulo prudentiores vel callidiores veneficos & Pythonissas æstimatos esse. Nec incredibile est, ut alias jam innuimus, plures ex utroque sexu apud Slavos fuisse, qui seu diuturno usu, seu etiam aliorum institutione ad cognitionem rerum naturalium, & cumprimis superstitiosa illa auguria, quæ tantopere tum antiquitas admirata est, efformati sint. Nam hæc tam obstinato animo etiam posterioribus temporibus, & jam Christi invectis Sacris tuitos legimus majores nostros, ut non semel ab Episcopis nostris Chiromantia, Physiognomia & Metoposcopia, cæteræque augurandi artes fulmine Ecclesiastico configerentur. Quanquam nunquam rei illi fidem præbeam, ut credam tam insolita naturæ portenta facta fuisse, quæ ab Hagecio nostro posterius referuntur.

Apud Mencken. T. I. in Cosmæ l. 1.

PRÆTERMISSA.

Annus JEsu Christi quintus supra septingentesimum Slavorum genti perquam glorioſus hic prætermittendus non est; hoc enim anno Justinianum orientis Imperatorem a Slavis in regnum restitutum memorat Theophanes, nam Terbeles Bulgarorum Princeps suorum, omniumque vicinorum Sclavorum adunatis copiis Tiberium Apsimarum orientalis Imperii usurpatorem solio deturbavit, habenasque Justiniano vindicavit.

Pagius in Crit. Baronii ad Ann. 705.

Digitized by Google

ANNUS 710.

Tres sorores partiuntur principatum missa sorte.

Filiæ Croci indicto in arcem Pfary conventu principatum missis sortibus, ita jubente populo, partitæ sunt. (a) Quantumvis vero incertum sit, quod sortium genus (b) adhibuerint, illud tamen memoriæ proditum est, Libussæ natu minimæ orientalem principatus partem cum arce Pfary sortito obtigisse: evolutoque vix dum mense, summa omnium voluntate principem creatam, pacate clementerque, perinde ut pater regnavit, suis imperasse.

Atque ut illa palam faceret pares imperio spiritus sibi haud deesse, a splendore & magnificentia dominationem orsa est. Namque sub ipsum principatus exordium fatidicorum Deorum, sororumque consilio orientem versus profecta, ad illud forte ostium, quo amnis Cydlina in Albim se se evolvit, eques pervenit; statimque in pedes desiliens, altissimamque cum comitatu (decem erant equites puellæ, (c) ingens præterea omnis generis fabrum, laboratorumque turba) silvam ingressa urbem atque arcem ampliffimis spatiis erigere ac munire cœpit. Molientem fundamenta duodecim dies tenuere, post quos, quia moles proce-

Digitized by Google

tebat, secundis avibus ad suos rediit. Octavo, quam ædificari cœpit, mense perductum ad fastigium opus est, adnitente inprimis Hotaussio viro impigro, claroque inter suos architecto. Læta eo nuncio Princeps, posteaquam novis civibus urbem atque arcem implevit, utramque a se, arcem quidem Libecii, urbem vero Libicii (d) nomine insignivit, eoque loci petiit post obitum humari.

Urbs Libicium cum arce a Libussa conditur.

ANNUS JESU CHRISTI 710.

CONSTANTINI PAPÆ 3. JUSTIN. ITERUM IMPER. 6.

LIBUSSÆ 1.

(a) Postquam Slavi Bohemiæ ob crescentem Francorum sibi hostium vim a statu democratico deflexerunt, certum est Bohemiam usque ad ipsum sæculum decimum non uni paruisse Principi, quod ex invictis consequentium annorum monumentis palam fiet, fuere tamen Duces Pragenses omni tempore maxime præcipui ac potentissimi, quare supplementum Annalium Francorum Pithœorum, superiori anno ab Eruditissimo Viro Kollario e Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi in recusso Lambecii opere vulgatum, sæculo adhuc IX. exeunte Spitigneum & Vratislaum Borzivogi nostri filios vocat: *Primores inter Duces Boemanicorum.* Eadem ratio apud Moravos obtinuit, qui plures quoque Duces, separatasque respublicas habuere, ut ex historia posteriorum annorum patebit; at illi prius quam Bohemi sub unius Principis regimen redacti sunt, de quo suo loco.

Supplementum Annal. Pithœor. ad an. 895.

(b) Slavorum sortiendi ritum his verbis describit Ditmarus: *Ad sacra tuenda ministri specialiter sunt constituti ab indigenis, qui cum idolis immolare, seu irum eorundem placare conveniunt, sedent hi duntaxat ceteris adstantibus, & invicem clanculum mussitantes terram cum tremore infodiunt, quæ sortibus emissis rerum certitudinem dubiarum perquirant, quibus finitis cespite viridi eas aperientes, equum, qui maximus inter alios habetur, & ut sanctus ab his veneratur, super fixas in terram duorum cuspides hastilium inter se transmisso-*

Ditmarus l. 6. p. 382.

Digitized by Google

missorum supplici obsequio ducunt, & præmissis sortibus; quibus id explerunt prius per hunc quasi divinum denuo augurantur, & si in duabus bis rebus par omen apparet, factis, completur. Non absimilem prope sortiendi ritum per amputatos quibusdam notis discretos surculos superque vestem candidam mitti solitos Germanis veteribus usitatum profert Julius Cæsar.

Jul. Cæs. de Bello Gall. c. 53

(c) Slavonicas mulieres iter plerumque equo feciſſe, ac eidem militum more inſediſſe memorat Ditmarus, quod idem de Hunnicis teſtatur Priſcus; & quanquam carrorum uſus Slavis incognitus non fuerit, tamen quemadmodum apud Germanos, ita & Slavos crebrior eorum uſus ſerius invaluit, valeatque hic illud Muratorii de Ludovici Pii temporibus adhuc loquentis: *Apud gentem Francorum equi erant quidem in quotidiano uſu, contra tunc minime adhibebantur bigæ, quadrigæ, currus, & id genus vehicula ſive fomenta ignaviæ, quæ tanto ſunt in honore & uſu temporibus noſtris.* Ceterum de veterum Henetorum equis, quanto in pretio fuerint etiam exteris gentibus, jam egit Phædra; paria Strabo de equis Venetorum Italiæ memorat, & quantum gentis noſtræ equi omni tempore ſpectati ob robur generoſitatemque fuerint, perſecutus eſt Balbinus.

Ditmar. l. 8. Priſc. in Excerpt. legat.

Murat. in lib. I. Ermoldi Nigelli n. 1. apud Monk. T. I.

Phædra in Euripid. Hippol. v. 230. & Chor. v. 1131. Strabo l. 5. Balb. Dec. 1. l. 2.

(d) Coſmas ait Luboſſam urbem tunc potentiſſimam condiſſe juxta ſilvam; quæ tendit ad pagum Zubecnam. Quæ urbs hæc fuerit, & quo loco ſita, tranſcripſit poſteritati Pulkava his verbis: *Ædificavit Libuſſa caſtrum Libuſi prope Albeam, prope caſtrum quod nunc Colonia ſuper Albea vocatur. Ibique poſt obitum ſuum ſepulta eſt, quod caſtrum Libuſi poſt multa curricula temporum fuit Nobilis Comitis nomine Slawnik Patris Beati Woyciech alias Adalberti, qui ibidem cum uxore ſua, Matre dicti Sancti Adalberti, eſt ſepultus.* Civitatem hanc ne quidem in ruderibus amplius ſpectari ait Balbinus.

Coſmas Chron. Bob. l. 1.

Pulkava Mſ.

Balb. Dec. 1. l. 3. c. 7. §. 1.

Annales urbis Loebavienſis, quæ poſtrema eſt urbium ſuperioris Luſatiæ ajunt hanc civitatem a Libuſſa conditam, olimque a Slavis, uti & hodie Srbis *Libye* dictam: Sed opinionem hanc evertit Frencelius & Carpzovius, oſtenduntque Loebaviam olim Lobjie dictam nomen ſuum traxiſſe a profunditate ſeu loco profundo, qui Slavis *Lobio* ſignificabat, quamque ſignificationem hodiedum Srbi retineant. Alii etymologiam urbis hujus ab amne *Luboſſa* deducunt, qui prope Soraviam ortus apud Gubinum abſorbetur.

Frencel. in Nemenel. utr. Luſ. vocab. Loebavia. Carpzov. in Ober-Lauſitz. Ehren-Tempel P. I. c. 19. §. 1. 2.

AN-

Digitized by Google

ANNUS 711.

Kassa gloriæ Libussæ æmula Kassinium (a) & ipsa sororis permissu castrum exædificat. Id castrum ex vetustissimis ruinis clarissimæ quondam urbis, quam Marquardus Moravorum olim & Hermundurorum Rex super monte dicto Peerk (b) condiderat, exstructum esse, memoriæ proditum est. Castrum istud hodie supra Moldavam ex adverso Cœnobii Zbraslavienſis sive Aulæ Regiæ male pendentes muri, hiantesque ruinæ ostendunt. (c)

Arx Kassin a Kassa conditur.

Hoc ipso anno Lechus Polonorum Dux, grandis jam natu plenusque gloriæ & recte factorum Laschotniæ mortem tumulumque invenit. (d) Successorem habuit filium Crocum, (e) quem annos licet sexdecim nondum natum, dignum tamen principatu fecerunt cum patris merita, tum adolescentis ipsius major, quam pro tantilla ætate prudentia, miraque in agendo dexteritas.

Lechus moritur relicto successore filio Croco.

ANNUS JESU CHRISTI 711.

CONSTANTINI PAPÆ 4. PHILIPPICI IMPER. 1. LIBUSSÆ 2.

(a) Velut in culeum Hayecius sororum istarum ditiones retrusit, cum tam prope positis castris jus in sibi subjectos exercuisse memorat. Nam si, ut is ipse superiore anno retulit, illæ regionem Bohemiæ inter se partitæ sunt, quid sibi vult castri Kassin erectio in medio terrarum Libussæ? Cosmas certe ditiones Kassæ longius a castro Wissegrad abfuisse per tumulum illius innuit.

Digitized by Google

Prodr. Annal. Hayec. p. 71. & 88. alibique.

(*b*) Marquardi nomen, narrationisque iſtius capita copioſe refutavimus in Prodromo noſtro.

Balb. Dec. 1. l. 3. c. 7. P. 1.

(*c*) Balbinus caſtri hujus veſtigia, qualia ſua ætate erant, ita deſcribit: *Trans Moldavam e regione Aulæ Regiæ mons altus minoribus collibus incinctus apparet, colles illi omnes unaque & mons nihil aliud dici poſſunt, quam ingentes lapidum cumuli, in multis adhuc commiſſuram calcis videas, tum veſtigia domorum ac mœnium per rupes euntia, tum celaria e vivo ſaxo alte effoſſa, ut urbem inſignem eo loci ſtetiſſe nemo dubitare poſſit.* Ceterum incolitem, cui caſtrum iſtud inſtratum erat, alii Pehesk, Hayecius in Procemio Peherk hic Peerk nominat, quod nomen ſi ex reliquiis adhuc Marcomannorum eſt, næ illud potius appellativum quam proprium montis dicamus; conſtat enim vetuſtiſſimis Germanis ita montem appellatum.

Jordanus Orig. Slav. c. 13. §. 17.

(*d*) Merito contra hanc Chronologiam Hayecii queritur Jordanus, quod fratrem Lechum 50. annis poſterius mortuum aſſeveret Czecho, atque ut is argumentatur, vix, inquit, concipi poteſt: ut cum Czechus grandævus jam, ætatis ſuæ anno ſexto ſupra octogeſimum mortuus ſit, Lechus, qui jam virili ætate cum eo ex Croatia aſcendiſſe affirmatur, annis amplius quinquaginta poſt eum vivere potuerit, niſi fortaſſis illi anni Mathuſalemi affingantur. Conatus itaque eſt citato & 40. §. hujus capitis veroſimiliorem circa ætatem regimenque Lechi Chronologiam inducere. Sed quis ſe prudens ſciensque in labyrinthum hunc immittat, unde exitum nuſpiam inveniat! Superioribus annis dilucide oſtendimus, quo errore Lechus in hiſtoriam noſtram irrepſerit, quamque univerſa geſta illius ad fabulam propius, quam hiſtoriam accedant; quis niſi loco omni graviſſime impingat, res ejus in Chronologiam redigat? Porro quanquam Dlugoſſus & Cromerus ſcribant: compertum non eſſe, quid Lechus apud ſuos præclarum bello paceque geſſerit; tamen alii copioſe illius geſta perſequuntur, interque cetera memorant, eum, poſtquam aliquoties cum Germanis ſecundo prælii exitu manum conſeruiſſet, imperium usque ad Viſurgim protendiſſe, hic locorum conditam ab eo urbem, quam propter belli onus, & præſidii perpetui memoriam *Brzemiam* (hodie Bremam appellatam) nuncupaverit; ſed res hæc vel ipſi Sarnicio Polono improbatur.

Dlugoſſ. hiſt. Pol. l. 1. Cromer. l. 2.

Sarnic. Annal. Polon. l. 4. c. 14.

(*e*) Mi-

Digitized by Google

(a) Mire rursum variant Polonici scriptores, alii unum, alii duos, alii plures Lecho filios faciunt, ejusque stirpem adusque annum septingentesimum per centum quinquaginta annos principatum obtinuisse memorant. Sed hæc scriptoribus Polonis discutienda relinquimus.

PRÆTERMISSA.

Paproccius ait referri a Chronicis: hoc ipso anno a Libussa Croci filia conditam esse Moraviæ metropolim Olomucium. Georgius Rex Bohemiæ in suo diplomate dato Olomucii Anno 1459. die 16. Februarii longe altius ejus originem repetit: *Inclyta tamen* (verba ejus sunt) *vetus, celeberrimaque civitas Julii mons alias Olomuz, omnibus & singulari quadam nobilitate præeminet, & ut rosa refulget in Moravia. Hanc nempe ex nomine Julii Cæsaris fundatam, & nuncupatam illustres Marchiones & Prædecessores nostri primaria civitatum, diversisque privilegiis & libertatibus magnifice dotaverè. &c.* Nobis de origine & vera nomenclatura hujus inclytæ urbis nihil hactenus certum in manus venit. Slavica vetus significatio *Olo-muz virum imberbem* connotat, ex ea si quid fingere cui libuerit, per me licet. Illud alio loco impugnaturi: Olomucium nec a Julio Cæsare conditum fuisse, nec illud *speculum Julii* aut *Julia montium* esse, de quo Eugenii Papæ literæ.

Paproc. in speculo Morav. Apud Stredovsky in sacra Moraviæ hist. l. 1. c. 4.

ANNUS 712.

Tetka sororum exemplo sibi quoque audendum aliquid rata, missis famulis suis in occidentem solent, arcem & ipsa arduo præruptoque loco, atque ob dominantes quaquaversum aquas inexpugnabili, trans fluvium Mizam (a) erigit, quam & Tetinium ab nomine suo vocat, quantumvis Tetinium (b) illud exquisitæ superstitionis delubrum verius, quam arx fuerit. Illuc enim Tetka haud multo post cum domo sua, omnique Gynecæo transgressa, nihil ceremoniarum profanique ritus omittere,

Arx Tetin a Tetka erigitur.

Digitized by Google

quo umbras omnes portentosis quotidie sacris, funestisque carminibus evocaret. Quin & habebat in Pohled (is mons Tetino ab occidente imminet) peculiarem Deam Klimbam (e) in summo jugo conspicuam, qua non aliam magis colere, statisque Sacrificiis propitiare solebat. Is ipse annus aliud praeterea Bohemiae dedit castrum: Ancillae & pedissequae (servilis videlicet ac domestica Libussae manus) venatum non raro egressae, sublimem & a natura ad accipiendam arcem factum locum mediis forte silvis reperere. Reduces Libussae persuadent: castrum ei monti injiceret. Condito a Libussa nomen Libiehrad indidere, mox pagum Libiczium castro subjecere. Eam arcem lapide uno infra Pragam, ad ipsas scilicet Moldavae ripas e regione villae Tursko aliquando stetisse vidua hodie fundamenta, fossaeque tristes testantur; pagus contra hodieque durat, (d) exemplum vicissitudinis temporum memorabile.

Dea Klimba in monte Pohled

Arx Libiehrad cum vico Libiczio conditur.

ANNUS JESU CHRISTI 712.

CONSTANTINI PAPAE 5. PHILIPPICI IMPER. 2. LIBUSSAE 3.

Cosmas Chron. Boh. l. 1.

(a) Cosmas *Msam* appellat, ejusdemque nominis fluvium in regione Satecensi refert. Aliter flumen istud nostris *Beraunka* item & *Verona* appellatur, seu quod civitatem Beraun praeterlabatur, seu quod regionis Beraunensis potissimam partem pervadat. Oritur in occidentali plaga in Provincia Plsnensi, cursumque dirigit in orientem. Apud urbem Strzibro seu Misam alicujus fit nominis, inde flexuoso cursu Plsnam urbem versus progreditur, sub qua Radbuzam amnem Bradlancae mixtum absorbet, non longe abinde Bratavam recipit, hisque fluminibus auctior infra Robschitz regionem Berau-

Digitized by Google

ramensem intrat, ac mox Beraunam civitatem præterlapsus infra illam Littawka augetur. Tum Tettinum Dobrzichoviziumque prætergrediens apud Zbraslav seu Aulam Regiam Ordinis Cisterciensis Cœnobium in Moldavam se conjiciens nomen amittit, ejus tamen cursum, aquamque adhuc Pragæ dignosci præsertim cerevisiæ coquendæ gnari affirmant. Ex hoc flumine Praga copiosas arborum rates ædificando urendoque aptas omni tempore accipit. Kranzius & ex eo Schleinizius ab hoc flumine Miza Misnensium in Saxonia originem trahunt, coloniamque Bohemiæ vocant, at uterque pluribus locis Balbino de ridiculo est, probeque retunditur. *Balb. Dec. 1. l. 3.*

(*b*) Arx ista plurimis gestis in historia nostra est memorabilis, in compendium rem prope universam congessit Balbinus. Post illam per Hussitas anno 1422. expilationem, demolitionemque vix hodie vetustatis hujus aliæ supersunt reliquiæ, quam quæpiam eminentium e terra muscoque obsitorum murorum frusta, quæ ipse oculis spectavi. Stranskius memorat ex sabulo aquarum vicinarum aurum elutum vetustis temporibus. *Balb. hist. S. Montis Auct. I. c. 8.* *Strans. Reipubl. Boj. c. 1. §. 6.*

(*c*) Klimbam hanc Stranskius inter Lares Slavorum refert, domesticamque Tetcæ Deam fuisse memorat, quemadmodum Dyrsam Przemyslo, Kyhalam Blancæ, Crosinam Libussæ, aliasque aliis. Slavis vero suos fuisse quoque Lares Ditmarus & Helmoldus author est. Illud etiam extra dubium est: montes cumprimis apud Slavos in veneratione fuisse, illisque sua delubra plerumque instravisse, quod Ditmarus de monte illo gentilitatis ceremoniis in pago Silensi celebri, Helmoldusque de compluribus aliis testantur. Porro delubra, quæ Diis suis statuerant, magnifica & splendida fuisse iidem copiose describunt, inter quæ præcipue admirationem meretur fanum Suanteviti, & Radegasti. Quod ad montem *Pohled* attinet, eum antiquitus *Pogled* appellatum oportuit ex supra jam allatis veteris linguæ observationibus, atque id *aspectum* significabat, qua significatione hoc vocabulum adhuc Dalmatis usitatum est. *Strans. Reip. Boj. c. 6.* *Ditmar. l. 7. Helm. Chron. Slav. l. 1. c. 52. & 83.* *Ditmar. & Helmold. cit. locis.* *Ditmar. l. 6. Helmold. l. 1. c. 2. & c. 83.* *Loderek. in Vocab. septil.*

(*d*) Libiczium quod Hayecius superesse memorat, hodiernum Libschitz est paulum supra Cheinow situm, ipsique Moldavæ flumini propinquum.

Digitized by Google

ANNUS 713.

Mons Petrzin.

Proficiſcentibus ex arce Pſary in occidentem ex adverſo eſt trans Moldavam mons Petrzin (a) alto vaſtoque jugo. Huc eo forte anno ad procurandum anniverſarium ſacrificium Libuſſa equo cum ſuo famulatum grege deportata, poſteaquam excitatis ignibus rite litavit, Deorum afflatu monetur: „ Libiehradum ne redeat, ſed arcem „ Pſary fatale illud atque arcanum paterni ſuique imperi „ pignus ceteris omnibus præhabeat. „ Cui Deorum oraculo quam ſtudioſe morem geſſerit, mox infra viſuri ſumus.

Radlizium conditur.

Duo interea fratres Domabojus, & Haldanus filii Hrubæ, dum ob mutuas cum vicinis Kaſſurzanis (teutonicæ illi originis erant) (b) altercationes & rixas in auſtrum recedunt, vallumque circa novum prædium moliuntur, in prægrandem ferreum vomerem inciderunt. (c) Digna res visa qua novus pagus Radlizium vocaretur, (d) *Radlize* enim Bohemis vomer eſt. Ceterum cum ne ſic quidem tuti ſatis a Kaſſurzanis ſibi viderentur, Klenum ejusque filium Sudirohum patruos ſuos adjungenda ſecum prædia, id eſt ſociandas vires e vicinia vocarunt. Et accurrerunt illi alacres, datisque dextris ad propulſandam vim, corpora, opesque ſociarunt. Inde pagus Radlizium crevit.

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 713.

CONSTANTINI PAPÆ 6. ANASTASII IMPER. 1.

LIBUSSÆ 4.

(a) Mons Petrzin jam a Carolo IV. Imp. & Rege Bohemiæ inter muros urbis Pragenſis receptus, dicitur hodie mons S. Laurentii, quod ſacellum habeat huic Sancto nuncupatum: quod quamobrem hic loci conditum ſit, dabunt poſteriorum annorum hiſtoriæ. Stranskius ab hoc monte notiſſimum in Bohemia latronum nomen, quos *Petrovsky* appellamus, profluxiſſe ſcribit, nam cum pleraque hujus montis cava & tegendis graſſationibus idonea eſſent, iſthic ſe malefici homines occulere, impetum in viatores facere, factaque cæde in nota latibula cum ſpolio refugere. Cui malo ut Pragenſes præverterent, excubias, quas lingua patria Straž appellamus, hic perpetuo aluerunt, unde dein nomen montis *Strahow* enatum eſt, qui pariter hodie intra muros Pragenſes eſt.

(b) Quis hic Kaſſurzanus Germanus populus ſit omnibus medii ævi, poſterioribusque ſcriptoribus ignotus, vix divinet quispiam. At meo judicio: in vocabulum hoc metatheſis & librariorum oſcitantia irrepſit, quam ne ipſe quidem Hayecius advertiſſe videtur. Invenitur non modo in vetuſtioribus noſtris Chronicis, ſed & diplomatibus caſtrum & torrens cum integra regione *Rakuſi* appellatum, quod etiam Coſmas refert (id hodie civitas non ignobilis haud procul a limitibus Moraviæ infra Znoymam ſita *Retz* eſt) a quo caſtro regioneque nobis viciniſſima univerſim Auſtriaci *Rakuzane* dicti ſunt, dicunturque hodiedum, rectèque illi ex Auſtrali Bohemiæ plaga ſtatuuntur, ut procul dubio illi ipſi hoc corrupto Hayecii nomine intelligendi ſint. In eo tamen rurſum peccavit Hayecius, cum in his locorum confiniis jam Germanos coluiſſe credidit, ex poſterioribus enim annis palam fiet nonniſi Slavos Avaris permixtos iſthic ſedes habuiſſe, ac longe poſt Germanorum in has terras immigrationem reponendam eſſe, videlicet poſt Regni Moravici everſionem ſæculo exeunte IX. aut ordiente X. *Coſmas Chron. Bob. ad an.* 1100.

(c) Si hiſtoria hæc ab Hayecio e vetuſtis monumentis depromta eſt, vomerem hunc a Quadis Marcomannisve defoſſum oportuit.

Por-

Digitized by Google

Porro hos populos agriculturæ perquam ſtudioſos fuiſſe memorat Julius Cæſar his verbis: *Suevorum gens eſt longe maxima & bellicoſiſſima Germanorum omnium, ii centum pagos habere dicuntur, ex quibus quot annis ſingula millia armatorum bellandi cauſa ſuis ex finibus educunt. Reliqui domi remanent: ſic neque agricultura, neque ratio, neque uſus belli intermittitur, ſed privati ac ſeparati agri apud eos nihil eſt.* Tacitus vero ait: *agrorum curam fœminis, ſenibusque, & infirmiſſimo cuique ex familia fuiſſe delegatam, fortiſſimum quemque in bellum proceſſiſſe.*

Jul. Cæſ. de bell. Gall. l. 4. c. 1.

Tacitus de moribus Germ.

(*d*) Quidam Radliz hoc, paulo ſupra Pragam quod ſitum eſt, eſſe autumant, alii in Kurimenſem provinciam rejiciunt, illudque eſſe contendunt, quod hodiedum nonniſi lapide ab urbe Kaurzim remotum ſupereſt. Sed ex ſupra dictis liquet: vicum hunc in Moravia, & veroſimillime Znoymenſi regione quærendum eſſe, ſi narratio Hayecii quo vetere fundamento nititur.

ANNUS 714.

Præſente anno caſtrum Pſary exteriores munitiones ceterumque ornatum, quem adhuc deſiderabat, accepit; quod ita Libuſſa ex oraculo nuper didiciſſet, fore, ut ab illa aliquando arce clariſſimi populi jura peterent. Itaque & ipſa locum magnificare, & quodam die multa de eo in altiſſima rupe cœpit prædicare. (*a*) Sed hæ vaticinationes abivere in ventos cum verbis, quod tum maxime Libuſſæ ab arcanis ſcriba abeſſet. Illud tamen auctores conſtanter aſſerunt: juſſiſſe eam inter alia arcem Pſarenſem non jam Pſary ſed a ſe Libin appellari. Quam Dominæ vocem cum Smilka, Dubra, Wlaſtimila, & Naſtawila Gynæcei Pſarenſis capita in populum vulgaſſent, ſenſim vetus arcis nomen contabuit.

Arx Pſary Libin appellatur.

Sub

Digitized by Google

Sub idem tempus duo Borizlai filii; quorum alteri nomen erat Chobolo, repertam in occidentali regionis plaga non modicam argenti infecti vim (b) ad Libuſſam attulere. Mire gratum accidit id munus Principi. Magnifice ergo accepti fratres collaudatique, juſſi denique ſunt bene magnam foſſorum manum ad eruendum id metallum ducere, quodque eruiſſent, in ærarium Libuſſæ inferre. (c)

Argentum in Bohemia invenitur.

ANNUS JESU CHRISTI 714.

CONSTANTINI PAPÆ 7. ANASTASII IMPER. 2. LIBUSSÆ 5.

(a) Libuſſa a noſtris plerumque *Sibylla Bohemica* audit, quo nomine eam Coſmas, Pulkava, Æneas Silvius, Dubravius, ceteriique poſteriores omnes impertiuntur, atque inde profluxit, quod quique Sybillarum geſta ei adaptaverint. De Delphica Sibylla, cujus mentionem fecit Chryſippus eo libro, quem de divinatione ſcripſit, & quem Piſo in Annalibus ſuis citavit, etiam memoratur, quod Delphis ſaxum quoddam conſcendere ſolita ſit, ex eoque oracula proclamare, inde ſaxo appellationem Herophilæi inhæſiſſe. Liber Mſ. ſuperiori ſæculo exaratus, quem ante plures annos Reverendiſſimus ac Excellentiſſimus Epiſcopus Antonius Wokaun Illuſtris memoriæ inſpiciendum apud ſe tradidit, multa argumentorum ambage probat Libuſſam unam e decem illis nominatiſſimis Sibyllis fuiſſe, & nomen *Sibylla* slavice nihil aliud quam *Libuſſam* ſignificare, ſed veterum, majorumque noſtrorum incuria factum fuiſſe, quod nomen proprium illius obliteratum ſit, quare a vetuſtiſſimo noſtro Scriptore Chriſtanno generali nomine *Pythoniſſam* appellari. Hoc præterea codice ſeptem aut octo capitibus (niſi me memoria fallit) continebantur Libuſſæ vaticinia conſcripta a Ziak Libuſſæ ſcriba, de quo Hayecius ad annum 717. ſed quæ hominis ſuperioris ſæculi ſomnia ultro prodebant, nam ut cetera taceam, idiotiſmus linguæ Bohemicæ ex eo plane ſæculo eſt, nec altiorem ætatem ſapit.

Stephan. in Diction. hiſt.

Digitized by Google

(b) Omni tempore occidentalis Bohemiæ plaga ceteris feracior reperta, hodieque est in profundendis metallis, hanc eandem finitimi nobis Saxones sibi semper summo commodo fuisse experti sunt, quanquam posterius (si temporis ratio ab Hayecio relata sibi constat) apud eos auri argentique fodinæ detectæ sint. Nam Ditmarus sub Ottone I. scribit: *aureum illuxit sæculum, apud nos inventa primum vena argenti.* Quod plerique de Misniæ & Vogtlandiæ nobis vicinis argenti fodinis accipiunt, quanquam Heineccius ad Goslariam suam id pertrahere conetur,

Ditmarus l. 2.

Heineccius Antiquit. Goslar. l. 1. ad A. 968.

(c) Antiquissimis temporibus usitatum fuisse ducibus nostris, ut præter certi canonis præstationem omne id proprium relinquerent metallorum inventoribus, quidquid industria sua e cavernis eruissent, ex tot monumentis posterius referendis palam fiet. Imo sæculo adhuc XV. & XVI. permissum iisdem erat (quod verosimillime rei metallicæ excolendæ ampliandæque causa Reges nostri sapienter clementerque instituere) ut suo nomine, clypeo, & imagine monetas procudere omnibus liceret, quiqui novas auri argentique venas detexissent. Inde tot sunt monetæ, quas suo tempore prolaturi sumus, Procerum nostrorum, imo mediæ nobilitatis insignibus nominibusque procusæ.

ANNUS 715.

His, quas supra memoravimus, aliisque ex causis fiebat, ut ii quoque, qui proxime Kassam & Tetkam habitabant; ad Libussam tamen tanquam ad commune omnium oraculum certatim confluerent. Et vero omnia acutissimæ mulieris consilia eo spectabant, ne operam suam cuipiam deesse pateretur. Itaque ultro prensabat advenas, appellabatque comiter, ac tametsi disceptantibus jus diceret æquitate summa, curabat tamen, ut victa pars recte secum actum existimaret. Hæc erat vel artificiosa

Digitized by Google

cioſa Libuſſæ virtus, vel ſpecie virtutis ars larvata. At vero virtutes ceteræ germanæ ſine controverſia ſinceræque: ipſa ad eximiam formam ſingularem pudicitiæ curam adjungere, ampliſſimis ſtipendiis alere familiam, ſuos filiorum loco complecti, probitati denique honorem reverentiamque habere. Harum virtutum pretium mox tulit totius Bohemiæ principatum. (a) Namque hoc ipſo anno evocatus a Charauſſo & Protislao in campos Drahonios (b) populus, cum de fæmineo virilique imperio nequicquam ſententiis certaſſet, vicit denique Libuſſa, partim collecta ex auguriis divinitatis opinione, partim pediſſequis virtutes Dominæ ſuæ multitudini prædicantibus. Ita potita rerum ſacramentum extemplo ab omnibus exegit, omnemque populum in clientelam fidemque ſuam ſuſcepit.

Libuſſa tu gubernando partim artes, partim virtutes.

ANNUS JESU CHRISTI 715.

GREGORII II. PAPÆ 1. ANASTASII IMPER. 3. LIBUSSÆ 6.

(a) Quare Libuſſa præ reliquis ſororibus rerum potita ſit, cauſam Dubravius, neſcio ex quo fonte hanc adtexit: *Kaſſa* inquit, *arcem Kaſſin, Tetka arcem Tetin ex mercenaria pecunia (nihil enim gratuito faciebant) ædificandam curavit. Liberalior in hac re Libuſſa nutu minima fuit, quæ a nemine quidquam extorquebat, ſed potius tum fata publica omnibus, quam privata ſingulis præcinebat, qua liberalitate, & quia non gratuita ſolum, ſed etiam minus fallaci dictione utebatur, aſſecuta eſt, ut a viris comitia prætoria habentibus in locum patris Croci ſubrogaretur.* At nihil ea de re Chriſtannus noſter, qui Sclavos Bohemiæ peſtilentiæ cladibus attritos conſilii divinationisque reſponſum a Libuſſa accepiſſe, hocque merito Przemyslo in uxorem virginem datam memorat.

Dubrav. hiſt. Boh. l. 1.

Chriſtan. in vita & paſſ. SS. Ludmillæ & Wenceſl.

Digitized by Google

(b) Ubi hi campi *Drahonii* quærendi sint, aut quibus olim locis fuerint, nusquam proditum est. Hayecius in suis Chronicis vernaculis his verbis utitur: *Ita Pole Drahoniowo*, supereſt hodie vicus in regione Bechinensi non longe ab urbe Kamenitz remotus Drahoniowo appellatus, hiccine campus iste fuerit, & an nomen istud reliquiæ sint hujus vetustatis cum ignorantissimis scio.

ANNUS 716.

Bivog aprum vivum capit.

Annus hic suum Bohemis Herculem ostendit: Bivog (a) e Stroſſia domo, Sudowogio natus, homo lacertosus ac prævalidus cum pro more montem Kaczin animi oblectandi causa subiisset, repente inusitatæ magnitudinis aprum ingenti fragore proruentem fiducia virium sustinuit, declinatoque paululum impetu ita furentem excepit belluam, ut auribus arreptam in arcem Libin spumantem nequicquam, multumque reluctantem humeris detulerit. Præmium tam insolentis capturæ duplex tulit: Libussa Bivogo cingulum aureum, quasi equestre dignumque Heroe munus, dedit. (b) At vero Kassa, quæ ad eum forte diem salutatura sororem advenerat, prodigiosum venatorem maritum sibi adscivit.

A Libussa donatur cingulo aureo.

A Kassa in maritum adsciscitur.

Aurum inventum & in numos cusum.

Per idem tempus repertas nuper argenti fodinas aurum excepit, magnum hujus metalli pondus ad Kassam primo delatum, ab ea per manus, ut fit, Libussæ dono missum, istius demum est imperio in numos cusum. (c)

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 716.

GREGORII II. PAPÆ 2. THEODOSII IMPER. 1.

LIBUSSÆ 7.

(a) Paprocius Bivogum hunc e Comitum stirpe fuisse memorat, qui cum Czecho Lechoque e Croatia advenerint: Stossiorum enim gentem olim in Dacia virtute ac gloria illustrem jam ibidem in clypeo suo struthionem (quem Bohemice Pssiros dicimus) gessisse, eundemque clypeum hodiedum retineri a pluribus Germaniæ familiis, quæ ab hac gente descendunt. Sed vide mirum verborum aucupem, qui ex vocabulorum significationibus, eorumque detorsionibus integras historias comminiscitur. Nam cui hoc tempore seu in Dacia, seu in Bohemia Comitis titulus cognitus erat? quis de clypeis inter gentes has tum vel somniavit? Ab hoc porro Bivogo cum Hayecio idem Paprocius, Balbinus, Crugerius, Hammerschmid aliique passim posteriores florentissimam apud nos olim divitiis & auctoritate Hamburgiorum gentem Valdekios, Schellenbergios, Kossulovskæos, Klapskæos, Leones aliosque plurimos prodiisse referunt, omnes videlicet eos, quiqui aprinum caput gessere in clypeo. Sed egregie omnes ab Hayecio falsi sunt, nam præterquam ut taceam clypeorum usum his temporibus repugnare, Dalemilus & Hoffmannus nobis ostendunt, quo hæc de capto per auriculas apro & præmio nobilitatis relato narratio pertineat, scilicet ad sæculum XII. sub Borzivogum II. Ducem Bohemiæ, quo tempore clypeorum usum cœpisse, negare nolim; rem autem hanc narrant de quopiam strenuo milite Getrzicho Busskovicz, seu ut exemplaria variant Bozkowitz appellato, & quidem Dalemilus his verbis:

Paprocius in ord. Dom. c. 4.

Balb. in hist. S. Mont. Auct. 1. c. 6. §. 5. Cruger. in sacris Pulv. mense Martio & Jun. Hamer. Prodr. glor. Prag. c. 24. & in hist. Wisseh.

Dalemil. hist. Boleslav. c. 60. p. CXLIII.

Ten był niekdy diwoku Swini we Lese ziwu za Vssy yał
A proto był na Sstietie weprzowu Hławu przyiał.

id est:

Iste quondam aprum vivum per aures cepit,
Quare in clypeum suum aprinum caput recepit.

Eodem prorsum modo rem narrat Hoffmannus Dalemili interpres, ut ita ad Bozkowizium istum referendum videatur, quidquid no-

Hoffmann. in Chron. Boh. c.

44. *apud Hier. Pez. T. II.* noſtri ad Biwogum detulere. Nec deſunt indicia Hayecium hiſtoriam hanc adulationis ſtimulo (ut Jaroſlao Schellembergio tum ſupremo Regni Camerario patronoque ſuo, ut in prodromo noſtro meminimus, placeret) quatuor integris ſæculis præoccupaſſe, cum poſtea Bozkowizii iſtius narrationem memoriamque ſub Borzivogo II. prorſum prætermiſerit, quanquam alia diligentiſſime, & fere totidem verbis ex Dalemilo reddiderit. Ex eodem vero loco Dalemili præterea corrigendus veroſimillime Paprocius & Balbinus (qui Bozkowiziæ inclytæ olim apud nos familiæ loricatum erinaceum in clypeo fuiſſe ſcribunt) imo & Crugerius, qui pectinem coronatum eos geſſiſſe mavult. Niſi fortaſſis dicamus: ejusdem nominis gentem duplicem, diverſumque clypeum geſtaſſe, nam reperio Henricum & Joannem de Bozkowiz Anno 1319. a Cæſare Ludovico equites creatos poſt nominatam illam victoriam apud Mildorfium, de quo ſuo loco.

Paprocz. in Ord. Equeſt. Balb. Stemmatograph. Tabell. Geneal. p 113. & 114. Crug. menſe Febr. p. 232.

(*b*) Ex hoc cingulo paſſim Scriptores noſtri patrii argumentantur: Biwogum primum militem ſeu Equitem creatum in Bohemia. Non neſcio ex hiſtoriis noſtris crebro milites dato cingulo creatos a ducibus noſtris, eosque jam tum ejusdem prærogativæ fuiſſe, cujus nunc Equites reputamus. Imo novi, quod poſterioribus annis referetur, ipſos duces noſtros ab Imperatoribus præcinctos cingulo; at peſſime ſæculis tribus quatuorve poſteriora huic antiquitati adſcribuntur. Nec dubito ritum hunc milites creandi maxima ex parte a Germanis ad nos tranſiiſſe, de quo fuſiſſime agit Carolus Du Freſne in ſuo Gloſſario.

Du Freſne in Gloſſar. vocab. cingulum & milet

(*c*) Stredovskius ex Chriſtiano Hirſſmentzel innuit jam Marcomannorum temporibus apud nos monetas procuſas eſſe; ait enim ad cœnobium Welehradenſe *ſæpius inveniri numiſmata argentea ſub imagine aut inſcriptione Marcomannorum Principum.* At optandum maxime fuit, ut Hirſſmentzel ejuſmodi numiſmatum typum in publicum protuliſſet, ſeu certe eorum figuras, epigraphenque accuratius deſcripſiſſet. Nam quibus literis inſcriptiones has factas dicamus, Græcis an Latinis? at earum nullus uſus apud barbaram Marcomannorum gentem fuit. Si aliis, monumentum hoc antiquitatis profecto admirationem inter omnes eruditos pariturum fuit; & Chriſtianus Hirſſmentzel magnum inter eos nomen mereri, qui & eas legere, & novum hujus gentis Alphabetum orbi literato publicare potuit. Verum ſi Hachenber-

Stredovsky acra Morav. hiſt. lib. 1. c. 3.

Digitized by Google

Digitized by Google

Saltzer Frat: Sculp: Pragæ.

Digitized by Google

bergium consulamus: Marcomannis ceterisque horum locorum gentibus usum signandi aurum & argentum non fuisse intelligimus, & Hoepfnerus, qui diligentissime antiquitates Germanorum collegit, id ipsum negat. Id non obscure ex Tacito eruitur, ait enim tantum Romanis finitimos Germanos quorundam Romanorum numorum delectum facere, ceteros interiores mercium permutatione uti, sic vero ille: *quanquam proximi ob usum commerciorum aurum & argentum in pretio habent: formasque quasdam nostræ pecuniæ agnoscunt, atque eligunt; interiores simplicius & antiquius permutatione mercium utuntur. Pecuniam probant veterem, & diu notam, serratos, bigatosque.* Quare tributa Principibus suis non auro, aut argento, sed pecore frugibusque præstitisse idem Tacitus his verbis memorat: *Mos est civitatibus, ultro ac viritim conferre principibus vel armentorum, vel frugum aliquid.* Et profecto, si ut ante innuimus ex eodem Tacito, iisdem usus non fuit aurum & argentum ex visceribus terræ exquirendi, unde tandem monetas ab iis procusas dicamus? Ceterum cum Marcomanni terrarum istarum ante Slavos incolæ Romanis finitimi fuerint ex ea plaga, qua Danubius volvitur, etiam iisdem Romana pecunia in usu fuit, quod Tacitus his rursum verbis de Marobodui Regis nostri temporibus loquens testatur: *Raro armis, sæpe pecunia nostra juvantur.* Hæc quidem de ætate ante Slavos. Jam a Slavorum immigratione Libussa prima omnium a nostris asseritur, quæ monetas procuderit. Aureum ejus nummum his verbis describit Balbinus: *Prima apud nos Libussa princeps aurum signavit: Imago erat parte una solis lucidissimi, parte altera Libussæ lucebat effigies, sedebat in humili sella capite sic ornato, ut dominantem quisque conjiceret, sed celum non procul a sella & ad manum habebat.* Et alibi memorat: Etiam *Libussæ numos literatos* inveniri. Stranskius monetam Libussæ ita describit: *Aureus Libussæ numus signabatur utrinque Libussæ ipsius in sella sedentis, columque ad manum habentis imagine. Valor ejus & pretium est in incerto; magni tamen fuisse pretii unumquemque, ex eo potest colligi, quod Libussæ, cum mortua humabatur, quinque tantum ignoto Deo munus a Przemysio sunt in manus dati.* David Kœhlerus numum exhibet, quem eruditissimus Silesiæ Eques, ab eodem relatus, Libussæ monetam suspicatur, quem & nos hic Numero I. excusum proferimus. Verba autem e germanico translata doctissimi Equitis hæc sunt: *Typum quoque aureæ monetæ transmitto, quæ unum & medium vulgarem aureum nummum sine sex granis appendit, quæque perdigna videtur, ut diligentius examinetur. Super ea enim figura sedens conspicitur cum epigraphe* Lupiusa, *ut*

Hachenberg. Germ. med. Dissert. 10.

Hœpfner. Germ. antiqu. l. 4. c. 6.

Tacitus de morib. Germ. c. 5.

Tacit. cit. loco c. 15.

Balb. Dec. I. l. 1. c. 3.

Idem in notis Christian. Stransky Reip. Boj. c. 18.

Kœhl. Münz-Belustigung P 7. p. 417.

suspi-

Digitized by Google

ſuſpicio ſuboriri poſſit; eſſe aureum Libuſſæ numum; nam Balbinus in Miſc. Boh. Dec. I. l. 1. c. 13. maxima ex parte ita numum Libuſſæ deſcribit, qualis hic e parte ſua antica viſitur. Figura parti poſticæ impreſſa ſimilis ei elephanto aræ inſiſtenti, & ex cujus epigraphe per literarum transpoſitionem vox Cidlina *erui poſſet. Attamen conjecturæ loco hæc accipi volo, quæ majori indagine opus habent, quæque judicio Dominationis veſtræ* (Kœhlerum intelligit) *diſcutienda relinquo. Reperio, ſi anticam partem ſpectem, numum hiſpanicum plane ſimilem in Le Blanc. tract. hiſt. de Mon. de France p. 59. Ed. Amſt. de A. 1692.* Merito eruditiſſimus Eques (quem ex nominis ſui initialibus literis in Kœhlero adjectis divinare non mihi magna deliberatione ſteterit) numum hunc Libuſſæ noſtræ certo adſcribere dubitat, nam ut taceam primum omnium hiſtoricorum eſſe Hayecium, qui Libuſſæ auri ſignaturam tribuit, Stranskiumque item primum, qui ejus numi imaginem deſcribit, numi literales, & quidem latinis literis ſignati nullo pacto ætate hac apud gentem noſtram admitti poſſunt, quæ lingua primum invectis Chriſtianis ſacris, ut ipſe ſenſit Stranskius, invehi cœpit. Multo magis itaque in id propendeam, ut numos a Libuſſa ceterisque noſtris ethnicis ducibus procuſos admittam ſine literis, nudas effigies diverſaque gentilia ſigna referentes, ut ſtellas, haſtas, lilia, aliaque ejuſcemodi, cujus generis plures non raro in manus meas pervenere; at quod ex eis nihil certi erui poſſet, ad gentemne noſtram, an aliam, aut ad quem ducem referrentur? negligere ſolitus. Adjicio tamen hic quorundam typum ſub Numero II., quorum aliqui pene ſimiles ſunt illis, quos Ludevigius in Tomulis ſitis Reliquiarum Mſſ. procudit, & veteribus Brandeburgiæ ducibus neſcio quibus, tanto hiſtorico indignis, conjecturis attribuit, nam ſi de ſignis haſtarum, liliorum, ſtellarum, lunæ, roſarumque agatur, nullum argumentum invenio, cur ea potius Slavis paganis Brandeburgiæ, quam Bohemiæ adſcribantur. Imo cum certo ſciatur apud gentem noſtram jam ethnicorum ducum tempore metallorum fodinas non fuiſſe infrequentes, iſtud vero de terris Brandeburgicis egerrime adſtrui queat, nemo non potius numos hos illiteratos Bohemiæ noſtræ ducibus, quam Brandeburgicis adjudicabit.

Stransky Reipub. Boj. c. 4.

AN-

Digitized by Google

ANNUS 717.

Schvach Horsii filius Laychi nepos a monte Rzip in occidentale latus colonias ducens, fixis primum tabernaculis ad fluvium Ohrze seu Teplam, (a) qui quod calidas aquas veheret, sic dictus est, in ea planitie adaptatis sibi agris resedit; amœnitate deinde vicini montis invitatus, ædificatum sub eo prædium latis septis amplexus, & quia inde pecus quotidie pabulatum emittebat, ab ea emissione id septum *Pustiadlo*, quasi dicas emissorium, appellavit. *Pustiadlo ad Teplam.*

Sub idem tempus Libussa Suillo monti (b) quem rivus Pruska alluit, exfectis arboribus domum ligneo opere injecerat, in cujus sublimia aliquando progressa, fatidicæque sellæ insidens multa futura de eo ipso monte prædicebat, quæ omnia per scribam Ziak betulæ corticibus fideliter mandata (c) Wlastimilæ cubiculariæ suæ servanda tradidit. *Libussa multa de Suillo monte vaticinatur.*

ANNUS JESU CHRISTI 717.

GREGORII II. PAPÆ 3. LEONIS ISAURICI IMPER. 1. LIBUSSÆ 8.

(a) Secutus hac in re Cosmam est Hayecius, qui Teplam seu Ogrum eo usque appellat, dum se ad latus montis Rzip prope Litomericium in Albim exonerat. E quo quidem recte eruitur: Cosmæ adhuc tempore fluvium hunc necdum nomen suum habuisse ab Egra, qui tum Cheb appellabatur, ut ex diplomate Hentici III. *Cosmas Chron Boh. l. 1.*

Digitized by Google

Cosmas ad ann. 1086. apud eundem Cosmam liquet, sed ab hodierno flumine Tepla, qui Slavice Ogra antiquitus appellabatur ab ogrtij hodie ohřáti quasi calefacere, quod calidas aquas Thermarum Carolinarum hodie dictarum secum veheret, indeque incaleſceret. Atque id est, quod Cosmas dicat omnes fluvios nasci in Bohemia, quod Egræ hodierni scaturiginem non inde ut hodie, sed a Teplæ fontibus deducere consuetum fuerit. Porro quem hodie appellamus Teplam amnis is est, qui in regione Plsnensi supra cœnobium Teplense Canonicorum Præmonstratensium oritur, directoque cursu a meridie in septentrionem vergit, rivis hinc inde ac torrentibus auctus Thermas Carolinas transmeat, ubi calidis perceptis aquis paulo infra hanc urbem in Egram se præcipitat, nomenque amittit.

Idem l. 1.

(*b*) Mons Suillus is ipsus est, qui nunc Hradczan seu Castrum Pragense dicitur, montemque Sion seu Strahovienſem contingit. Hodie Basilica S. Viti, frequentibus palatiis, splendidissimisque arcis regiæ, annis his magnificentius exædificatæ, substructionibus terrarum orbi spectabilis, totiusque Bohemiæ caput.

(*c*) Proponebam cum animo meo disceptationem illam: num majores nostri ante SS. Cyrilli & Methudii tempora literas habuerint, usque ad SS. istorum sæculo IX. referendam historiam transmittere; at quoniam Hayecius scribis suis, & betularum corticibus perpetuo aures nostras pulsat, nec eousque suspensum detinere lectorem libet, materiem hanc hic nonnihil excutiemus: Præcipuum autem argumentum quod nostri, & alii quique scriptores Slavici adstruunt, illud est: Slavi, inquiunt, jam sæculo quarto ac quinto characteres suos, scripturasque habuere: Sanctus Hieronymus enim gente Dalmata & Slavus non modo Evangelium, sed utrumque Testamentum in linguam Slavicam, ut popularium suorum commodis prospiceret, transtulit. Supersunt hodiedum hujus interpretationis testes codices; testatur Alphabetum hodiedum Divi Hieronymi *Bubuiza* appellatum, ac distinctum ab altero *Kiuriliza*, quod a S. Cyrillo inventum est. Tradit hanc omnis Slavorum natio, inculcat Dubravius, Lupacius ex Paulo Jovio, Veleslavinus, Stranskyus, Paprocius, Hammerschmid, Stredvoskius, fuseque id probat Jordanus. At fabulam hanc de versione Slavica S. Hieronymi pridem explosere viri eruditi, & cumprimis Cardinalis Bellarminus, *e nostris vero copiose Balbinus, **quorum argumenta quæ

Dubrav. hist. Boh. l. 1. *Lupac. ad* 30. *Sept. Veles. ad eundem diem. Jordan. in orig. Slav. P. I. c.* 14. §. 34. & 35.

Digitized by Google

quæ hic repetere longum esset, hæc adde: quod, præter omnium veterum Dalmaticorum scriptorum silentium, S. Hieronymus non uno loco latinos *homines linguæ suæ* appellet, qui igitur Slavus dici possit? Certe Joannes Lucius in libro suo de regno Dalmatiæ & Croatiæ invictis argumentis ex Constantino Porphyrogenito; & Romanorum Pontificum epistolis probat: non modo tempore S. Hieronymi Latinos eamque Romanæ urbis coloniam in Dalmatia fuisse, sed & eos perstitisse usque ad ipsa sæculi VII. exordia, dum ab Avaribus Slavisque his regionibus fuissent depulsi. Imo Wilhelmus Tyrius ostendit Slavos ipsos, postquam Dalmatiam occupassent, multis adhuc post temporibus non alia lingua in scripturis usos quam latina; quod vel ex tot diplomatibus a Joanne Lucio allatis liquet. Quare recte Cromerus & Frencelius vulgi opinionem appellant nullius veteris scriptoris testimonio roboratam. Jam cum nemo uspiam usque ad SS. Cyrilli & Methudii ætatem asseratur Slavicarum literarum inventor, nemo unquam monumentum Slavicum his Sanctis antiquius protulerit, imo ne vetustus quidem scriptor ullus reperiatur, qui Slavos ante ævum hoc proprios characteres habuisse, affirmaret, plusquam testatum est: Hayecium, Dubravium, omnesque eorum sequaces hallucinatos, qui ante sæculi IX. exitum majoribus nostris literas Slavicas concessere. At vero de ætate SS. Cyrilli & Methudii plena omnia testimoniis coævorum, vetustissimorumque authorum: sic enim synchronus Anonymus de conversione Bojorum & Carentanorum: *Quidam Græcus Methodius nomine noviter inventis Slavinis literis linguam latinam, doctrinamque Romanam, atque literas auctorabiles latinas, Philosophice superducens; vilescere fecit cuncto populo.* Christannus noster: S. Cyrillus *apices & characteres novos comperit.* Monachus Sazaviensis sæculi XII. scriptor de S. Procopio loquens ait: * *Sclavonicis literis a Sanctissimo Quirillo Episcopo quondam inventis & statutis canonice imbutus.* Presbyter Diocleates de S. Cyrillo scribens: *literam*, inquit, *lingua Slavonica componens.* Hinc recte Berghauer ** vel unico loco Anonymi de conversione Carentanorum allato infert: *Ex quibus clare dispicitur, quod ante Cyrilli & Methodii tempora literarum usus inter Slavos non exstiterit; sed quod Cyrillus & Methodius earum primi sunt auctores.* Evanescunt eorum etiam judicia, qui seu latinis literis Slavos ab his Sanctis imbutos adstruunt, seu literas Slavicas jam multo ante inventas ab his tantum reformatas, majorique cultui redditas, aut certe novam earum figuram inventam credunt. Nam quis sibi persuadeat Slavos projectis veteribus charac-

*Bellarm. l. 2. de Verbo Dei.
**Balb. Dec. 1. l. 2. c. 23.
† Wilhelmus Tyrius l. 2. c. 17.
Cromer. rer. Pol. l. 1. c. 15. Frencel. in præf. Lexici Etymol. Sorab.
Sub finem apud Freher. in Script. rer. Boh.
Christan. in Vita & Pass. SS. Ludmillæ & Wencesl.
* Apud Menk. T. III. p. 1782 e codice Dresd. Cosmæ.
Presb. Diocl. in Regno Slav.
** Berghauer in Proto-Mart. Pœnit. c. 4. in notis.

terum formis, præsertim si S. Hieronymi authoritate niterentur, novas amplexos, easque operose didicisse? utrumque Alphabetum Slavicum scilicet Bubuizam seu Hieronymianum ut vocant & Kiurilizam seu Cyrillianum, Anselmus Bandurius in publicum emisit. De quibus si mentem nostram aperire fas est, existimamus illud, quod Bubuiza dicitur, ob characterum majorem ruditatem omnino Cyrillianum esse, alterum vero a quocunque demum posterius, aut certe temporum cursu magis magisque excultum ac nitori redditum, ut propius tam ad Græcos quam latinos characteres accederet.

Anselm. Bandur. in notis in Constant. Porphyr.

Verum quandoquidem in hoc argumento versamur, historiam literarum Slavicarum prosequamur:

Inventis a S. Cyrillo & Methodio literis verosimillimum est a nobis hos characteres scripturamque Cyrillicam ad vicinos Srbos, Luiticios aliosque septentrionales Slavos transiisse, cum Ditmarus sæculo X. exeunte jam nomina Deorum simulacris suis apud Redarios insculpta fuisse testetur. Sæculo XI. jam quoque Srbos Slavicos characteres, librosque habuisse ex Chronico Episcoporum Merseburgensium discimus, in quo memoratur: quod Vernherus Episcopus cum esset linguæ Slavonicæ penitus ignarus, ut populos sibi subjectos Sclavos instrueret, hancque linguam disceret, *libros Slavonicos* ad facilitatem suam charactere latino scribi jusserit. Polonos demum a Bulgaribus (quibus itidem eas S. Cyrillus docuit) literas accepisse memorat Sarnicius. Hi autem characteres Cyrillici invectis apud nos latinis Sacerdotibus, & emanato Pontificis decreto, ut ad normam Ecclesiæ latinæ Episcopatus in Bohemia instituerentur, vix ultra sæculum in usu perstitisse videntur. Nam exstat in Bibliotheca Brzevnovienſi Ordinis S. Benedicti numus Boleslai II. seu III. sæculi X. fine, aut certe XI. initio cusus, in quo jam vocabula Slavica literis latinis expressa hæc leguntur: O MERIZ PRAGA. C, id est *ad pondus Pragense Centum.* Quem & nos suo loco procusum proferemus. Item in diplomate authographo fundationis Ecclesiæ Litomericensis circa medium sæculi XI. scripto hæc oratio Boemica literis latinis scripta legitur: *Pavel dal jest Ploskovicih Zemu, Wlah dal jest Dolcaſs Zemu Bogu a Sſwatemu Stepanu ſse duema duſsnicoma.* Id est: Paulus dedit terram Ploskovic, Wlah dedit terram Doleas Deo & Sancto Stephano cum duobus debitoribus, seu hominibus vectigalibus. Atque istud causæ esse videtur, quod vix

Ditmar. Reslit. l. 6. p. 381

Apud Ludewig. T. IV. Reliq. Mss. p. 379.

Sarnic. Annal. Polon. l. 6. c. 3.

Strans. Reip. Boj. c. 4. §. 3.

Cosm. ad Ann. 967.

In Archivo Capituli Litō.

mo-

Digitized by Google

monumentum apud nos extet literis Cyrillicis scriptum; perdidique operam in exquirendo. Sarnicius tamen memorat Erphordiæ in Bibliotheca Reuchlini asservari S. Cyrilli Martyris, alterius a nostro, librum contra Julianum lingua & charactere illo veteri Slavonico scriptum. Successere igitur apud gentem nostram facile post sæculum Cyrillicis characteribus latini, verosimillimeque imitati hac in re sunt Sacerdotes nostri Germanos, qui itidem latinis literis usi sunt ad exprimenda sermonis sui verba, ut ex Ottfridi Monachi Wiczanburgensis versione Sacræ Scripturæ constat. Dein vero cum Rudolphus Habsburgicus, ut adnotat Meisterlinus, in frequenti Principum curia Norimbergæ decrevisset, ut literæ contractuum, obligationum, feudorum, testamentorum, omnium denique Imperialium causarum sicut hactenus latine, ita de cetero germanica seu teutonica lingua scriberentur, atque ad hoc proprii & a literis latinis usitatis, nonnihil dissimiles characteres essent inventi, Germani pedetentim missis latinis characteribus, propriis uti cœpere, qua in re tandem, quanquam serius sub Georgio scilicet Rege, imitatores quoque habuere Bohemos, qui æque rejectis characteribus latinis, germanicos adscivere, id testantur omnes Mſ. Codices ad eam usque ætatem exarati, imo multi etiam posteriores. Atque hæc characterum germanicorum norma hodiedum apud nos perdurat, quanquam literæ subinde vim aliam in enunciando, quam apud Germanos habeant, & non raro liquidæ, accentuatæque, quod Teutonibus in usu non est, occurrant. Porro literæ illæ Slavicæ, quas Paprocius e parietibus Cœnobii Pragensis Emautini depromsit, Ruthenicæ sunt, quibus quidem majores nostros ante Romanas usos tradit Stranskius, at eas multis differre a Cyrillianis ex Anselmi Bandurii schemate cognoscere licet.

Sarnic. Annal. Polon. l. 3. c. 23

Stransky ein. loco.

Meisterlin. in hist. rer. Norimb. P. 2. c. 2.

Balb. Dec. I. l. 3. c. 20. §. 5.

Paproc. in monasteriis pag. 363. Strans. Reip. Boj. c. 4. §. 3.

ANNUS 718.

Schvach haud procul a prædio Pustiadlo ligneam urbem condidit; cui ipse quidem a frequentibus circa pratis, quæ Slavis **Luka** significabant, Luczko (a) nomen dedit, sed eo immature e vivis sublato, alii urbem illam

Luczko civitas quibusdam Hlasislavia, nunc Zatecziũ nominatur.

Digitized by Google

Hlafislaviam ab Hafislavo ejus filio, alii porro ab fluminis Egræ civitatem alluentis flexuoso sinu, qui Bohemis Zatok dicitur, Zateczium (b) appellarunt.

Prima in Boemia mola hydraulica.

Sub ea civitate eo itidem anno Halak de filiis Mladi miri fabrilium operum artifex primus omnium aquariam in Bohemia molam fabricatus est machinatione admirabili. Ad cujus exemplar tota mox regione molendina aquaria sunt fieri cæpta, cum incolæ ad eum diem nonnisi trusatilibus, alatisque (c) molis uterentur.

ANNUS JESU CHRISTI 718.

GREGORII PAPÆ 4. LEONIS ISAURI IMPER. 2. LIBUSSÆ 9.

(a) Vix quidem etymologia ista *Luczko a Luka* indiciis respondet, quæ nobis de hac regione transcripsit antiquitas. Nam illa omni loco apud Cosmam, & in diplomate Henrici III. Imp. *Luzane* audit, nec satis capio, cur non potius *Lukane* appellaretur, si a *Luka* nomen traxisset. Verosimilius videtur, quod Dubravius Hayecio synchronus scribit: nempe regionem hanc nomen sumsisse traxisse a Luiticiis inferioris Lusatiæ incolis (qui antiquitus *Luzici* nuncupabantur) in hæc loca immigrantibus. Unde vero populi hi inferioris Luzatiæ *Luzici* appellati sint, rem egregie enodavit Abrahamus Frencelius, dum enervatis aliis opinionibus ostendit gentem hanc nomen accepisse a veteri Slavico vocabulo *Luza* (hodie *Louže* paludem dicimus) quod gens hæc; ut Aventinus loquitur, *esset paludibus septa, & aquis tanquam muro naturali munita.* Porro gentem hanc ipsam, quanquam intra limites Bohemiæ degentem, tanquam alienigenam exteramque reputatam esse a patriæ nostræ hominibus, prodit Cosmas, cum eam Bohemorum Slavorum nomine non censet; de illius enim Regulo seu Duce loquens ait: *Nam contra Bohemos fre-*

Dubrav. hist. Boh. l. 2.

Diploma Joannis Papæ in Annal. Misnen. sub an. 968.

Frenc. in Nomencl. ustr. Lus. verb. Lusatia. Avent. Annal. Boj. l. 5. p. 441

Cosm. Chron. Boh. l. 1.

que-

Digitized by Google

quenter susceperat bellum. Quare verba Dubravii vix quidem in dubium vocare licet, ut ne eos huc immigrasse dicamus; & fortassis tempus immigrationis illud ipsum fuit, cum Chrobatorum, Srborumque pars sæculo superiore in Dalmatiam Croatiamque transivit, ac vacua terrarum spatia hic loci, alibique reliquit, ut sub Annum 644. ex Constantino Porphyrogenito ostendimus.

(b) Cosmæ Satz, Cromero Satec, Æneæ Silvio Zazium & Zaziorum civitas, Fabricio Satium, Matthæo Colino Zatecena, urbs hodie est regia, & caput provinciæ ejusdem nominis, abest Praga 10. lapidibus: inquit noster P. Victorinus, & prosequitur: Hæc urbs religionem Christianam ceteris diutius aversata, semper tamen boni ordinis, literarumque humaniorum amans fuit, unde viros doctos, rerumque peritos & ad reipublicæ clavum ipsa admovebat, & patriæ formabat. Insignia urbis sunt tres turres, quarum media leone coronatur, hæc bellica virtute civium suorum (qui in Mediolani oppugnatione muros urbis omnium primi transcenderant) a Vladislao Rege Boemiæ anno 1159. dicitur meruisse. Ejus imaginem, qualis superiore sæculo fuit, Paprocius in urbibus excusam dedit.

Cosmas l. 1. Cromer. rer. Polon. l. 3. Æneas Silv. hist Boh. c. 9. Fabric. Orig. Saxon. l. 7. Colin. in Problemate Philos.

(c) Molas alatas, seu quæ venti flatu moventur, priores fuisse aquariis in Bohemia creditu difficile est; omnes enim, qui de eo genere machinarum scripsere, eas posterius inventas dicunt, & his verbis Carolus Dufresne testatur. *Molendinorum ad ventum nostris* Moulin a vent *usum aquariis molis multo recentiorem constat.* Porro de ejusmodi molis scripsere Olaus Magnus l. 13. Hist. septent. Franciscus Baconus in hist. nat. & experiment. Bœkler, Zeising & de Ramellis in suis Theatris Machinarum & artium Mechanicarum, aliique plurimi.

Carolus Dufresne in Gloss. Verbo Molendinum.

PRÆTERMISSA.

Ad hunc annum adnotat Mabillonius & Pagius obitum S. Rudperti Archi-Episcopi Salisburgensis, quem prætermittere nullatenus possumus, quod is finitimæ nobis Bojoariorum genti Evangelium annunciaverit, ipsumque Theodonem II. Bojoariæ Ducem, ut Pagius refert, aquis baptismalibus abluerit, unde etiam postea lux Evangelii quam felicissime ad nos derivata. Imo verisimillime is ipsus est, qui pri-

Mabill. Sæc. V. Bened. pag. 906. Pagius ad h. an. Pagius ad an. 696.

Digitized by Google

primus omnium apud Moravos verbi Divini sementem jacere attentavit, nam discipulus S. Eberhardi hæc refert: *Vir Domini accepta licentia per alveum Danubii usque ad fines Pannoniæ inferioris spargendo semina vitæ navigando pervenit.* Et auctor vitæ Rudperti apud Bollandianos nominatim dicit eum prædicasse *Wandalis*, quos hoc ævo pro Venedis seu Slavis sumtos constat, Moravos vero inter Pannoniæ Slavos reputatos postea luculentius visuri sumus. Porro quanquam non constet diem hujus Sancti Præsulis in regno nostro publico officio cultum; tamen in Metropolitana Ecclesia ejus sacris lipsanis hoc die habebatur præcipuus honor, postquam Carolus IV. ab Archi-Episcopo Salisburgensi Piligrino anno 1366. insigne frustum, & aliam minorem partem thecæ argenteæ cristallinæque inclusa obtinuit.

Apud Hanfiz. T. I. Germ. Sacræ ad an. 696.

Acta SStor. ad 27. Martii.

Pessina Phos. septic. Rad. 4. p. 506.

ANNUS 719.

Annus hic castello, pagoque Kleczani regionem auxit. Conditor erat Lapak genitus Bazaco Croci fratre, quem quod altero crure claudicaret, claudum Lapak vulgo dicebant. Is igitur idoneo ad capiendam arcem invento loco, nec minus a fertilitate commendato, quam aquis abundante, super edito colle prope fluvium Moldavam domum eleganti structura condi jussit, quæ ab ejus claudicatione (Slavice Klecawy) Kleczan nomen invenit. (a) Lapako uxor erat Zwratka, anus præstigiatrix, & insignis haruspica, cui ob eas artes maritus plurimum deferebat.

Kleczani pagus.

Libussa per eosdem quoque dies Deorum suorum consilio prædium Libecz in Suilli montis radicibus ædificavit. Huc illa commeabat frequentius, armentaque, & infinitos

Libecz sub monte Suillo.

Digitized by Google

tos propemodum greges cogi jussit, audita non semel dicere: multa se de eo loco admonitu Deorum didicisse. Isto postea prædio Wogenus Bohemiæ Princeps, bellicas primum virtutes Dumslai viri fortissimi muneratus est, deinde paulo supra ætatem nostram dicebatur hæc villa: Domus Dominorum Procuratorum. Tum temporibus nostris transiit in domum calcariam, ab ea possessorem habuit Clarissimum Virum Ignatium Krabiczium Regni Bohemiæ Pro-Scribam, hodie tandem paret Henrico Berka de Duba Regni Bohemiæ Judici supremo. (b)

ANNUS JESU CHRISTI 719.

GREGORII II. PAPÆ 5. LEONIS ISAURICI IMPER. 3.

LIBUSSÆ 10.

(a) Veleslavinus Kleczanam civitatis nomine impertit, hac ætate vicus est, uno & medio lapide Praga dissitus ex plaga ejus aquilonari, magnifica arce nobilitatus, quæ inter voluptuarias Illustrissimi Comitis Clam de Galass censetur. *Veleslav. in Geneal. Duc. Boh.*

(b) Domus hæc ætate nostra ad Excellentissimum D. Comitem Wenceslaum Netolitzky Baronem de Eysenberg Repræsentationis Regiæ Præsidem auctione pervenit, cujus piis manibus plurimum debet Ordo noster, quod cumprimis ejus patrocinio annos abhinc decem intra Pragenam urbem receptus sit. Is ipsus mihi, negotium ingressus nostri apud se urgenti, aliquando saxeum clypeum hujus Henrici Berka ostendit integrum adhuc jacentem in prima suæ domus porticu ad lævam, quemque olim propileum hujus domus gessit; respondet ad omnia illi Berkiano, quem Prodromi nostri Tabula I. numero 3. exhibuimus. Ex his vero Hayecii verbis liquet omnem illum ab hac domo usque calcariam fornacem terrarum tractum sæculo decimo sexto, ad has ædes pertinuisse, domusque illas ad nigrum & album equellum

Digitized by Google

appellatas partito in plures poſſeſſores loco, ſerius excitatas. Ceterum ſi vera ſunt, quæ hic Hayecius refert, non video cur non potius hæc ipſa prima Pragæ domus fuiſſe dicatur, quam altera, *cujus* loco hodie S. Procopii Eccleſia ſtat, & quam ipſe Hayecius ad Annum 1213. primo primam dictitat. Nam certum eſt regionem illam, qua hodie Melitenſium & ipſa hæc S. Procopii Eccleſia ſtat, extra muros urbis Pragæ fuiſſe, quod vel ipſe arcus ſeu civitatis vetus porta inter domum *aurei unicornis*, & ſic dicti *Balnei* oſtendit, & jurisdictio Melitenſium a Magiſtratu Pragenſi ſeparata prodit. At de hoc ſuo loco.

Diploma Joannis Reg. in Archiv. Melit.

ANNUS 720.

Villa Liben infra Pragam.

Hoc rurſus anno Libuſſa villam Liben (a) ſupra Wltavam ad reliqua prædia adjecit. Ædificationis cauſa armenta immenſum creſcentia fuere, quibus recipiendis ea ſepta parabantur. Inductum huc famulitium nihil non agere, ut ſilvas undequaque ſuccideret, truncos radicitus tolleret, terramque vomeri aptaret. His Libuſſa conſecuta rebus eſt, ut non multitudo modo, ſed nobiliſſimi etiam quique venerari eam atque obſervare inciperent, ſpectandoque illa prædia, illas opes certatim principem ac dominam admiratione potentiæ vocarent. Et commodum cecidit, ut condendæ urbis novæ populum cupiditas inceſſeret. Ergo pro reverentia nominis Libuſſam frequentes adeunt, oſtendi ſibi divinatione locum muniendæ urbi rogantes, quo ab hoſtium inſultibus quieti degerent. Contra Primores populi non unam, ſed plures condendas urbes ſtatuunt, ut eſſent expugnata una alterave, fractis fugientibusque certa præſidia. At illa, ut erat facili mitique erga

Digitized by Google

ega omnes animo, moræ sibi temporisque nonnihil dari postulat: exquisituram paulo post locum urbis æternitati suffecturum, simulque tempus indigitaturam, quo rei hujus facienda essent initia.

Verum tametsi hæc, atque alia pleraque ex voluntate Libussæ cederent; tamen ferocius erat ingenium populi, quam quod fœmina domare posset. Multis itaque molestiis, angoribusque exhaustis, præsente tandem anno ex consilio primorum, quos ea super re in Exedram Princeps evocaverat, duodecimviratus lectus est, ejusque subsidiarii Magistratus princeps creatus Comes Wrssovsky (b) ea lege ut omnia ex Libussæ præscripto ageret, ipse jure suo nihil attentaret. Hi magistratus aliis a gubernatione terræ dicebantur: *Zemane* id est: Præfecti provinciales. Aliis *Wladiky* (c) quasi rectores provinciæ, quod regendarum provinciarum jus haberent.

Libussæ adjiciuntur duodecim viri in regno administri, quorum caput Wrssovecz.

ANNUS JESU CHRISTI 720.

GREGORII II. PAPÆ 6. LEONIS ISAURICI IMPER. 4. CONSTANT. COPRON. 1. LIBUSSÆ 11.

(c) Vicus hodie est populosus paulo infra Pragam cum veteri castro ad Magistratum Urbis Veteris spectans. Balbinus memorat: Libussam isthic centum candidissimas sine maculis coloris alterius admixtione vaccas aluisse. *Balb. Dec. 1. l. 7. c. 4. in notis.*

(b) *Wrssovsky non ociose hic Comitis titulo ab Hayecio decoratur, reperta enim Wrssovecii jam primo in Bohemiam ingressu Comites erant, ut qui*

Digitized by Google

Bohemorum Procerum essent nobilissimi, Czechumque cognationes attingerent. Ita in hunc locum P. Victorinus noster ex sententia Paprocii, Balbini, Hammerschmidii, ac prope universorum domesticorum nostrorum Historiographorum. At quis unquam legit seu in vetustis nostris, aliisque Slavicarum rerum scriptoribus, seu in diplomatibus *Comitum ordinem?* Fatetur ipse Paprocius sæpe sui immemor: nobilitatem nostram vetustioribus temporibus plane titulis omnibus nobilitatis abstinuisse, & recte advertit Glafeys: primis sæculis non nisi unum nobilitatis gradum nostris in usu fuisse. Posterioribus temporibus vero duo nobilitatis genera novit, suspexitque gens nostra; alterum *Dominorum*, alterum *Equitum*, Comites Principesque ignoravit antiquitas. Sed locum hunc amplius illustrare oportet; quandoquidem Paprocius cumprimis ac Balbinus non modo in his Wrssoveciis, sed & aliis pluribus familiis nostris Comitum titulum ab hoc jam ævo repetunt, imo argumentis evincere conantur: plures hodie esse familias Bohemicas, quæ olim Comitum titulum gesserint, eoque postea circa annum 1200. depositio inter equestrem ordinem se censeri sustinuerint. Jam primo quidem certum est: *Comitum* præcipuam originem esse a Francicis Regibus, quanquam nonnulli vestigia ex ipsis vetustissimis Romanis scriptoribus repetant. Leges Ripuariæ Francorum, exemplarque Caroli M. temporibus conscriptum vocat eos *Gravionis* a Grauen seu Grauen quasi senioribus. Erant illi primum nonnisi judices, procuratoresque pagorum, distinguebantur postea in *Comites Centenarios*, qui centum pagorum procurationem habebant, *Burggravios*, quorum curæ castella, aut curiæ Imperatorum commendabantur. *Landgravios*, qui portionem majorem regionis procurabant, *Margravios*, qui defendendis limitibus ponebantur. De quo argumento ampliora peti possunt ex Besoldo, Conringio, Coccejo, Struvio, Ludevigio, aliisque Juris-Publici scriptoribus. Erat igitur hoc Comitis nomen officii titulus, minimeque transibat ad filios. Sæculo primum decimo memorat Mabillonius * dignitates Comitum cœpisse transire ad posteros, eaque de re Carolum Calvum Carisiaci quatuor capitula edidisse, antequam supremo vitæ suæ anno Romam abiviſſet, *nam ante*, inquit Mabillonius, *non omnis filius Comitis Comes fuit.* Quod alterum est fatemur ultro Cosmam & Christannum primos historiæ nostræ patres Comitis titulum in suis narratis adhibuisse, eumque præcipuis quibusdam gentis nostræ viris dedisse: sed perperam posteriores nostri historici ac cumprimis Genealogiarum compilatores nomen hoc ex vi

& si-

Paproc. in Ordine Domin. c. 2. & 3.

Glafeys in hist. Diplom. regni Boh. c. 29. Thesi 18. §. 7.

Balb. Epit. l. 3. c. 5. ac in orig. Gutrenstein.

Besold. in discursu de Comit. & Baron. Conring. de Republ. exerc. 4. Coccej. Jur. publ. c. 15. Struv. Syntagm. hist. Germ. dissert. 6. Ludevig. T. VIII. Reliq. Mss. præfat.

** Mabill. Acta SS. Bened. Sæc. V. in præfat.*

Digitized by Google

& significatione hodierna acceperunt, quam neuter horum duorum vetustorum scriptorum intendebat unquam. Uterque vocem *Comes* ex ipsa significatione medii ævi accepit (uti apud Carolum Dufresne videre est) qua seu Burggravium, Castellanumve, seu Provinciæ Præfectum judicemve connotabat. Neque uterque obscura prætermisit indicia nihil aliud hac voce, quam id ipsum, se intendisse. Sic enim Cosmas de Mztis Comite loquens inquit *Mztis, Comes urbis Belinæ*, & rursum de eo: *ablata est urbis illi præfectura.* De S. Ludmillæ patre Zlaubore: *Zlauboris Comitis de Castello Psov.* Ut plura alia loca brevitatis causa præteream. Erat igitur Cosmæ ac Christanno hic titulus officii, non nobilitatis; quem si illi non latina, sed propria & Slavica lingua expressissent, profecto nunquam nomen *Comitis* seu quod hodie *nostris Hrabè* significat in illis legeremus. Qua autem propria voce majores nostri titulum Præfecti urbis, castelli, aut regionis expresserint, propter vicissitudinem temporum æque ac nominum rem definire perarduum. *Zupane* antiquissimis temporibus regionum procuratores appellatos jam superioribus annis ostendimus, in quibusdam diplomatibus nostris etiam *Castellani* subscripti leguntur, eosque genti nostræ ipso idiomate *Starosias* quasi seniores dicas, nuncupatos ait Balbinus. Neque vero dubium est temporarios ambulatoriosque fuisse hos titulos, quemadmodum præfecturas ipsas, ut ex supra allato Cosmæ Mztis liquet, cui sua Præfectura urbis ablata; & Slavis non usitatum fuisse ejusmodi dignitates ad hæredes transmittere his verbis de Pertinacitis gente Slavica prodit Constantinus Porphyrogenitus: *Lex illis est antiqua consuetudo est dignitates ad filios aut fratres non transmittere.* Nihil igitur magis testatum, quam nostros insigniter hallucinatos, cum Comitum ordinem non modo huic ævo adstruere, sed & Familiarum Genealogias hereditaria quadam serie abhinc deducere conati sunt. Certum enim est etiam posterioribus temporibus, imo neque ad Imperium Ferdinandi II. summamque illam reformationem Regni Bohemiæ Comitum titulum Familiis nostris minime fuisse usitatum. Quare adhuc Paprocius in sua stemmatographia nonnisi Nobilitatem Bohemiæ in duos ordines: *Dominos* scilicet, ac *Equites* dispescit; & Stranskius ait etiam Constitutionibus Provincialibus vetitum fuisse, ut pluses ordines, quam Baronum, seu *Dominorum* & *Equitum* invehantur, subjungitque: *Si quis Dux, vel Marchio, vel Comes inter regnicolas cooptari, atque agrum intra regni fines habere cupiat, Baronis, seu Domini loco eminentiaque contentum esse oportet, decus altius ambire per leges*

Dufresne in Glossar. voce Comes.

Cosmas Chron. Bob. l. 2. edit. Freh. pag. 26.

Idem ad an. 1060.

Idem ad an. 894.

Balbin. in vita Ven. Arnesti c. 2.

Const. Porphyr. de administ. Imp. c. 37

Stran. Reipubl. Boj. c. 11

Digitized by Google

non potest. Quare tot exteræ familiæ Comitum titulo insignes ex Austria, Saxonia, Imperioque ad nos immigrantes titulum hunc deposuere. De inclyta Austriacorum Comitum de Bernek Familia testatur id vetus Chronicon Zdiarense, quod de Smilone, qui anno 1312. mortuus est, loquens, ita ait: *Hic omisso Comitatus titulo, primus se Dominum de Cunstat nominavit.* Et quanquam *Plavenos, Gersdorfios, Kiburingios*, aliasque plures Germanicas familias Comitum titulo insignes habuerit Boemia; nomen istud illi nonnisi a vulgo suisque tulerunt; nam certum est stylo Cancellariæ Bohemicæ *Comitum* nomen eis nunquam fuisse tributum, seu ut hoc nomine in aliquo monumento publico, seu scripto, seu typis dato vulgarentur. An vero, uti Paprocius memorat, posterius Comites a nostris appellati sint, qui originem suam stemmaque a Regibus, seu Principibus deducere poterant, alio loco explanabimus. Presbyter certe Diocleates de Crobatis, gentis nostræ colonia, testatur, illos, qui ducali sanguine prodierant, appellatos quoque *Panos*, id est Dominos, quemadmodum apud nos nuncupabantur. Ceterum autem quemadmodum non Comitum titulus nobilitatem peperit, sed nobilitas nomen hoc eminentiæ cujusdam causa invenit, ita certum est, quanquam nobilitas nostra hoc titulo abstinuerit, tamen se omni tempore Germanæ parem, imo etiam sublimiorem reputaverit; cum Duces, Marchiones, Comitesque, si membra Regni Bohemiæ fieri cuperent, ad titulos hos ponendos compulerit. Neque propterea illa ab exteris seu despectui, seu minori pretio habita est; cum constet tot Principes, Duces, Comites Germanos matrimonia iniisse cum filiabus Procerum nostrorum, & vicissim non semel Ducum, Principum, Comitumque Germanorum filias nobilitati nostræ in uxores datas. Quin aliquoties evenisse, quod nobilitas nostra oblatos sibi ab Imperatoribus titulos clypeosque respuerit, quod splendorem sanguinis sui aut parem, aut etiam illustriorem Germano contenderit. Insignem locum proferemus ad annum 801. ex diplomate Joannis Regis nostri, quo Petrus de Rosenberg nobilitatem suam Polkoni Duci Silesiæ parem, imo etiam illustriorem probavit.

Chron. Zdiarense vulgatum a magno O. Celsio in historia Bibliothecæ Stokholm p. 50.

Paproc. in familia Gutzensteiniana.

Presbyter Diocleates in Regno Slavor.

Glafeys hist. Diplom. Regni Boh. c. 29. Thes. 18. §. 7.

(c) Multum dubito, an vocabula hæc *Zemane* & *Wladyki* in hac significatione apud antiquitatem istam accepta fuerint, quæ in nullo sæculo XIII. vetustiore monumento hactenus reperi. *Zeman* Polonis hodiedum nobilis dicitur. *Wladyçorum* nomine apud nos hodie utitur no-

Dictionarii Polonicum.

Digitized by Google

nobilitas infima infra Equeſtrem ſtatum, & in hac ſignificatione jam Caroli IV. tempore accepta fuit, Jus enim Feudale Mſ. hujus Imperatoris Regisque tempore exaratum hæc habet: *Si autem minus nobilis ſive Wlaſyka alium magnifice nobilem id eſt Schlectyczonem magnificum pro capite citaverit &c.* Stranskius vero memorat hoc infimum nobilitatis genus per Jus ſeu Conſtitutionem Regni A. 15. appellandum eſſe *Panoſſe*, *Stransk. Reipubl. Boj. c. 11. §. 4.*

PRÆTERMISSA.

Ad hunc circiter annum Peſſina rejicit Suathen ſeu Suatoſs Moraviæ & Pannoniæ Regem filium Marothi, quem ait: tum Veſprini ſedem habuiſſe, & a noviter in Daciam Pannoniamque irruentibus Hunnis fuſum; cumque non amplius Veſprinum tutum judicaret, Sabariæ ſedem delegiſſe. Perſequiturque: innovato poſtea prælio, poſteaquam Baruchonem Ducem Carentanorum ſocium nactus eſſet, rurſum magna clade affectum, coactumque tranſire in Moraviam, ibique novum domicilium Velehradii ſtatuere, adeo ut his præliis utramque Daciam cis & ultra Tibiſcum imo & Pannoniam amiſerit. Hæc Peſſina: ſed optandum erat, quemadmodum author hic alias in citandis fontibus non indiligens, ita hic quoque indicaſſet, unde hauſerit. Nam quos in partem citat Bonfinium, ac Thuroczium, hiſtorici nobis nimium tempore vicini ſunt, nec illi rem perinde, ut ipſe, narrant. Uterque nihil de Sabaria, nihil de Velehradio, neuter Moraviæ Regem aut Ducem facit, uterque Suatoſſium inter fugam Danubii aquis hauſtum memorat. Quare jam Jordanus in Peſſinam animadvertit, qui hoc loco fines Moraviæ nimium quantum per utramque Daciam cis & ultra Tibiſcum (quatenus a Grano flumine cum Danubio usque ad Pontum Euxinum imo per univerſas Pannonias protenditur) explicarit. At ſi diligentiſſimus rerum Moravicarum ſcriptor Peſſina Joannem Lucium de Regno Dalmatiæ & Croatiæ (quem authorem inter libros Bibliothecæ ſuæ fuiſſe teſtatur hodiedum manu illius facta inſcriptio inter codices teſtamento relictos Cœnobio A. RR. PP. Paulinorum Wobrziſchtii à ſe fundato) legiſſet, procul dubio ab his narrandis calamo temperaſſet. In hoc accurrato ſcriptore enim ex veteriſſimis fontibus comperiſſet plures tum ſupremos Duces fuiſſe per Daciam, Pannoniam, Croatiam, Serviam, Bulgariam, Illiricum, ut unum Suatoſſium tot terrarum facere Principem, cum hiſtoria illorum temporum magnopere pugnet. Atque ſi vel unus ab eo citatus Paulus Diaco-

Peſſinæ Mars Morav. l. 1. c. 3. & l. 2. c. 4.

Bonfin. rer. Hung. l. 9. Thuroczius P. 2. c. 3.

Jordan. Orig Slav. P. 1. c. 28. §. 26.

Digitized by Google

Paul. Diac. de Gestis Longobard. l. 4. c. 14.

conus consulatur, reperietur: Luitprandum Longobardorum Regem non modo Illyricum, sed & Pannoniæ magnas ditiones tenuisse. Isthic sedisse Chaganum Avarum Regem, cujus filiam Irenen Constantinus Copronymus Orientis Imperator in matrimonium sumserat; isthic Gisulfum filiosque ejus Tasonem & Catonem non modo Forojulienses Duces, sed & Sclavorum ad Agliam & Medariam Principes fuisse; isthic Alzconem Bulgarorum Ducem late regnasse, nec defuisse Patzinacitis, Serblis, Crobatisque suos peculiares Duces. Ita ut historia Suatoslii, ejusque latissimum Moraviæ Regnum nullo penitus fulcro vetustatis nitatur. Quare recte Cromerus eam valde dubiam pronunciat; nec enim inter ipsos authores, qui eum tuentur, recte convenit, aliis Moravum, aliis Polonum fuisse adstruentibus.

Idem l. 4. c. 14.

Cromer. rer. Polon. l. 1. c. 15

Sarnic. Annal. Polon. l. 4. c. 23

ANNUS 721.

Domoslaus conjugium Libussæ mercatur.

Ex illo superiore duodecim virorum collegio Domoslaus (a) homo præpotens misit ex castello suo Domoslavino (b) qui verbis suis Libussæ dicerent: si maritum se vellet, accepturam connubiale munus centum vaccas cum trecentis bobus. Sed repudiavit procum Libussa, eique renunciari jussit: non item ut cetera, amorem venalem esse. Errare eum magnopere, si putet tantillo pecore Libussam mercatui prostare. Faceret proinde, aliaque omnia, quam nuptias suas speraret. Assumturam se, cum libuerit, maritum ab aratro quidem, sed tamen Domoslavo ad tractandas Principatus habenas magis idoneum.

Interea dum foris Domoslaus amores Libussæ venatur, atrox eam domi tempestas excepit. Erant in pago Chuchel

Digitized by Google

chel (c) Roho Kalonis, & Milovezius Przeslai filii, homines in populo primarii. Ii exorto de agrorum finibus jurgio eo irarum processerant, ut alter alterius barbam vultumque fœde laniarit. Cumque ne intercedentibus quidem amicis, modum conviciis facerent, lis demum ex pacto ad Libussam devolvitur. Sedebat Princeps humi, (d) sed eminentiore loco, pictisque tapetiis constrato, cubitum genu, sinistra mentum sustentans, auditaque lite Rohonem litigatorem iniquum agri parte multavit. Hic enim vero actus in furias vesanus homo, humum baculo, pugnis caput pulsare, (e) spumaque toto ore fluente ad circumfusam concionem vociferari. „ Egregiam vero Bohemorum gentem, „ & dignam auctore Czecho, quam muliercula supercilio „ nutuque circumagat! reviviscat modo, redeatque Czechus ab inferis, & videat veneficam istam sanctissima Principatus sui gubernacula tractantem; putatis vos miseri, „ quia vultum illius oculosque sustinebitis? qui partum „ tanto illius sudore imperium per summam ignaviam animique molliciem ad fœminas transtuliſtis? Et nequo adhuc pudet, pœnitetque tantum populum, tot nobiles „ clarissimosque viros impotentibus istis mulierculis servire? quibus ego fusum, non imperium in viros exercendum semper censui. „ Cum hæc furiosus homo seditiosis vocibus jactaret, Libussa tam præsenti malo non leviter icta, æstum tamen animi qua potuit, texit, dissimulatoque ex conviciis dolore: „ Plane, inquit, ita est, „ ut Roho dixit, mulier equidem sum, sed ea mulier, cui

Rohonis seditiosa contio in Libussam.

Libussa ad eam respondet.

Digitized by Google

„ Roho quoque cum ceteris Principatum detulit, non eo „ utique, ut ex sua libidine, sed ut ex æquitate jus æqua„ biliter dicerem. Proinde auferat hinc intempestivam „ contumeliam, & vincat, si potest argumentis, injuriam „ sibi a me esse factam. Vobis vero an iccirco Principa„ tu minus digna videor, quia molliter clementerque im„ pero, vosque tyrannorum more pœnis suppliciisque non „ excrucio? Timere videlicet non didicistis, nam timo„ ris comes est reverentia. Vir itaque Princeps vobis „ opus est, qui debitum dominis obsequium malo coactos „ doceat. Eum propediem habituri estis; nam Libussa „ precario imperare non didicit. „ Ferunt additum deinde ab ea fuisse apologum de columbis, quæ cum milvum principatu dejecissent accipitre ei subrogato, eæ hodieque præda cibusque novorum regum sanguine suo stultæ consilii pœnas luant. Postremo jussisse suas quemque abire domos, adfuturos deinde ad præscriptum diem, novumque sibi Principem, eundemque Libussæ maritum creaturos.

ANNUS JESU CHRISTI 721.

GREGORII II. PAPÆ 7. LEONIS ISAUR. IMPER. 5. CONSTANTINI COPRON. 2.

LIBUSSÆ 12.

Paproc. in Ord. Equest. c. 2. Balb. Dec. 1. l. 7. c. 1. in Geneal. Czechi

(e) Domoslaum hunc Paprocius Wrssoveczium facit, citatque hanc in rem Hayecium; Paprocium secutus quoque videtur Balbinus. At quanquam Hayecius Domoslaum hunc unum e duodecim viratu fuisse asserat, cujus tamen gentis fuerit, suspiam prodit; nec dubito, si eundem cum superiore Comite Wrssovsky judi-

Digitized by Google

judicasset, Hayecium id loco hoc adnotaturum fuisse. Id quidem extra dubium est; vix familiam aliam ex nobilitate nostra certiora habere antiquitatis documenta gente Wrssovecziana, quæ vetustissimis temporibus jam divitiis, atque auctoritate multum præstitisse legitur. Ceterum autem adduci haud queo, ut fidem adhibeam Paprocio reliquisque nostris: familiam hanc nomen suum inde traxisse, quod *nassam*, quam nos Bohemice Wrsse dicimus, in suo gentili clypeo gesserint; cum hæc clypeorum ratio sæculo isti adhuc incognita fuerit, taceo ut hereditate ad posteros transiviſſet. Diploma Friderici Ducis nostri vernaculum Anno 1184. datum, ab eodemque Paprocio allatum, quo duæ secures Wrssoveczianæ familiæ in clypeum dantur, nec mentionem facit prioris clypei sublati memoratæque *nassæ*, ut argumentari liceat, hunc verosimillime primoprimum clypeum fuisse, qui hereditarius familiæ huic a Ducibus nostris datus est. Quanquam si hoc ipsum diploma ad lydium lapidem exigatur, non omnem calculum ferat: nec enim Bohemicus sermo ex hac antiquitate est, nec alia lingua quam latina Ducibus nostris diplomata edere in usu fuit sæculo ipso adhuc XIV. Huc accedit, quod sæculo adhuc XIV. (ut hoc loco palam fiet) nobilitas nostra non tam scrupulosa fuerit in conformandis gentis suæ clypeis, adeo ut ejusdem nominis originisque familias prolaturi simus alio atque alio clypeo usas. Neque enim filius cum patre, nec frater cum fratre in armis gentilitiis uniformitatem secutus est, quæ res Balbino in rebus Genealogicis versatissimo non semel difficultates maximas peperit, ut conjecturis sua tueri cogeretur.

Paproc. cit. loco p. 17.

Balbin. hist. S. Mons. Aut. I. Sect. 6. §7

(*b*) Hujus cognominis nullus amplius locus supereſt in Bohemia, nisi Domaslovitz prope Aicham in regione Boleslavienſi esse dicamus.

(*c*) Vicus is hodie perstat, medioque ab urbe Praga lapide distitus, medius Pragam inter & Aulam Regiam, ad cujus ditiones spectat. Locus ætate nostra ob salubre balneum, vernis æstivisque diebus multum a Pragensibus frequentatus. Balnei istius naturam, vim, usumque libello complexus est Vir celeberrimus Antonius Scrinci Medicæ Facultatis senior, Praxeos Professor, & bis Inclytæ Pragenæ Universitatis Rector.

Digitized by Google

(*d*) Quemadmodum omnibus orientalibus populis, ita & Slavis majoribus noſtris in uſu fuiſſe humi ſedere, nullum eſt dubium. Illuſtriores lectis, tapetibusque humo inſtratis utebantur, quemadmodum de ipſa Libuſſa teſtatur Coſmas. Nec alium morem fuiſſe Hunnis ex Priſco diſcimus, ſic enim ille de Attilæ uxore: *Ipſam deprehendi in molli ſtragula jacentem, erat autem pavimentum tapetibus ſtratum.* Et de ejus ancillis: *ancillæ ex adverſo humi ſedentes telas coloribus variegabant.*

Coſmas Chron. Boh. l. 1.

Priſcus in Excerpt. legat. p. 43.

(*e*) Joannes Lucius memorat apud Croatas gentis noſtræ ſtirpem morem fuiſſe: ut cum pars victa in judicio appellare vellet a ſententia, operimentum capitis in terram projeciſſe, atque ſic appellationem proteſtatam eſſe; Hoc pacto vero controverſiam ad regionis congregationem, vel totius provinciæ curiam delatam fuiſſe. Ritus hujus reliquiæ perſtant hodieque apud gentem ruſticam, quæ exorta inter ſe lite, injuriaque ſibi irrogata ejusmodi actu proteſtari ſolet, cauſam ſe ad judicem ſeu Dynaſtam ſuum delaturam.

Joan. Luc. de Regno Croat. & Dalm. l. 6. c. 1.

AN-

Digitized by Google

ANNUS 722.

Libuſſa ea nocte, quæ creationem novi Principis præceſſerat, ſororibus ad ſe vocatis, omnem populi ſeditionem a capite aperuit. Non leviter ea narratio ſtomachum bilemque movit impotentibus fœminis, vel eo maxime, quod contemni ſe quoque a viris putarent, quæ divinationibus artibusque magicis nemini omnium ſecundæ non mediocres jam ſpiritus induerant. Itaque cum totam eam noctem pervigilaſſent, quid conſilii cœptum fuerit, clam omnes perſtitit, dum altero die in apricum prolatum eſt, qui, & quo loco quærendus Princeps eſſet. Dies is decimus menſis Maji fuit, qui conſilium omne aperuit, oſtenditque multitudinem ingentem, quæ ad Libuſſæ præſcriptum pro foribus arcis Libin, quo loco nunc Wiſſegrad ſitum eſt, conſtiterat. (a) Ingens erat populi exſpectatio, magnumque, ut fit, murmur inter homines rerum novarum cupidos. Interea Princeps tribunal conſcendit, aſſidentibusque hinc atque illinc ad latera ſororibus, poſteaquam manu ſilentium indixit, hujusmodi orationem ad circumfuſam populi concionem habuit: „ Quæ te incogitantia cœcitasque corripuit electe Czechice populе? Te, in-

Libuſſa confert cum ſororibus.

Libuſſæ pathetica ad populum oratio.

Digitized by Google

„ quam, appello illam præcipuam Slavici nominis ſuique Croaticæ gloriam! Itane tam ſubito projeciſti ſalu„ berrima mei veſtrumque omnium patris, hujusque Rei„ publicæ conditoris monita? Libet, imo obduratis ani„ mum ad ſupremum vale dicendum libertati tam ſolicite „ a majoribus veſtris ſervatæ; libet duriſſimo colla jugo „ ſubjicere, & aureis ſervitutis compedibus corpora veſtra „ clenodiorum inſtar redimire. O præſentium impatien„ tes, futurorum male providas mentes! Longe velut ocu„ lis proſpecto imminentem capitibus veſtris tempeſtatem, „ præmeditor jam multo ante pœnitentiam, quæ vos im„ prudentes quamprimum oppreſſura eſt, cum ſero tan„ dem cognoveritis vos cum ranis ciconiæ voracitatem ac „ tyrannidem præ miti imperio exoptaſſe. Veſtram ego „ vicem, non meam, doleo. Veſtri me miſeret, qui ne „ ſcire quidem videmini, in quam miſeriam ſponte ruatis. „ Quæſivit deinde ex multitudine: ſi ſcirent ſummum jus, ſummamque veri Principis poteſtatem? ad hæc cum illis hæreret lingua: „ Atqui ſervietis, inquit, miſeri, & ſan„ guine veſtro ſudori mixto Principem aletis. Nihil pro„ pe tam expediti facilisque negotii, quam Principem ſibi „ ſtatuere; at enimvero agite, deturbate delectum jure „ ſuo, ſtabit hæc depulſio infinitorum vita & ſanguine, nec, „ dum is exul vivet, tranquillum quidpiam ſperate. Hem! „ quem modo concivem ſcitis, & cui vel ipſi nunc impe„ rium ponere poteſtis, ſubito imperantem experiemini, „ cujus imperium humiliter reverenterque & excipere & „ exe-

Digitized by Google

„ exequi, nisi extrema quæque perpeti libet, opus erit.
„ Vos vero ea indulgentia ac comitate præfuturum putatis,
„ quanta hactenus mea usi, ne dicam, per summam licentiam
„ abusi estis. Video quasi in imagine, rem omnem coram
„ oculis positam video. Video vel ad conspectum Principis
„ vestri contremiscentia genua, & sub basi corporum ve-
„ strorum labantia, video mutas linguas, & obrigescentia
„ pavore labia, video promtam alias audaciam vestram ad
„ omne facinus tantum prostratam, ut vel mutire, aut
„ verbo jussibus illius reclamitare veritura sit. Itane is
„ ritu meo nihil acturus est, quam quod sententiis vestris
„ probavistis? At vero faciet is pro imperio, quod lube-
„ bit, & plerumque quod contra consilium vestrum erit.
„ Addicet is arbitratu suo quosque ultimis suppliciis, nec
„ vos ausuri estis tanti rigoris sui unquam rationem ex-
„ poscere. Faber is cujuscunque demum fortunæ vestræ
„ futurus est, quem hodie militem, civem, prætoremve
„ credidistis, cras mancipium, aut inter compedes lugentem
„ conspecturi estis. Unumquemque ea sorte contentum
„ esse oportebit, quam is procuderit, seu agricola, seu ve-
„ natore, seu cive, seu ministro, quo uti libuerit. Mul-
„ ta hæc & admodum funesta, sed nondum omnia: Nihil
„ jam, quod sudore vestro partum est, vestrum amplius
„ dixeritis; tanquam suum reputabit, auferetque quidquid
„ exquisitum, optimumque horrea domusque vestræ habi-
„ turæ sunt, seu agri, vineæ, prata silvæque progenitura,
„ & si in cavernas abstruseritis, vi summa exquiri faciet,

„ in

Digitized by Google

„ in ususque suos convertet. Sed quid volo terriculamen-
„ tis istis inertibus? quasi artibus istis rerum summam, quae
„ suffragio vestro hactenus penes me fuit, precario mihi
„ firmatura: alia id quævis mulier agat, Libussae celsior
„ est animus. Illud quæro: sedeatne porro fixum animo:
„ malle Principem virum præ muliebri imperio? Libeat-
„ ne, ut locum nomenque indigitem? „ Ad ea petvi-
cax multitudo vociferari, virum se cupere, virum sibi Prin-
cipem daret, nominaretque. „ Quibus illa: quoniam, in-
„ quit, ita omnino decreviſtis, en vobis projectos in occi-
Libussa desi-gnat locum. „ dentem montes, sub quibus Stadiczium (b) nor præci-
„ puus vicus est ad flumen Bilinam, (c) Stadiczio adjacet
„ ager longus idem latusque centum viginti passus, ex
„ loci situs natura, ut quamlibet alii complures agri medium
„ ambiant, ad nullum tamen illorum pertineat. Eum
„ agrum in sulcos proscindit vir duobus aratro bobus jun-
„ ctis, quorum alterum ab imo ventre ad summum tergus
„ linea candida in orbem intersecat; alteri posteriores
„ etiam extremi pedes cum fronte albicant. Arator ille,
Ex nomen futuri Princi-pis. „ vester est Princeps, Przemyslo nomen est, (d) quasi me-
„ ditantem, aut cogitabundum dicatis, sinistro sane omi-
„ ne; meditatur enim, animoque identidem volvit leges,
„ quibus cervices vestras constringat ipse, deque ejus stir-
„ pe posteri; quorum perpetua series annos ipsos quin-
„ gentos octoginta quatuor (e) imperium in vos exercebit.
„ Nunc igitur deligite spectatissimos quosque ex vobis,
„ qui hominem vestigatum profecti, talarem hanc togam

„ pal-

Digitized by Google

„ pallium que meum (ſ) ſecum deferant, eoque cultu exor-
„ natum vobis Principem, maritum mihi adducant. „

Ab hac Libuſſæ oratione nihil in populo moræ, quin triginta extemplo viros in eam legationem decerneret. Is erat Bohemicæ nobilitatis flos; qui exploraturi prius omnia, quam proficiſcerentur, faciem inſuper novi Principis, oris lineamenta, habitumque corporis ex Libuſſa quærunt. Sed bono ſint animo Libuſſa jubet, nihil his indiciis ad noſcendum Principem opus fore; equum (g) enim habituros ducem; cujus veſtigiis ſi diligenter inſiſtere pergerent, facile voti potituros. „ Adhinniet enim, inquit, novo Princi-
„ pi, & genua ſubmittet. „ Sed tum demum verbis ſuis habituros fidem, cum ferream ſuper menſam manducantem Principem vidiſſent. Verum tamen inter hæc tam manifeſta præſagia iterum, iterumque Libuſſa legatos orabat:
„ Quieti illuc retroque ambularent, caverentque, ne in-
„ ter eundum pro ferocia animi altercarentur; id enim
„ cum ipſis e veſtigio, tum annos mille poſt eorum poſte-
„ ris, certo crederent, damno fore. „ (h)

Triginta Legati ad Przemyslum decernuntur.

His igitur partim monitis, partim prædicationibus legati inſtructi ad diem 3. Id. Maji (i) equites ab domo proficiſcuntur. Præſultabat euntibus familiaris Libuſſæ equus mire ipſe candidus, phalerisque, & principali ſella conſtratus, cujus ductu ſuperatis tertio die (ut Libuſſa prædixerat) montium jugis, humilem vicum in conſpectu habuere;

Legatorum profectio.

Digitized by Google

percontatique ex occurrente puero loci nomen, & si quis ejus vici incola Przemysl vocaretur? ut didicerunt Stadiczium esse, pueroque monstrante haud procul inde vertentem aratro terram Przemyslum (k) conspexere, recta ad hominem contendunt. Nec dubitavere, quin ipsus is esset, nam & Libussæ equus adhinniit, (l) seque pronus submisso in genua, & fidem faciebant boves iis plane lineamentis formaque, quam Libussa dudum depinxerat. Ergo læti Principem consalutant. At ille, cum nihil ea rerum facie motus, perstaret in opere, Legati salutationem repetunt, productaque ducali veste: „ Libussa, inquiunt, omnisque „ Bohemiæ populus ad Principatum te vocant. Permutan- „ dum tibi hodie est tuum istud aratrum cum imperio, acer- „ naque hæc villosa in vestem purpuram vertenda. Utere „ fortuna teque & virtute tua digna. Sufficiunt manus „ istæ tractandis reipublicæ gubernaculis, quæ ad imperan- „ dum factæ aratro suffecerunt. „ Ad eas demum voces Przemyslus se erexit, perinde ut si nihil improvisum accidisset, stimulum, quem tenebat manu, terræ defixit, solutisque ab aratro bobus „ redite, inquit, boves, unde ve- „ nistis. „ Res prodigio similis: attolli boves in altum, receptique intra aërem remigio pedum secare nubes, totoque illo cœlo per lasciviam volitare, dum præcipiti demum deorsum versum volatu immenso hiatu proxime rupis abdidere se, coëuntibus illico speluncæ faucibus. Eam rupem hodieque viatoribus incolæ ostentant, e qua etiam tanquam e bubili quodam, aqua cloacæ simili haud absimilis

Przemysl ad Principatum vocatur.

Ejus boves volant.

Digitized by Google

lis manat, retinetque ad noſtra hæc tempora odorem ſimi bubuli. (m) At vero colurnus iſte ſtimulus, quem Przemyslus terræ depanxerat, momento fronduit, eodemque puncto temporis tres coryli protruſit frondes nucum longiuſculārum fœtu nobiles; (n) attonitis ſtupentibusque ad ea prodigia legatis. Interea temporis Przemysl agro nondum plane proſciſſo aratrum invertit, promtumque de caniſtro viminēo panem ruſticum eumque mucidum cum caſeo bubulo inſtravit vomeri (ea nempe menſa fuit) legatosque hoſpites ad capiendum ſecum cibum vocavit. Tum vero ablegati memores menſæ ferreæ ſibi a Libuſſa prænunciatæ pane una veſcuntur, frigidamque e vaſe teſtaceo accipiunt, in circumjecto ceſpite diſcumbentes. Sub hæc duas frondes prodigioſæ illius coryli repente aruiſſe, virente jucundius tertia, ſtupent. Eo poſteaquam oculos animosque legatorum verſos Przemyslus vidit, ægre lacrymarum compos;

Stimulus frondat.

Przemysli menſa ferrea.

„ Nihil eſt, inquit, hoſpites, quod ea vos res in admira-
„ tionem rapiat, mea hæc privata mala, domusque meæ
„ fortuna eſt; quot enim hæc corylus frondes, tot Bohe-
„ mia de ſanguine meo principes erat habitura, ſed feſti-
„ natione veſtra & Libuſſæ imprudentia factum eſt, ut
„ multis meorum dominationem nequicquam ordientibus in
„ unius ſtirpe rerum ſumma perduret. Accidit etiam in-
„ cogitantia Dominæ veſtræ, ut non raro hæc terra anno-
„ næ caritate laboret. Quodſi tum demum domo exiviſ-
„ ſetis, dum ego vervactum hoc, quod videtis, exaraſ-
„ ſem, futurum erat, ut aratorum noſtratium nemo emto

Vaticinatio de corylo frondente.

Digitized by Google

„ unquam pane vivere neceſſe haberet. „ (o) Dum vero legati ſcire percupiunt cauſam inſolentis menſæ, reſponſum triſte acceperunt: „ Durum ac pene ferreum ab domo ſua „ imperium exſpectarent, ſic in fatis eſſe. „ (p) Deficiente menſa, cum Principis deducendi tempus inſtaret, Przemysl præter ceterum ornatum cothurnos etiam a Libuſſa ſubmiſſos indutus, equum inſcendit, calceisque vimineis, quibus ad eum diem uti conſueverat, in ſinum conjectis ad arcem Libin legatorum medius contendit. In eo itinere ſuper ceteros ſermones interrogatus quoque Princeps: quid calceis illis vimineis ſibi vellet? „ frenum, inquit, „ erunt poſterorum meorum ſuperbiæ, cum documento illis „ fuerint, quam miſera humilique conditione natos in eam „ dignitatem infida fortuna evexerit. „ Et ſervabant ſane ea calceamenta magna cura Sacerdotes templi Wiſſegradenſis, multisque ſæculis inter cetera Boemiæ monumenta in Regum inaugurationibus publico proponebant; donec oppugnante Wiſſegradum Cæſare Sigiſmundo, ea quoque calceamenta perivere cum ritu antiquo. (q)

Menſæ ferreæ prognoſticon.

Calcei vimineï Principis.

Crebreſcente rumore Przemyslum adventare, Libuſſa cum magno procerum, civiumque agmine obviam effuſa, exceptum ingenti pompa novum Principem inter exquiſita verborum officia in arcem Libin, ſeu Wiſſegrad deduxit. Inde ſolennes nuptiæ magnifico epularum apparatu celebratæ; ſed inprimis mulſum in deliciis fuit. Ab iis nuptialibus tædis ad inaugurationem Principis itum, & confecta

Przemysli nuptiæ cum Libuſſa.

res

Digitized by Google

res est recepto jam ante ritu ceremoniaque. Ingredienti hoc modo dominationem Principi primus labor, primæque vigiliæ in condendis publicandisque legibus insumtæ. Ea cura non alia Principi major potiorque. Et vero quam inexorabilis legum suarum vindex Przemyslus fuerit, documento est, quod earum pleræque ad hæc tempora vim suam sancte obtineant. (r) His legum frenis ac vinculis constricta ferocia populus paulatim mansuescere, securitatem quietemque sibi, Principi obsequium, fidem, reverentiam metu legum præstare. Et præibat exemplo princeps, domi cum Libussa concordiæ, foris plenus vigilantiæ & integritatis. *Przemislaus primus in Bohemia Legislator.*

ANNUS JESU CHRISTI 722.

GREGORII II. PAPÆ 8. LEONIS ISAURICI IMPER. 6. CONSTANTINI COPRON. 3.

PRZEMISLAI I.

(s) Rem omnibus nostris vetustis recentioribusque incognitam narrat Merignola scriptor XIV. sæculi his verbis: *Mane sequenti antequam populus conveniret, vidit de fenestra* (Libussa) *quendam rusticum venientem, cui occurit, quærens ab eo causam sui tam matutini adventus. Cui ille: casus cupio phitonissæ exponere. Ego, inquit, illa phitonissa sum, & me tui sponsam & comitem esse promitto. Dum, inquit ille, boves junxissem ad aratrum maxima multitudo avium, scilicet aquilarum pluvies super capud meum volantes, tandem super meum aratrum quieverunt. Cui Libussa, vade, & revertere ad aratrum tuum, & hec nulli pandas, sed exspecta rei eventum, quia tibi est bonum omen, & totius patrie princeps eris.* *Joann. de Marignolis Chron. Bob. Ms.*

(b) Pulkava & Anonymus Chronici Bohemiæ ajunt Stadicz significare *locum gregum*. Dalmatis hodiedum *stado* armentum seu gregem connotat. Dalemilus locum hunc nomen *Stadicz* primum in- *Pulkava Ms. & Anonym. apud Menk. T. III. c. 3.*

Digitized by Google

Loderek. in Vocabul. septil. veniſſe ſcribit ab equi indicio, qui iſthic primus ſubſtitit, ſic enim ille:

Dalemil. hiſt. Boleslav. c. 5.

K tomu muzy kon przyſtoczyw
Y ſta, v nieho ſie zboczyw
Grogicſſe yako gat wudiczy
Proto tey wſy wzdiechu ſtadyczy.

Id eſt: *Ad quem cum equus adſiliret,*
Conſtitit, apud eum quieſcens.
Stans non ſecus ac hamo captus eſſet,
Quare vicus iſte appellatur Stadicz.

Tam diverſæ quoque de loco ipſo ſententiæ, & quanquam plerique pro vico hodiedum in regione Litomericenſi ad flumen Bilinam ſuperſtite cum Dalemilo & Pulkava accipiant, tamen non deſunt, qui *Stadam* ducatus Bremenſis non ignobilem urbem eſſe volunt, cujus tum Przemyslus Comes fuerit. Schleinicius vero procul dubio arcem *Statz* in Auſtria ſitam olim Roſenbergiorum ditionem opinatur, ex qua familia Przimislaum deſcendere comminiſcitur.

Schleinicii Mſ. P. I, c. 18.

(*c*) Flumen iſtud magis nominatum in hiſtoriis noſtris ab rebus iſthic geſtis, quam ab aquarum ſuarum ubertate, aut curſus prolixitate. In eadem enim regione Litomericenſi, qua abſorbetur, etiam naſcitur. Pontum & Bilinam urbes præterfluit, tum retrogrado curſu in ſeptentrionem vergit, ac ad Uſtam ſe in Albim conjicit. Ab eo olim integra regio nomen habuit, quam Carolus in diplomate Stadiczenſi mox proferendo *diſtrictum Bilinsky* appellat.

(*d*) Apud Coſmam, Chriſtannum, aliosque, qui e lege linguæ veteris Slavicæ ſcripſere, ubique Premysl audit demta litera z. Qua ratione adhuc *Premyslum Ottocarum* in ſigillis numisque nominatum reperimus. Deflectunt porro etiam ab etymologia, qui *Primislaum* quaſi *primam gloriam* nominant; nuſpiam enim in vetuſtioribus hoc modo ſcriptus legitur, ut ita recte meditabundum ſeu pugnantem cum cogitationibus hominem ſonet a slavico vocabulo przemyſſlugi præmeditari; quo pacto etiam Pulkava id interpretatur. Ceterum de Premislao iſto more ſolito nugatur Schleinicius: Herulorum enim Regem fuiſſe contendit alio nomine Odoacrum appellatum, illumque ipſum,

Pulkava Mſ.

Schlein. Mſ. P. I. c. 18.

Digitized by Google

ipsum, qui Romam anno 476. occuparit. Cujus figmenta safe ac non sine stomacho refutavit Balbinus. *Balb. Dec. I. l. 2. c. 17. et 21.*

(*e*) Ædepol vaticinium! cui par ob claritatem eventumque rei nullum in antiquitate reperias in profanis, nedum sacris quidem; nae vates hic mihi quidem post quingentos octoginta quatuor annos demum oraculum hoc profudisse videtur, quisquis fuit.

(*f*) Talarem vestitum, palliumque vetustis ducibus nostris usitatum fuisse ex sigillis discimus, liquetque ex adjecta Tabula I. Quem morem usque ad Caroli IV. tempora perstitisse cognoscimus ex simulacris Caroli IV., Wenceslai & Sigismundi filiorum in Carlsteinensi castro hodieque asservatis; quin promiscue etiam plebem olim talaribus usam, ad eam normam, qua Poloni hodie utuntur, ex omnibus vetustis picturis comperimus. Ditmarus etiam slavicam significationem pallii, quod *Crusinam* appellat, nobis transcripsit, quodque Carolus Dufresne pellibus rubricatis ornatum fuisse memorat, ut vel inde pareat antiquissimis temporibus purpurae cujuspiam speciem ducibus nostris non fuisse incognitam. Porro vox slavica *Crusin* ad majestatem spectabat, hodie paulum alterata *terribilem* significat. *Ditmar. Re. stit. l. 5. p. 367.* *Dufresne Glossar. vocab. Crusina.*

(*g*) Non modo Slavis, sed & veteribus Germanis equos praesertim candidos ad divinationes superstitionesque adhibitos testatur Tacitus: *Proprium*, inquit, *gentis: equorum quoque praesagia, ac monitus experiri. Publice aluntur iisdem nemoribus ac lucis candidi, ac nullo opere mortali contacti, quos presso sacro curru Sacerdos ac Rex, vel Princeps civitatis comitantur, hinnitusque ac fremitus observant, nec ulli auspicio major fides non solum apud plebem, sed apud proceres, apud Sacerdotes.* Et in Annalibus suis memorat: ipsis Romanis venerationi fuisse. At nulla gens magis Slavis divinum aliquid in equis candidis venerabatur. Retulimus jam supra ad Annum 710. ex Ditmari libro 6. sacrum eum habitum a fanorum ministris, adhibitumque ad sortes. Saxo Grammaticus narrat: ad Suantevitii idoli Slavici fanum peculiarem albi coloris equum nutritum, cujus jubae aut caudae pilos convellere nefarium ducebatur; soli Sacerdoti pascendi illius insidendique jus fuisse, in eoque Suantevitum creditum, bella gerere adversum sacrorum suorum hostes. Hujus vero credulitatis id praecipuum fuisse argumentum: quod equus idem nocturno tempore stabulo insistens adeo plerumque ma- *Tacitus de mor. Germ.* *Idem l. 12. Annal.* *Saxo Gramm. l. 14.*

Digitized by Google

mane ſudore ac lato reſperſus viſus ſit, tanquam ab exercitatione ve-
Chron. Auguſt. ad an. 1068. niens magnorum itinerum ſpatia percurriſſet. De equo Luititiorum
Perr. de Dusburg. P. 3. c. 6. agit Chronicon Auguſtanum de Pappenheim, & Petrus de Dusburg de Pruſſiæ Slavis refert: eis non licuiſſe album equum ad uſus domeſticos alere.

Dalem. hiſt. Boleslav. c. 4. (*b*) Hujus novi vaticinii, cujus Coſmas non meminit, author eſt Dalemilus: ſic enim ille:

Tobo na tento Kuon wſadiecze
Wedteż gey ſem ſe neſwarziecze.
Budeteli ſie ſwarziti
Po tiſiczy Let bude wſſie Zemi ſſkodíti.

Id eſt: *Ponite eum ſuper hunc equum*
Ducite huc, non rixantes.
Si rixati fueritis
Poſt mille annos id omni terræ nocumento erit.

(*i*) Hunc diem & ſuperiores non dubitavit Lupacius in ſuas Ephemerides, & Veleslavinus in Calendarium tanquam certos inſerere; ſed hiſtoria ipſa annique in incerto vagantur, quam fidem demum mereantur dies?

Veleslav. in Geneal. Duc. Boh. (*k*) Primus erat omnium Veleslavinus, qui a Coſmæ aliorumque vetuſtiorum relatis receſſit; ac Premislum ruſticum fuiſſe negavit, ſic enim ille: *Przemislaus non ruſticus, ſed Dynaſta Stadicenſis, quamvis agriculturæ deditus; nam id temporis quantumvis nobiliſſimos non pudebat agrum colere, idque ingenuum habebatur.* Et alibi: *Libuſſa Przemislum ſibi conjugio ſociavit Stadicenſem agricolam, ſed nobiliſſimo genere, quem olim ſtudiorum ſocium ac condiſcipulum in ſcholis Budecenſibus habuerat.* Veleslavinum ſecutus eſt Stranskius, & rem quaſi certiſſimam ſtatuit Balbinus; utque is ſententiæ ſuæ firmamenta haberet, glomeravit exempla Græcorum, Romanorum, Attali, Hieronis, Fabriciorum, Curiorum, Quinctiorum, quibus turpe viſum non eſt laureatas nuper manus bobus admovere. Quod ut magis ſtabiliret P. Victorinus noſter, plura teſtimonia ex vetuſtis Hiſtoricis ac Poëtis, Ovidio, Propertio, Floro, Plinio, aliisque adjecit, quæ nos conſulto prætermittimus. At ſi vera ſunt, quæ Coſmas narrat ſuo adhuc ævo conſervatos in Wiſſe-

Stransk. Reipubl. Boj. c. 8.
Balbin. Epit. l. 1. c. 10. in not.
Coſm. Chron. Boh. l. 1.

Digitized by Google

Lignea cisterna Premysli ex omni parte subere confectus, si verum: Premyslum *mucidum panem* & frigidam e vase testaceo legatis propinasse, vomereque pro mensa usum; qui hæc paupertas rusticitasque nobilissimo ditissimoque terræ Stadicensis dynastæ respondeat, non video.

At Paprocio, Balbino, Berghauero ceterisque pene omnibus, post Paprocium scribentibus non suffecit Premyslum nobilem fecisse, nisi etiam propugnarent Stadiczensem Premysli familiam cognatam fuisse cum domo illustri Scyphorum, Caraffisque Italis, imo Premyslum, quod contra omnem ejus ævi crisim est, in clypeo gentilitio tres fluvios gessisse, quem postea omnes Duces, Regesque nostri amplexi sint, adeo ut Berghauer contendat: hunc clypeum cum tribus fluviis adhuc spectari in sigillis Ottocari II. Regis Bohemiæ. Plura Ducum nostrorum sigilla ex diplomatibus autographis desumta ad manus mihi sunt, nuspiam tamen gentilitius ille clypeus cum tribus fluviis comparet. Verum clamitant nostri omnes cum Paprocio: hos tres fluvios reperiri hodiedum in sigillo Boleslai Pii, quod diplomati anno 993. Monasterio Brevnoviensi Ordinis S. Benedicti dato appensum est. Exhibemus antiquitatum studiosis sigillum istud, nuspiam excusum adhuc, Tabula I. Num. III., quod nos ipsi benevolentissime annuente Reverendissimo ac Amplissimo loci Abbate Friderico & spectavimus coram, & manu contrectavimus, & lineis excipi fecimus. Spectatur isthic omnino, quemadmodum in aliis sigillis posteriorum Ducum nostrorum, Boleslaus Pius manu sinistra scutum militare tenens, spectantur etiam in hoc scuto, ut videre est, striæ, quæ scutum veluti in tres partes secant; unde historici nostri hos tres fluvios conjiciunt, argumentumque gentilitii clypei plena securitate deducunt. At quis antiquitatum gnarus nescit veteres ornatus causa in scutis suis varios colores, ductus, striasque adhibuisse? memorat Abbas Gottvicensis in Emmeramensi sigillo etiam reperiri scutum Imperatoris Conradi striis nonnullis variegatum, an tamen is, aut alius unquam senserit clypeum hunc esse gentilitium, aut Conradum posteris suis hoc peculiare signum familiæ aut imperii reliquisse? quin, quid doctissimus Abbas ea de re senserit, audiamus: *Oblonga sunt bina Conradina scuta non rotunda, uti nec insigni aliquo seu figura condecorata, nisi quod in uno Emmeramensi scutum striis nonnullis variegatum videatur, quem antiquissimorum Germanorum morem fuisse suo jam dum tempore annotavit cap. 2. de mor. Germ. Tacitus, pleniusque in sua Germania antiqua explicavit Cluverus.* Ar-

Paprot. in Stemmatograph. Balb. Dec. I. l. 7. c. 4. Bergh. in Proto-Mart. Poenit. c. 1. p. 17.

Berghauer cit. loco.

Paprot. in Monasteriis.

Chron. Gott. l. 2. p. 113.

Digitized by Google

bitrarium certe fuisse Ducibus nostris scuta seu nuda, seu coloribus & lineis certis distincta adhibere ostendunt tot sigilla posteriorum Ducum nostrorum suo loco proferenda, in quibus hæc striarum ratio variat. In Przetislai enim Ducis clypeo, cujus sigillum ad me misit Reverendissimus ac Amplissimus D. D. Bonaventura Pitter Prælatus Rayhradensis studiorum meorum fautor præcipuus, & a vulgata nuper vita S. Guntheri nominatissimus, nomisi duæ comparent striæ, in Spitignei nulla penitus, adeo ut quemadmodum scuta hæc jam rotunda, jam oblonga, jam triangularia, jam decussata videre licet, ita pro libitu in ornatu illius variatum fuerit. Instat Balbinus, urgetque Berghauer, statuam vetustam Divi Wenceslai in celebri quondam sacrarum Virginum, cui *Suietse* nomen erat, cœnobio exstitisse, alteram pictam ejusdem Sancti reperiri pervetustam in pago Prosanka, ubi utrobique, in scuto hujus Divi tres fluvii seu lineæ visuntur. Sed ut ut vetustas has icones uterque nobis depingat, neuter credo Wladislai Regis nostri & sæculo XII. antiquiores sensserit, quo demum ævo clypeorum rationem cœpisse non inficiamur. Porro quantum adhuc Caroli IV. tempore gens nostra variaverit in exprimendo clypeo S. Wenceslai, ut jam leonem, jam aquilam, jam nudum scutum ei in manus indiderit, coævis documentis & cumprimis sigillis rem palam faciemus; ubi ad sæculum istud pertigerimus, aut certe de S. Wenceslao nobis sermo erit. Non unum præterea supereſt documentum: sæpe familias ipsas, quæ ejusmodi imagines suis sumtibus seu pingi, seu sculpi fecerunt, clypeos suos in S. Wenceslai scutum, quod locus is aptissimus esset, inseruisse, meminique me prope Budvicium in vico quopiam vidisse imaginem S. Wenceslai, in cujus clypeo *rosa* depicta erat, verosimillime quod Rosensium nonnemo imaginis hujus patronus fuerit. Sic sigillum Vicariatus Ecclesiæ Prag. exhibet S. Wenceslaum manu tenentem clypeum Decani. Illud Berghaueri restat de Ottocari II. Regis nostri sigillo, quo hos tres fluvios referri memorat: sed falsus est magnopere Vir doctissimus. Quinque diversa Ottocari II. sigilla in manus meas pertigere hactenus, suo tempore producenda, duo secum accuratissime descripta attulit superiore anno Prænobilis ac Clarissimus Vir Joannes Klauser Archivarius Regius ex Tabulario Civitatis Egrensis, quo ad Archivum in ordinem redigendum a sua Majestate clementissima Imperatrice ac Regina nostra missus est, alia tria exhibet Philibertus Hueber in Austria ex Archivis Mellicensibus illustrata Tab. IV. num. 2. & 4. & Tab. V. num. 6. Inter plures clypeos, quos sigilla ista exhibent: spectatur omnino *clypeus tri-*

Balb. Epit. l. 1. c. 7.
Berghauer c. 1. p. 7. 17. & 18.

Digitized by Google

triangularis fasciam seu trabem transversam gerens, ut clypeum in tres partes secare videatur. Sed quis clypeum istum Bohemiæ, seu Ducum nostrorum esse sentiat? Constat enim Ottocarum hunc simul Ducem fuisse Austriæ, cui iste clypeus tum proprius erat, ut memorat Faber Monachus Ulmensis, qui Austriæ Duces album clypeum cum rubeo cingulo ab Imperatoribus accepisse refert, quod e prælio reduces thoraces candidos sanguine tinctos reportarint. Atque si sigilla paulo memorati Philiberti Hueber conferantur, videre ibi est Fridericum Ducem Austriæ cum eo ipso unicoque clypeo equitantem Tab. III. num. 5. idem conspicere licet Tab. V. num. 5. Tab. VIII. num. 2. Tab. IX. num. 5. Tab. XVII. num. 15. plurimisque aliis. Difficultatem autem istam optime solvit sigillum Ottocari nostri Tab. IV. num. 2. exhibitum; ubi ea parte, qua tripartitus hic clypeus cernitur, *Dux Austriæ*, altera, qua clypeus cum leone Bohemo est, *Rex Bohemiæ*, in Epigraphe scriptus legitur, ut ita clypeum Austriæ Berghauerus minus recte pro clypeo Bohemiæ Ducumque nostrorum interpretatus sit. *Faber in hist. Suevor. c. 13.*

Ex his jam conficitur ruere sententiam Paprocii, Pessinæ, Balbini, Berghaueri, Hammerschmidii, aliorumque nostrorum, qui pro primævo clypeo Bohemiæ tres fluvios statuunt, eumque a Primislao repetunt, quod is seu inter tria flumina: *Albim*, *Moldavam*, & *Sazavam*, seu magis ridicule inter *Danubium*, *Savum* & *Tisam* dominatus sit; de quo quale judicium sit eruditissimi Schminkii ex legibus Heraldicæ veræque crisis loquentis audiamus.* Qui postquam Balbini sententiam retulisset, subjungit: *Hæc pluribus descripsi, non quod mihi satisfaciant, sed ut aliis morem geram, sunt enim in hac narratione quædam certa, at longe plura incerta, si non plane falsa. Quis enim ex sanioribus artis Heraldicæ peritis ignorat insignium usum, ut hic describuntur, tantæ non esse antiquitatis, quanti Balbinus facit.* Et rursum: *Miror Goldastum & Balbinum hic argumentari ex scriptoribus nimis recentibus, quorum fides in rebus tot sæculis ante se gestis non solum subdesta, sed plane nulla est; num insignia, ut hic describuntur, tunc temporis adhuc erant incognita.* *Paproc. in Diadocho p. 348. Balbin. Dec. 1. l. 7. c. 4. in not. Pessin. in Mart. Morav. l. 2. c. 5. Berghauer c. 1. p. 17 & 18. Hammerschmid. in hist. Wisschrad.* * *Schmink. in notis in Gold. l. 3. c. 14. §. 33. Idem in lib. 3. c. 8. §. 4.*

Ceterum cum Nicolaus Artemisius Notarius senatorque urbis Satecensis Hayecio nostro synchronus referat in tabulario Satecensi plura Ducum nostrorum diplomata asservari pendentibus sigillis hæc tria flumina referentibus, in eam prope cum aliis deflexeram sententiam, ut existimarem Wladislai I. Regis nostri demum tempore hos tantoopere a nostris celebratos tres fluvios a Ducibus Bohem. in clypeum receptos. Ei opinioni stabiliendæ fidem nonnullam faciebat quidam *Artemisius Mss. de antiqu. urbis Satecensis*

Digitized by Google

numus solidus unifrons longinquitate temporis multum attritus, quem jam superiore anno cum aliis delineandum obtulerat rerum Patriarum studiosissimus Nobilis ac Clarissimus Vir Thaddæus Peithner nuper a sua Augustissima Majestate designatus primus Regius rei metallicæ Professor, in quo infra coronam Regiam rudis triangularis clypeus tripartitus conspicitur e dextro latere literam W, e sinistro inversum literam R excusam habens, ut merito suspicionem offunderet numum hunc Wladislai Regis nostri esse. Sed posteaquam alius ejusmodi numus in terris Celsissimi Principis mei repertus (quem tabula I. n. IV. excusum proferimus) in manus meas pertigit, plane testatum fit, literam eam e sinistro latere non R sed A esse. Confirmavitque rem Vienna redux idem Eruditissimus Vir: monetam hanc subito Austriacam fuisse agnitam a Perillustri & rerum istiusmodi scientissimo Domino de Rosenthal Consiliario & Archivario Regio, qui præterea affirmaverit: literam W *Viennam* literam A Albertum Austriæ Ducem connotare, nec non in Numophylacio Marquardi, mihi hactenus non viso, hujus numi excusa ectypa reperiri; denique quæ nos circa coronam difficultas morabatur, nullam esse: eam enim jam vetustis Austriæ Ducibus in signis numisque usitatam fuisse. Ut ita procul dubio simili plane cum Berghauero errore lapsus videatur Artemisius, qui Austriæ clypeum Bohemicum deputavit. Ceterum Wladislai numum sine omni clypeo protulit Fridericus Joachim.

Neu eröfnetes Groschen-Cabinet *in 2. Supplemento. Tab XL n. 47. Mſ. Marignolæ in Przemysl.*

Id non prætermittendum Marignolam Przemyslo aquilam statuere pro clypeo, sic enim ille: *Fertur imposuisse aquilam pro signo, pro eo, quod tali signo scilicet aquilarum vel aliarum avium augurio futurus Princeps fuit: celitus designatus.*

Balb. Dec. I. l. 7. c. 4. in not.

(*l*) Non satis erat posterioribus historicis nostris has vetustatis traditiones a Cosma perscriptas retulisse, nisi etiam novis figmentis augerent; nam referunt vestigia etiam itineris, quod equus prehenderat, supereſſe. Ad flumen enim Bilinam hodieque esse tres pagos *Brozanby*, *Hliniany*, & *Rzehlovice* ab equi istius adaquatione, volutatione in limo, & hinnitu sic dictos. Quid indoctam miremur antiquitatem, si tantoopere nugati sunt recentiores docti quique viri? Istud tamen de equo hoc præteriit Hayecius, quod Cosmas præterea narrat: *Vana vulgat fama, nec non & opinio falsa: quod ipsa Domna* (Libussa) *equitatu phantasmatico semper in noctis conticinio solita sit ire illo*, (Stadiczium) *& redire præ Gallicinio, quod Judæus credat Apella.* Verba hæc posteriora Cosmæ ex Horat. l. I. serm. Sat. 5. sunt: *Credat Judæus Apella. Non ego.*

Cosm. Chron. Boh. l. I.

(*m*)

Digitized by Google

(zz) Multa de Slavorum superstitionibus, præstigiisque in diversis authoribus legere est, nusquam paria. Cosmas, quod Metropolitano Capitulo perpetuæ gloriæ est, omnes partes prudentissimi Historiographi in recensendis fabulis istis explevit. Admonet enim ille prius lectorem: hæc omnia se *ex senum fabulosa relatione* proferre vel ideo, ne traditiones hæ quoque pereant, admonet in præmissa libro suo primo epistola Severum Melnicensem Præpositum, item in altera Gervasium: argumentum habituros in his Chronicis, qui ultra modum ridere possint, & liberaliter, ut ille inquit, *proprietate hominis sui.* Tamen cum narrata hæc non omnino omni parte impossibilia judicaret, præoccupat, & adducit exempla sacra profanaque de Medea, de Circe, de Magis Ægypti, portentisque Mosis. At lubens quidem assentior malum spiritum non semel, permittente ita Deo, insolita præstitisse, atque dum de divino cultu, de religionis rebus, de periculo suo agebatur, omnes vires exeruisse; cujus rei testimonia plura ex nova veterique lege præsto sunt, & in Annalibus Baronii præsertim sub prima Ecclesiæ incunabula legere est. At nunquam non Deus etiam palam fecit humano generi: sibi soli competere præter naturæ ordinem agere, portentaque ciere; quare vix unquam prætermisit, ut diabolicas has artes confunderet, hominibusque testatum faceret, eas non digito Dei, sed præstigiis factas esse, quemadmodum de Jobo priori imo majori felicitati reddito, de Ægyptiorum magorum devoratis serpentibus, de sacrificio Eliæ, deque casu Simonis magi, aliisque cognitum est. Verum præter rem, causamque gravem patim portenta ne quidem in historiis sacris audita obtrudere, res futuras pari certitudine atque præsentes, equum sua sponte ac ductu iter monstrantem, boves per aëra volantes, stimulumque efflorescentem narrare, vel totidem literis fabulam ostentat. Qua fide historias istas jam sæculo superiore acceperit Schleinicius Episcopus Litomericensis, testatus est his verbis anno 1673. epistola sua ad Thomam Pessinam post editum illius Phosphorum sepicornem: *Utinam præterita*, inquit, *secula ejusmodi plures aliquando tulissent Phosphoros, non legeremus credo in historiis nostris vel volasse aliquando in Boemia boves per aërem, vel stimulos aliquos aratorios dudum jam arentes & siccos (renovato pene ex Scriptura sacra illo Aaroneæ virgæ miraculo) evirruisse repente recentes avellaneas in nuces, aliaque ejusmodi risu potius quam fide digna.* Ceterum Cosmas boves tantum evanuisse scribit, nihil ille de volatu, aut rupe aperta, nec post illum quispiam ante Æneam Silvium. Nec dubium

Digitized by Google

est fabulæ huic novæ ansam præbuisse rivulum illum sulphureum, fimumque bubulum prope redolentem e vicina rupe manantem, quem ipse Balbinus gustasse, atque ita comperisse testatur. Sed quam diversi saporis naturæque aquas non est reperire in Bohemia? profecto si singulis paria fabulosa principia affingere libet, Carolo-Thermensis e stygе se se evolvere dicendum erit.

Balb. Dec. 1. l. 3. c. 17.

(*n*) Possessores hujus fundi Jacobus Eysserig & Martinus Heine dicunt in suis supplicibus literis anno 1612. prima Septembris Imperatori Mathiæ porrectis (quas, uti & alias res materiam hanc concernentes benevole suggessit Prænobilis ac Clarissimus Dominus Clauser Archivarius Regius studiorum meorum fautor præcipuus) virgam hanc postea in magnam arborem excrevisse, locumque, quo stetit muro septum fuisse. Nuces vero illius fœcundissime provenisse, ac nunquam cassas, aut a vermibus lædi solitas inquit Pulkava. Carolus IV. Imperator & Rex Bohemiæ quemadmodum sacrarum reliquiarum, ita & antiquitatum patriarum amator exquisitorque indefessus locum hunc dato privilegio fecit cumprimis in historiis nostris memorabilem, nam quoscunque possessores liberos a quibuscunque tributis & exactionibus pronunciavit. Diplomatis istius nonnisi fragmentum publicavit Balbinus; integrum retulit Goldastus, quod, cum ad rem præsentem maxime faciat, ex transumto sat vetusto per extensum hic inferre libet Goldasti exemplari longe emendatiore:

Pulkavæ Mss.

Balbin. in Epit. l. 1. c. 10. in not. Goldast. in Appen. documens.

In nomine Sancte & individue Trinitatis feliciter Amen.

Carolus Quartus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemie Rex. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter cetera humane condicionis, fragilitatisque suffragia, quibus genus mortalium in suis penalitatibus potissime relevatur, primeve libertati favor multus debeatur, que si nonnunquam sublata ex causis ei novercantibus, seu quomodolibet impedita pro tempore fuit, his tamen cessantibus ipsa & quevis res alia ad suam pristinam de facili revertitur naturam. Hinc est, quod ve-

Digitized by Google

venientes ad Presenciam nostram dilecti fideles nostri & coheredes Lutboldus Zirota & Cuntzie Radoste fratres germani de villa Stadicz in districtu Bielinsky prope Usk super flumen Bieline sita Majestati Imperiali pariter & Regie nostre dignitati cum debita humilitate insinuare & supplicare curarunt, quatenus cum ipsi, & progenitores ipsorum sint, & fuerint a primordiis incolatus terre, & Regni nostri Bohemie heredes liberi, Dieditzi, & incole primi & novissimi dicte ville Stadicz, terre & prediorum suorum, quibus usi sunt hereditario jure inconcusse, in nullis prorsus factionibus, censibus, seu aliis exactionibus vel angariis quibuscunque realibus personalibus, atque mixtis cuipiam obnoxii, prout hec in gestis & libris Cronicis terre & Regni Bohemie, a temporibus Przemisli primi Ducis Boëmorum, inde de post aratro assumti, & in Ducem Boëmie magnifice sublimati, latius & plenius continentur. Tandem nuper non multis retroactis temporibus prefati heredes & dicta villa cum suis pertinentiis per incuriam, & forte ignorantiam crassam & supinam ab inclyto Principe dive memorie Joanne Boemie Rege Illustri Genitore nostro olim Henrico de Lipa contra predictas libertates minus provide fuerunt concessi, qui & alii dictam villam sic usque modo occupantes predictis heredibus contra libertates ipsorum quamplurimas interim oppressiones fecerunt: dignaremur cum eis de solita pietatis Regie benignitate gratiam specialem facientes, eos & heredes ipsorum restituere libertati pristine, ipsosque in suis juribus primevis gratiosius confovere. Nos itaque attendentes eorum rationa-

Digitized by Google

nabiles poſtulationes, prefatas libertates, jura ac commoda omnia & ſingula eorum, que, & quas ipſorum progenitores, & ipſi poſſederunt, cum quatuor laneis terre, agrisque ſuis & pertinentiis omnibus priſtinis & primevis in ſepe dicta villa Stadicz plene & pleniſſime reſtituimus, conferimus, & donamus ſepe dictis heredibus, liberis, & heredibus eorum utriusque ſexus ex eis legitime procreatis (reliquos vero tres terre laneos ibidem in Staditz, qui fuerunt dicti Przemisl, quosque propriis excoluit manibus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris Boëmie Regibus duximus reſervandos) eximentes eos & ipſorum liberos & heredes ab omnibus tributis, cenſibus annuis & ſolutionibus pecuniarum, grani, frumenti, ſeu cujuslibet annone. Nec non ab omnibus & ſingulis angariis vel parangariis perſonalibus, realibus atque mixtis, & preſertim a Berna Regia, & aliis quibuscunque factionibus & vexationibus eos & liberos ac eorum heredes perpetuo libertamus. Decernimus tamen, & decreto Regio ſancimus, ut prefati heredes, ac eorum liberi & heredes virgam illam floridam Coryli, per ipſum Przemysl de ſtimulo ſuo in agro Stadicz propagato, continuo foveant, cuſtodiant, atque nutriant in memoriam tante & talis rei, que inibi dignoſcitur taliter evenisſe. Volumus poſtremo, & ſtatuimus perpetuo ut prefati heredes, ipſorumque liberi & heredes omnes & ſingulas nuces, quas predicte virge coryli produxerint, nobis & ſucceſſoribus noſtris Bohemie Regibus teneantur annis ſingulis fideliter preſentare. Nulli igitur fidelium noſtrorum liceat hanc libertatis noſtre gratiam infringere, aut ei auſu

teme-

Digitized by Google

temerario quomodolibet contraire, indignationem Regiam & penas gravissimas pro motu Regio infligendas, si secus quispiam attentare presumpserit, se noverit incursurum.

Signum Serenissimi Principis & Domini Domini Caroli Quarti Romanorum Imperatoris invictissimi & glorioſissimi Boemie Regis. Testes hujus rei sunt: Venerandus Arnestus Pragensis Ecclesie Archi-Episcopus. Joannes Luthomislensis sacre Imperialis Aule Cancellarius, Joannes Olomucensis, & Maurus Corobanienſis Ecclesiarum Episcopi. Illustres: Rudolphus Saxonie Sacri Imperii Archimarscallus. Joannes Marchio Moravie, Bolko Falkenbergenſis, & Przemisl Tessinenses Duces. Spectabiles: Burghardus Burgravius Magdeburgenſis Imperialis Curie nostre Magister. Joannes & Burghardus fratres de Reetz Comites. Ac Nobiles Sdenco de Sternberg Judex Regalis Curie nostre per Boemiam, & Ulricus de Nova Domo, & alii quam plures nostri Principes, nobiles & fideles. Presentium sub Imperialis nostre Majestatis sigillo testimonio literarum. Datum [illegible] Anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo nono, Indictione duodecima iiij. Idus Maji Regnorum nostrorum anno tertio decimo, Imperii vero quinto.

Per decretum Imperatoris
Welyslaus.

Privilegium hoc confirmatum reperitur a Sigiſmundo Anno 1436. die 15. Octobr. a Georgio 1460. die 21. April. a Vladislao 1478. die 21. Junii, & ſupplex libellus ſupra nominatorum poſſeſſo-

Digitized by Google

rum memorat confirmatam quoque a Rege Ludovico, Ferdinando I, Maximiliano ac Rudolpho; querela denique Joannis Grüfft anno 1652. contra attentatam vim huic immunitati porrecta Regiis Locumtenentibus, etiam a Ferdinando II. roboratum affirmat. Verum privilegium istud aliqua sui parte vitiatum esse oportet, aut clausulam heredibus Stadicensibus præjudicio sam temere expunctam. Nam Protocollum hoc ipso anno 1359. scriptum Jurique Feudali adjectum eos non eximit a *Berna generali* & *defensione terræ*, sic enim habet:

Jus Feudale Mſ.

Dominus Karolus Sereniſſimus Imperator & Bohemie Rex cum Baronibus infra ſcriptis invenerunt, quod homines hereditarii id eſt Dyedyczi *ville Stadicz debent amodo in perpetuum ab omni ſolutione, cenſu, ſeu alia exaccione quacunque liberi eſſe, & abſoluti, prout a fundacione & principio dicte ville exſtiterunt, exceptis duntaxat Berna generali, & defenſione terre, ad quam prout alii terrigene obligantur &c.*

Ex his jam eruitur, quemadmodum Caroli IV. ætate primum mos invaluit, ut nuces istæ ſingulis annis ad Reges Bohemiæ deferrentur, ita poſt hunc 1359. annum aut plane Caroli imperium in morem abiviſſe, ut ſub Regum noſtrorum coronatione nucum iſtarum menſura ad pedes Neo-Coronati Regis effunderetur. Solemnem vero hunc ritum uſque ad Ferdinandum III. obſervatum teſtis oculatus fatetur Balbinus, & ex Lunigio Koehleroque, atque aliis, qui coronationis ceremonias deſcripſere, legendum. Extra diem coronationis vero conſuetum fuit ſingulis annis Regi nuces has ſuper patena argentea, in ejus autem abſentia Procuratori ſeu Fiſco Regio ſuper ſtannea porrigere, quod ſumma accuratione obſervare heredes Stadiczenſes cogebantur, adeo ut etiam pœnarum minis a Procuratore Regio admonerentur, ſi quando moroſi eſſent, quemadmodum id adhuc anno 1701. factum, documentum Mſ. authographum oſtendit. At poſtquam jam tum, ac maxime conſequentibus temporibus novis Regni enatis conſtitutionibus poſſeſſores hujus fundi Stadiczenſis immunitate hac excidiſſent, langueſcere ac intermori cœpit mos ille ſeu deferendarum, ſeu

Balb. Epit. l. 1. c. 10. pag. 79. Lunig. Ceremoniale P. 2. p. 73. Kœhler Münz-Beluſtigung P. 17. p. 65.

Digitized by Google

seu in coronatione substernendarum nucum, ac hodie penitus interci-dit.

Hæc de historia nucum & coryli a Caroli IV. ætate; at quod ad earum initia, & fidem historicam attinet, ea Æneæ Silvio non secus ac narratio illa de bobus fabulosa visa est. Magnæ quidem Caroli IV, diploma authoritatis esset, si se ad aliorum Ducum Bohemiæ Przemyslo paulo posteriorum diplomata revocasset; at cum Chronica nostra pro fundamento alleget, non majorem meretur fidem; quam ipsa Chronica, quorum primordia se se nonnisi *ex senum fabulosa relatione* proferre fatetur primus noster scriptor Cosmas. Hinc & nuper Reverendissimus ac Eruditissimus Dominus Prælatus Rayhradensis in epistola ad me data materiem hanc tangens ita cate, ut cetera omnia scribit: *Certe & ista, non obstantibus diplomatibus, tam salebrosa & creditu difficilia mihi videntur, ut imperare mihi non valeam reapse accidisse, ut festive adducantur.*

Æneas Silv. hist. Bojem. c. 6.

(o) Dalemilus plane quinque frondes e stimulo prognatos scribit, ex illisque emarcuisse quatuor, quod ex Przemysli stirpe principatus quinque orirentur, ac nonnisi unus perduraret. In eo etiam primus recessit a Cosma, quod festinationem illam legatorum ad famis interpretationem detorserit, cum Cosmas explicet: futurum fuisse, ut quot heriles filios Bohemia habuisset, tot dominos numerasset. Æneas Silvius vero sic interpretatur: Tres Premislo liberos nascituros, e quibus duo funere immaturo defecturi sint, tertium nobiles fructus edituros, atque si ager totus exaratus fuisset ante legatorum adventum: genus ejus masculinum perpetuo regnaturum fuisse. Quod in eandem fere sententiam explicat Balbinus.

Dalemil. hist. Boleslav. c. 6.

Silvius hist. Bojem. c. 6.

(p) Hujus interpretationis de ferrea mensa rursum primus author est Dalemilus ita versificans:

Dalemil. hist. Boleslav. c. 5.

Wdyż ste nerodili o Dziewcze tbati,
Bude wy moy Rod zelezny Mietli kazati.

(q) Pulkava de cothurno hæc adjungit: *In Vigilia coronacionis regum Bohemiæ processionaliter, obviam euntes Canonici & Prelati futuro Regi ornamenta sibi ostendunt, & coturnum humeris suis imponunt, ut memoriam habeat, quod de paupertate venerunt, & nequaquam superbiant.* P. Victo-

Pulkava Mſ.

Digitized by Google

torinus noſter ad hunc locum quoque memorat: præter ruſticos illos perones etiam caniſtrum Przemysli, & mitram Sacerdotum Wiſſehradenſium cuſtodiæ mandata fuiſſe. Et Balbinus: mitra Duces noſtros, quamdiu regium nomen illatum non fuit, in inauguratione, & populi panegyribus ac comitiis uſos. Ex his peronibus alter ætate adhuc noſtra in theſauro Regio Caſtri Pragenſis ſervabatur, quem ipſe puer oculis ſpectavi; hoc anno cum quærerem, formamque ejus excudendam animo deſtinarem, translatis Viennam plerisque rebus perque inſtaurationem Palatii Regii multum perturbatis, inventus non eſt.

Balb. Dec. 1 l. 3. c. 17. §. 2.

(r) Coſmas ita loquitur: *Hic vir, qui vere ex virtutis merito dicendus eſt vir, hanc efferam gentem legibus frenavit, & indomitum populum imperio domuit, & ſervituti, qua nunc premitur, ſubjugavit, atque omnia jura, quibus hac terra utitur & regitur, ſolus cum ſola Libuſſa dictavit.* Atque hoc veroſimillime meritum fuit Przimislai, quod ei inter omnes hiſtoricos noſtros vetuſtos gloriam & nomen peperit, ut is præterito Czecho, Lecho, Crocoque primus Bohemiæ Dux audiret, uti id pluribus teſtimoniis in Prodromo noſtro oſtendimus. Quare etiam Stranskius *Nomothetam primum & quaſi quendam gentis noſtræ Prometheum* vocat. Quod autem plerique ſcriptores noſtri rurſum adſtruunt: Leges ab eo genti noſtræ ſcripto datas eſſe, illasque in tabulis corticeis, aut codicibus ex membrana exaratis aſſervatas in Wiſſeherado aliove cujusdam fani Sacrario, cum briſi temporum illorum pugnat, ut ad annum 717. fuſe probavimus: Slavos uſque ad Chriſtianitatis initia literis caruiſſe. Neque vero repertus hactenus ullus eſt vetuſtus author, qui tam antiquarum ſcriptarum Slavicarum legum meminiſſet: Novimus hoc ipſo fere tempore Rotharim Longobardorum Regem *leges, quas ſola*, ut Paulus Diaconus inquit, *memoria & uſu retinebant, ſcriptorum ſerie compoſuiſſe.* Novimus legem Salicam ſæculo V. natam; Francorum, Alemannorum, & Bojoariorum ſub Theodorico I. Clodovæi filio cœpiſſe, Saxonibus & Weſtphalis a Carolo M. quædam legum rudimenta data; Burgundiones a Gundibaldo Rege ſæculo V. accepiſſe, Gothis anno 464. ab Erudico Rege præſcriptas; at Sclavicarum nemo meminit. Quare recte Joannes Lucius * etiam invectis jam Chriſtianis ſacris; Croatis ſuis (quos gentis noſtræ coloniam eſſe ad annum 644. oſtendimus) nullam legem ſcriptam in uſu fuiſſe, iisque majorum & antiquas conſuetudines pro legibus habitas docet. Exſtant quidem, ut nonnulli viri fide digni mihi narravere, hactenus leges Przemysli no-

Coſmas Chron. Boh. l. 1.

Prodrom. Annal. Hay. p. 54. Stranſky Reipubl. Boj. c. 12.

Paul. Diac. de geſt. Long. l. 4. c. 44. Præfat. in legē Sal. Præfat. in legem Alemann. Æneas Silv. Europ. c. 29. Præf. in leg. Burgund. Hachenberg Germ. Med. Differt. 3. §. 15.

** Joan. Luc. in Regno Dalm. et Croat. l. 6. c. 1.*

Digitized by Google

nomine insignitæ, sed eæ in manus meas nondum pertigere, nec vero in eas exquirendas dignam censui operam collocandam, quod iidem affirmaverint a se non magno negotio intellectas, cum, si ex hac antiquitate essent, procul dubio exercitatissimorum in lingua veteri Slavica ingenia oppido distinerent, vexarentque. Ceterum non nego consuetudinarium quoddam jus fuisse majoribus nostris hoc ipso sæculo, quemadmodum & ipsis Saxonibus id ante Carolum M. tribuit Ludevigius, ejusque authorem fuisse Przemyslum, ut scribit Cosmas, hoc demum usu & traditione conservari potuit usque ad ea ipsa tempora, dum in scripturam redactum est, ita ut quemadmodum Stranskyus memorat, *radix sit rogatarum apud nos posterioris ævi legum omnium.* Pulkava sub annum 1294. primum scribit tentatam fuisse legum scriptarum observationem, sic enim ille: *Princeps Wenceslaus his temporibus leges scriptas in Boemia voluit observari, sed Barones propositum ejus avertere studuerunt, ne juris invalescente rigore fructus, quem tollere consueverunt, ipsis eumodo deperiret.*

Ludevig. Reliquiar. Mss. T. X. præfat.

Stransky Reipubl. Boj. c. 12. Pulkavæ Ms. ad an. 1294.

ANNUS 723.

Præsente anno, qui fuit Przemyslo in Principatu secundus, (a) Libussa ubi ex summa specula, quam animi forte causa subierat, longe lateque flumen Wltavam despexit, simulque Pythæo spiritu incaluit, ad maritum, comitesque versa: video, inquit, urbem, cujus fama cœlos tangit. En illinc in silva locum quindecim stadiorum, ad illum pagum, quem Wltava præterfluit, & rivulum Bruskam absorbet: ubi quondam magna civitas ædificari cœpit, Casurgis (b) nominata. Tum mariti famulos intuita festinarent, jussit, per saltus illos, & si quem forte obvium habuissent accinctum operi, quærerent ex eo, quid rerum ageret? quodque is respondisset, diligenter memoriæ man-

Libussa Pragam designat.

Digitized by Google

darent; ab illo enim responso, inquit, urbi nomen erit. Profecti extemplo quibus imperatum erat, sub ipsum pagum duobus viris superveniunt lignum ascciis truncantibus, ex quibus sciscitati, quid eo ligno factum vellent? responsum patrio sermone tulerunt: **Prah tessem** quasi dicerent: lignum in atrii limen dolamus. Quo loco prætereundum non est, lignatores istos ac subinde primos Pragæ nomenclatores fuisse illum ipsum Klenum cum filio Sudiroho ex pago Radlicze, cujus supra meminimus. (c) At Libussa audito tam pulchre responsum cecidisse, accipere se omen dixit, jussitque confestim eo loco, quo datum responsum est, urbem moliri, vocarique ab eo limine Praham (d) seu Pragam; fore enim, ut non minus huic urbi gentes aliquando submittant capita, quam homines soleant humile limen subeuntes. (e) Prædixit etiam plane ac perspicue binas hic aliquando oleas ferendas, quarum fragrantia repleta prodigiis ac virtutibus terra in septimum cœlorum esset pervasura. Earum olearum alteri fore nomen **Wětssý Slá-wa** seu **Wácslaw** aut Wenceslaus, id est: *major gloria.* Alteri **bogowné Potěssenj** aut compendio **Wogtěch** Adalbertum nostri latinaque connotatione *Belli consolationem* hoc nomine notant. (f) Plura alia proditura fuisset Libussa eventura, nisi eam divinator spiritus deseruisset. (g) Sub hæc subito progressi sunt opifices urbem designatam conditum. Locum, quo prima domus constructa est, reperiet lector ad Annum millesimum ducentesimum tertium supra decimum.

Praga a Libussa sic dicta.

Vaticinatio Libussæ de S. Wenceslao & Adalberto.

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 723.

GREGORII II. PAPÆ 9. LEONIS ISAUR. IMPER. 7. CONSTANT. COPRON. 4.

PRZEMYSLI 2.

(a) Dubravius ait: Libuſſam Przemyslo tantummodo inane nomen Principis reliquiſſe, atque penes illam ſolam veram poteſtatem imperii perſtitiſſe, ſolum quoque titulum Ducis ei tribuit Paprocius, & Boregk. Balbinus temperat hanc ſententiam, atque pari cum Libuſſa poteſtate præfuiſſe ſcribit; quare etiam uno capite utriusque imperium complexus eſt. At hæc Coſmæ relatis repugnant, qui dominationem Libuſſæ ſublatam vel eo memorat, quod gens Bohema muliebre imperium averſaretur, Przemyslumque poſtea ſua prudentia indomitum populum imperio domuiſſe. *Dubrav. hiſt. Bob. l. 2. Paproc. in Diadocho in Przemyslo. Boregk in Przemisl. Balbin. Dec. 1. l. 7. c. 4.*

(b) Caſurgim vix quidem hodiernæ Pragæ ſitui reſpondiſſe jam in Prodromo noſtro meminimus. *Prodrom. Annal. Hayec p. 70.*

(c) Ex his liquet Hayecium accepiſſe Radlizium illud, de quo jam ad Annum 713. egimus, pro vico, qui hodie ſupereſt, paulo ſupra Pragam poſito; ſed quantum hæc repugnent, ex dictis ad hunc annum patet. Et profecto magnopere contradicere ſibi Hayecius videtur, cum Kazuranos, Germanum illum populum, tam propinquos Pragæ facit his annis, cum paulo ante his locis omnia ſilvis horrida inculta que deſcripſerit. Ceterum tum nomina fabrorum iſtorum, tum vici, e quo hi fuiſſe aſſeruntur mera figmenta ſunt ſeu Hayecii, ſeu alterius eo paululum ſuperioris, de quibus nec Coſmas, nec Dalemilus, nec Pulkava, aliusve ante Hayecium.

(d) Slavi limen Prag appellabant, quam ſcriptionem hodiedum Dalmatæ retinent, urbemque noſtram recte ex veteri dialecto Praga nuncupant. Inde etiam profluxit, quod latini ſcriptores ipſius ſæculi X. *Pragam* non *Prahan* vocitent, quod aſſumtio literæ *h* pro *g* multo poſteriorum ſæculorum uſus ſit apud gentem noſtram. De urbis hujus origine dicere liceat, quod univerſim de urbium initiis ſcribit Iſi- *Lodereker Vocab. ſeptil.*

Digitized by Google

Isidor. l. 7. Etymolog. Isidorus. *De authoribus conditarum urbium plerumque dissensio reperitur; adeo ut nec urbis Romæ origo possit diligenter agnosci.*

(e) Epitome Chronicarum, cum figuris anno 1493. Norimbergæ impressa magno folio, initia urbis Pragæ paulo post tempora Abrahæ rejicit, quod verosimillime ex nugatore illo Austriaco Gundelfingio deprompsit, qui sub hæc tempora jam genti nostræ *Baronei* affingit. Ms. quodpiam, de quo jam in Prodromo nostro, originem repetit ab Attilianis temporibus. Paprocius ait: a Polonis multo altius originem urbis Pragæ referri; Dlugossus jam a Czecho conditam vult; Christannus illam jam conditam statuit ante evocatum Premyslum ad Principatum. Reliqui plerumque Cosmam secuti, narrationem illam de dolato limine, quam Christannus præteriit, amplectuntur; sed rursum tanta Chronologiæ discrepantia, ut prope singulis alium annum defigere libuerit, ante Cuthenum tamen repertus nemo, qui certum annum rei huic præfigere ausus fuisset; ei itaque annus 711. placuit, quem etiam secutus Lupacius novo profecto ausu, ut diem plane dolati liminis ad IV. Non. Novembris defigeret; Stranskius multo prius quam Hayecius conditam censuit, cum hoc ipso anno 723. jam a Mnata ponte ligneo majori urbi junctam affirmet. Puczalka anno mundi 4660., Boregk 457. alii alio. Florianus Hammerschmid Chronologiam Hayecii tam certam ratus est, ut non dubitaverit hoc, quo vivimus sæculo, videlicet anno lapso 1723. Magnum Jubilarem, seu millenarium Annum ab urbe Praga condita celebrare, inque illius memoriam Prodromum suum gloriæ Pragenæ typis excusum in publicum emittere adjecto ad initium libri Synchariſtico argumentum hoc proponente. Ego vero lectorem admonitum velim narrationem illam de limine adhuc ad ea pertinere, quæ se Cosmas ex-senum fabulosa relatione accepisse memorat.

Paproc. in urbibus. *Dlugoss. hist. Polon. l. 1. p. 7.* *Christann. in Pass. SS. Ludmillæ & Wencesl.* *Cuthenus in Libussa.* *Lupac. ad 2. 9bris.* *Stransky Reipubl. Boj. c. 2. §. 2.*

Balb. Dec. 1. l. 3. c. 29. §. 4. (f) Erudite in hunc locum Balbinus: *Hæc si vere a Libussa prædicta sunt, altiore quam humano, & Sybillineo prorsus ore & instinctu edita esse hæc oracula fatendum erit.* Vaticinium istud his verbis complectitur, primus ejus prolator, Cosmas: *Hac in urbe olim in futurum binæ aureæ ascendent olivæ, quæ cacumine suo usque ad septimum penetrabunt cælum, & per totum mundum signis & miraculis coruscabunt. Has in hostiis & muneribus colent, & adorabunt omnes tribus terræ Bohemiæ, & nationes reliquæ. Una ex his vocabitur* Wechlawa *latine major gloria, altera* Tiesslivoga *latine exercitus consolatio.*

Cosmas hist. Boh. l. 1.

(g) Ha-

Digitized by Google

(g) Hayecius posterius ad annum 733. innuit *ranam* a Libussa ad divinandum adhibitam, quam auream Balbinus divinatorem ei fuisse spiritum confirmat, in eam dæmonem subiisse autumat, qui ei significationes rerum indiderit. Et prosequitur: incantationibus perfici posse, ut mali dæmones in vitra aliaque hujusmodi includantur, imo improbissimo obsequio indicium faciant rerum, quas magus aut saga voluerit. Ego profecto Balbini magnam reverentiam habeo, ultroque profiteor eum pene unum primumque, qui puriorem lucem historiæ nostræ accendit; at nemini prudenti viro persuasurus est, dæmonem spiritum incantationibus cogi posse, ut vitrum aliudve vas subeat. *Balb. Dec. 1. l. 7. c. 4. in not.*

PRÆTERMISSA.

Ad hunc annum referuntur duæ epistolæ (quas Gregorius II. Pontifex Maximus S. Bonifacio Germanorum Apostolo Roma in Germaniam proficiscenti una dedit) Thuringis & Saxonibus nobis vicinis inscriptæ, quibus gentem utramque ad amplectendam Christi fidem adhortatur. E quibus, inter plura eruditionis capita, duo cumprimis ad historiam horum temporum spectantia discimus. Primum: jam tum in Thuringia & Saxonia aliquos fuisse Christo initiatos, alterum: Saxones nobis propinquos *Alt-Saxones* appellatos ad differentiam *Anglo-Saxonum* in insulis Britanniæ, qui originem quidem a nostris ducebant, ad multo prius Christi doctrinam professi sunt. Quæ illa ipsa causa fuit, quod ex Anglia Scotiaque ob linguæ uniformitatem cum nostris tot Monachi, Episcopique ad convertendos Alt-Saxones transierint, quorum deinde indefesso labore & Evangelii in vicinas regiones prolatione etiam tandem genti nostræ ethnicismus detractus est. *Annales Baron. ad h. an. Pagius ad h. a.*

ANNUS 724.

Armenta Libussæ non capientibus stabulis, necesse fuit hoc anno novam insuper aliam, ceteris multo capaciorem villam erigere. Ea Libodum, (a) hoc est: Libussæ domus dicta. Et quia ea domus ad fluvium *Libodum villa.*

Digitized by Google

Wltava unde dicta.

Wltavam (b) pertinebat, inde pro re nata Wltava alio nomine Whltava dici cœpit, quod scilicet ejus fluminis aquam homines perinde atque pecus avide potarent: Hltatj enim nostræ genti est, avide aliquid ingerere, seque ingurgitare; inde Wodam hltavam gurgitem vocamus. Et erat sane id temporis aqua communis homini pecorique potus, excepto quod solennioribus diebus festis Princeps, Optimatesque præcordia leni mulso proluerent.

Crocus Dux Polonorum moritur.

Idem annus Crocum Polonorum Ducem, quem Czechi nepotem ex Lecho fratre fuisse supra docuimus, viventibus eripuit. Ejus cadaver duo superstites filii Crocus & Lechus, filiaque Wanda amplissimo funere elatum in monte Lassatno, nunc Sancti Benedicti appellato humarunt. (c)

ANNUS JESU CHRISTI 724.

GREGORII II. PAPÆ 10. LEONIS ISAURICI IMPER. 8. CONSTANT. COPRON. 5. PRZEMYSLI 3.

(a) Ex qua ripa Moldavæ villa hæc quærenda, & quam longe a Wissehrado remota fuerit, nihil proditum, nec enim hujus nominis locus ullus in Boemia supereſt. Ceterum si omnes vicos & oppida, quorum cognomenta a *Libo* & *Libi* seu *Libe* ordiuntur, Libussæ adjudicare libet, plusquam centuriam enumerare fas erit.

(b) Etymologia Slavica Wltavæ ab Hayecio prolata non inconcinna videtur, plures enim in aliis Slavorum regionibus hoc nomine fluvii reperiuntur. Secundum alios tamen nomen inveniſſe existimatur a vico *Wltava* hodie Ober-Woldau dicto, a quo illius fontes non longe absunt. Post Albim præcipua est Moldavæ autoritas, ebullit ex me-

Digitized by Google

meridionali plaga Bohemiæ in regione Bechinenſi Paſſavienſi oræ finitima paulo ſupra callem, quem aureum vocant, prætergreſſus vicos Parkfriedum & Hoſſenreit, curſum in orientem dirigit, apud oppidum Wuldau ponte inſternitur, rum ſerpentino flexu ad urbem Roſenberg pertingit; hic objectis montibus in ſeptentrionem iter deflectere compellitur, Crumlovium dein, Cœnobiumque Spineæ Coronæ adlambens, recepto Maltza ſeu Malicze Budvicium urbem adit. Hinc progreſſus Luznicium cum Nezarka ad Tinam ſibi ſociat, Zuicoviæ propinquans Vltavam Blanicæ mixtum abſorbet, rurſum nonnihil emenſus viæ ad Zrubcum Brzynæ, Corſabæ ſub Stechovicio, Sazavæ vero prope oppidum Daule, Mizæ denique ſeu Mzæ ad Aulam Regiam jungitur. Poſtremum Pragam mediam ſecans ſupra Melnicum in Albim ſe exonerat. Addit ad hunc locum noſter P. Victorinus: tres ante Pragam juncti fluvii Wltava, Sazava, & Miza, ſeu Beraunka in mediam urbem ſe evolvunt, ipſi coloribus inter ſe tam varii, ut facile ab intuentibus æſtate præſertim diſcerni poſſint. Wltava enim colore eſt ſubviridi, fluctibus ſubnigris Sazava, Miza Berauncæ junctus inter eos candicat. Ex hac aquarum varietate animadverſum tandem eſt, cur novæ & antiquæ urbis cereviſiæ pinguiores eſſent præ minoris Pragæ cereviſia: quia videlicet illæ ex nigris denſisque aquis Sazavæ, hæc vero ex rara levique Beraunka coquerentur; atque inde accidit, ut quidquid minoris Urbis cereviſiarii coctores conentur, quantumvis magiſtros eosdem ex urbe antiqua vel nova advocent, hordeum ex iisdem agris petant, aliaque omnia præſtent, nunquam tamen par cereviſiis ſuis robur addere poſſint, aut conciliare. *Balbin. Dec. 1. l. 1. c. 23.*

(c) De Croci poſteris, liberis, ac cumprimis de Vanda filia tot pene inter Scriptores Polonos contradictiones, quot authores, qui res has perſecuti ſunt; quæ illis diſcutienda relinquimus.

ANNUS 725.

Fruta rurſus hoc anno non parva argenti vis è fundamentis villæ Sedlo (a) (quam Diedus ex gente Hrabovorum pecoris ditiſſimus prope vicum Libin inter *Argenti fodina ad villam Sedlo.*

Digitized by Google

silvas plagæ septentrionalis condere cœperat) ærario Principis cessit. Octavo post ea die Libussa evocatis in consilium fatidicis Diis marito suo aperuit: frequentes argenti venas iis locis se se diffundere. Missi a Przemyslo ad villæ illius ædificatorem Died fossores, qui ejus indicio suaque industria fossionem argenti ditissimam fecere. Hinc moneta triplicis generis fusa: (b) Numus maximus virili utrinque facie, numus medius altera sui parte Libussæ, altera Przemysli imagine signatus prodiit, (c) tertius idemque minimus confidentem mulierem, columque tractantem utrobique referebat, is Libussæ numus dicebatur, (d) cujus etiam quondam ad ostium castri Wissegradensis consistentis hæc celebris de his argenti fecturis ad Przemyslum prolata circumfertur vaticinatio: Bohemos maximas divitias ex his metallis villæ Sedlo facturos olim, tametsi eorum venas necesse esset semel atque iterum evanescere, postea quocunque isthic loco fossuri essent, argentum abundanter reperturos, donec postremo provocata homicidio Deorum ira, graviter fossores ulcisceretur.

Moneta argentea cuditur.

Vaticinium Libussæ de fodinis Sedlo.

ANNUS JESU CHRISTI 725.

GREGORII II. PAPÆ 11. LEONIS ISAUR. IMPER. 9. CONSTANTINI COPRON. 6. PRZEMYSLI 4.

(a) Vix quidem dubito Hayecium in veteri aliquo monumento reperisse vicum *Sedlo* inter primos referri, ubi argenti mineræ repertæ, undeque copiosius provenere: sed perperam is vicum hunc ad plagam septentrionalem villæ Libin rejecit, qua nec

nec hodie ejus nominis locus perstat, verosimillimeque rectius ad orientalem ejus partem statuisset: *Sedlo* enim locus is est procul dubio, qui postea *Sedlez* dictus, & ubi hodie primum celeberrimumque Ordinis Cistercienſis monasterium conditum est; in cujus villæ fundis nominatæ illæ Kuttenbergenſes fodinæ excitatæ, quæ præsertim sæculo XIII, XIV & XV floruere, ac ubique locum habent in historiis nostris. Certe ex vaticinio Libussæ (quod quali quali demum fide accipiamus) ad hunc annum ab Hayecio prolato & ad annum 733 iisdem prope verbis ab eodem repetito liquet, vix alium locum quam Kuttenbergenſes fodinas authorem eum intendisse, e quo hæc depromsit Hayecius. Non mirum vero Hayecium villæ hujus situm alio rejecisse, cum ille vici *Sedlo* posterius *Sedlez* appellati, monasteriique ibidem excitati historiam ignoraverit, & posterius id excitatum crediderit, fabulosissimamque ejusdem originem protulerit. Quam fabulam, prolato fundationis instrumento, jam evertit Sartorius, ubi ex diplomate fundati cœnobii ostendit locum *Sedlez* jam ante invectum huc Ordinem Cistercienſem hoc nomen habuisse.

Hayecius ad an. 1149.

Sartorius in Cistercio bis tertio tit. 28. *p.* 976.

(*b*) Tam rudes sunt primi Ducum nostrorum, qui hodie supersunt, numi, ut plerique fusos æstiment. At rei numariæ peritiores cusos non ignorant. Annos abhinc duos venum oblatum mihi est Weleslavini Calendarium charta candida per omnes paginas interfoliatum, quod nonnemo sæculi exeuntis decimi sexti vir eruditus illustrare, ac amplificare meditatus est, adjectis hinc inde a Weleslavino prætermissis, appositisque verborum ejus dilucidationibus, at iis perpaucis, seu quod virum hunc mors, seu alius casus præverterit a continuando laudabili opere. Inter alia reperi ab eodem authore lingua vernacula descriptam normam, qua majores nostros primas monetas procudisse adnotat: „ Figura, inquit ille, monetæ procudendæ pro simplicitate illorum temporum ruditer exscindebatur in stylum ferreum diametrum habentem monetæ latitudini respondentem (ejusmodi styli ferrei plures hodie supersunt in gazophylacio regis) aurum vero fundebatur guttatim in certos globulos secundum pondus præpositum, globulus hic, seu lacryma auri imponebatur grandi crassoque plumbi frusto plerumque quadrato, & ad hoc præparato; tum monetarius acceptum stylum ferreum figura monetæ insignitum globulo seu guttæ aureæ superposuit, prehenso alius non levis ponderis malleo sigillum repetito ictu in eo expressit, indeque factum, ut cum sub-

Digitized by Google

„ ſtratum plumbum vehementiæ ictuum, & ferrei ſtyli duritiei cede-
„ ret, eademque vi globulus auri ſe dilataret, numi aurei figuram
„ quaſi ſcutellæ acceperint, parte antica imaginem ſtyli, poſtica nil
„ niſi nudam illam rotunditatem ex plumbi ceſſione præſeferentes.
„ Idem (perſequitur author) obſervatum fuit in numis bracteatis ar-
„ genteis, niſi quod iſthic tenuis argenti lamina accipi ſolita fuerit,
„ ut ita curvatura ſeu eminentia dorſalis partis ex eadem mallei vi &
„ ſtyli ferrei duritie profluxerit partim, partim ex plumbi ceſſione. „
Quæ ſi vera ſunt, aſſerere liceat monetas illas aureas quarum typum & hiſtoriam in Prodromo noſtro exhibuimus, non Gothicas, ſed Slavicas Bohemasque eſſe a majoribus noſtris procuſas antequam Chriſtiana ſacra, & literarum cognitio ad eos adhuc perveniſſet. Signa certe lunularum, ſtellarum, orbiumque etiam in argenteis numis videre licet; neque fortaſſis obſtare videntur ſignatæ in eis cruces, cum Henricus Spelmannus contendat, etiam apud gentiles ſignum crucis in uſu fuiſſe his verbis: *Crucis figura apud Chaldæos, Arabes, Ægyptios, Græcos nondum crucifixo Chriſto in honore fuit. Ægyptiis inter ſacras literas ab initio Religionis, & Serapidis pectori impreſſa victoriæ, & ſalutis ſymbolum. Poſt paſſionem Chriſtianitatis hieroglyphicum, quod ideo domibus ſuis primi appingunt Alexandrini, deletis jam inde Serapidis thoracibus.* Sed ea magis trutinanda rei moneturiæ peritioribus permittimus; nam non neſcimus Othonem Sperlingium in epiſtola de numis bracteatis & cavis ad Jacobum de Mellen aſſerere: numos cavos, ſeu ſcyphatos in modum ſcutellæ fabricatos incogniros fuiſſe ante Ottonis M. tempora, paſſimque typis Epiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum, Monaſteriorum Germaniæ, ac præſertim Helvetiæ inſignitos eſſe. Nec ignoramus Davidem Koehler bracteatorum uſum recentiorem ſtatuere non modo, ſed etiam ſigno ligneo procudi ſolitos. Ceterum ſcyphatorum numorum memorias e vetuſtis monumentis permultas protulit Carolus Dufresne. Quod autem ſupra relatus author memoret plures ejusmodi ſtylos ferreos in gazophylacio regis aſſervari, hodie nihil ſupereſt, Romani nonnulli vetuſtiſſimi adſunt Julii Cæſaris imagine & epigraphe notati, iique veri & genuini perhibentur, quorum etiam typum cum nonnullis Bohemicis poſterioris ætatis accepi inſigni gratia Illuſtriſſimi ac Excellentiſſimi Domini Domini Franciſci Comitis de Pachta S. C. Regiæque M. Conſiliarii Intimi Actualis, & ſupremi in Regno Bohemiæ Monetarum Præfecti.

Prodrom. Annal. Hayec. p. 91. & ſeq. item p. 106.

Henr. Spelmann. aſpileg. p. 98.

David Koehler Münzbeluſtigung P. 2. p. 301.

Dufresne in Gloſſar. vocab. ſcyphati.

(c)

Digitized by Google

(c) Manuscriptum peregregium Anonymi de monetis Ducum & Regum Bohemiæ, quod ex Bibliotheca Tollensteiniana recepi, nullam descriptionem procusi alicujus a Przemyslo numi exhibet, cum aliorum Ducum cumprimis posteriorum typos plures proferat. Stranskius ait majores numos argenteos Przemysli singulos didrachmum seu nostros circitet sex grossos, minores quinque & viginti numero unciam unam æquasse, & hanc fundendi, cudendique numi rationem ac legem a posteriorum temporum cunctis Principibus servatam fuisse usque ad Boleslai sævi ætatem. Sed utinam is numos hos nobis per typum exhibuisset, aut saltem fontem, unde hæc exscripsit, indigitasset. *Stransky Rei. publ. Bojem. c. 18.*

(d) De Lybussæ numis, eorumque typo jam egimus ad an. num. 716.

PRÆTERMISSA.

Hoc anno vicina nobis Bojoaria bello rursum quassari cœpit; quod multo post etiam in gentem nostram derivatum; nam cum Francorum Reges multo jam tempore ægro ferrent animo Bojoarios superiore sæculo jugum Francicum excussisse, id eis de novo injicere conati sunt, neque frustrati opera, ut enim Pagius inquit: referunt annalista Tilianus, Auctor Chronici San-Dyonisiani, & Continuator Fredegarii c. 108. Carolum Danubium peracceſſiſſe, illoque transmeato fines Bajorenses occupasse, subacta regione illa thesaurisque multis. *Pagius in Critica Baronii ad h. a.*

ANNUS 726.

Merito fortunatus hic annus, quippe qui ærarium auro, Principem filio auxit. Libussa illa Bohemorum Sibylla Deorum suorum adflatu sublatum de silva Daleg limum cum in torrente Hluboczerp dilui, junceisque fiscellis percolari jussisset, magnam inde auri vim secrevit, Przemyslique gazas auxit. (a) Nec minorem per eosdem fere dies ad Przemyslum attulit Kolam quidam im- *Aurum prolusum.*

Digitized by Google

immodicus virium adoleſcens, interque metallicos ceteris nominatior, cujus auro appendi ſe Przemyslus, parique libra ponderari juſſit.

Nezamysl naſcitur.

Filius porro ſub eadem tempora ex Libuſſa Przemyslo natus, Nezamysli id eſt: incogitantis, nihilque animo effingentis nomen accepit. (b) Inde infanti puero ejusque educationi arx Przemysle, paterni nominis monumentum, ædificata eſt. (c)

Arx Przemysle.

ANNUS JESU CHRISTI 726.

GREGORII II. PAPÆ 12. LEONIS ISAURICI IMPER. 10. CONSTANTINI COPRON. 7.

PRZEMYSLI 5.

Balbin. Dec. I. l. I. c. 14. & ſeqq.

(a) Auriferos amnes rivulosque copioſe enumeravit Balbinus, ſed torrentem Hluboczerp præteriit, neque ſitum ſilvæ Daleg uspiam prodidit. Hluboczerp, hodie Hluboczep plerumque appellatum, vicus eſt in regione Rakonizenſi Praga nonniſi parvo milliario diſſitus, quem torrens transgreditur, ſed obſcuro paſſim nomine, oritur prope Holin atque ad molam rubram in Moldavam ſe conjectat, is a vico, quem transfluit, quibusdam Hluboczep nuncupatur, e quo conjicere licet ſilvam Daleg non procul abfuiſſe, & veroſimillime ex torrentis hujus dextera ripa fuiſſe, veteribus enim Slavis, uti & hodie Dalmatis Daleg *trans & ultra* ſignificabat.

Lodereker in Vocab. ſeptil.

Aventin. Annal. Bojor. in epiſt. dedicat.

(b) Aventinus inquit: *Veteres haud temere fortuitove absque delectu, ſed auſpicato, & die luſtrico nomina ſibi dixere, quæ eſſent aut ingenii, aut fortunæ indicium, divinationis fuiſſe genus neminem latere poteſt.* Idque probat exemplis de Hebræis, Græcis, Romanis, & Germanis. Idem hi & pluribus aliis locis innuere videtur Hayecius conſuetum fuiſſe Slavicis populis & genti noſtræ. At non deſunt, qui exiſtimant apud gentes

Digitized by Google

tes barbaras literatumque rudes nunquam morem fuisse nomen aliquod sub ipsum diem natalem imponere, neque infantibus certa fuisse nomina, sed tandem cum adolevissent, seu casu, seu merito, seu quandoque demerito ac vitio nomen inveniisse; atque inde Przemyslai uxorem, quod Pythonissa esset, quod Slavice *Libie* significabat, Libussam appellatam, Przemyslum quod admodum providus catusque esset Przemysl quasi præmeditantis nomen accepisse. Contra filium ejus, quod vestigia patris nequaquam pressisset, nihilque ad gloriam & utilitatem gentis nostræ proficuum gessisset, *Nezamysli* id est *incogitantis* cognomentum invenisse.

(c) P. Victorinus noster ad hunc locum adnotat: hodie arcis istius injuriis temporum prostratæ luctuosa apparent vestigia in agro Kurimensi, qua Odolkam proficiscentibus iter est sesqui milliario ab urbe Praga. *Przemyslen* vicum omnino in agro Kurimensi deprehendo paulo infra Kleczanam, ac tantundem fere, ut P. Victorinus scribit, Praga distantem, illacque iter in Odolkam seu Wodolkam est.

ANNUS 727.

Sythien filius Polci cum abundaret gregibus, domum sibi ornatissimam condi jussit, propter quam septa cogendis pecoribus capacia aptari fecit, locoque nomen a se Sytienicium indidit. (a) *Villa Sytienicium.*

Eodem anno Crocus eo nomine Princeps in Polonia II. fraterno scelere perivit. Lechus frater Croci germanus, sed natu minor sive regnandi cupiditate sive odio inflammatus evocatum venandi specie fratrem Principem in silvis jugulavit sua manu. Non latuit modo ea cædes aliquamdiu, sed principatum etiam jugulati fratris parricidæ aperuit, vel eo maxime, quod audacissimus percussor: Crocum fervidius *Crocus II. Dux Pol. occiditur.*

Digitized by Google

quam cautius feram insecutum in præacutam frondem incurrisse rudi earum artium populo pari scelere mentiretur, fortuitamque mortem fratris male simulatis lacrymis defleret. Verum ut diuturna non sunt sceleribus præmia, prodita per venatorem cæde principatu pulsus, in exilio plenus supplicii & ignominiæ contabuit. (b)

Lechus fratricida exul moritur.

ANNUS JESU CHRISTI 727.

GREGORII II. PAPÆ 13. LEONIS ISAURICI IMPER. 11. CONSTANT. COPRON. 8. PRZEMYSLI 6.

(a) Locus is hodie supereſt in regione Litomericensi vix medio lapide ab urbe Litomericio remotus. Prima illius, quod constat, authentica habetur memoria circa annum 1056. cum Spitigneus Dux Bohemorum quosdam vinicolas prædii hujus transscripsit Ecclesiæ Litomericensi sancti Stephani; postea constat vicum hunc a Wratislao primo Rege Bohemiæ Ecclesiæ Wissehradensi donatum, primusque is refertur inter ditiones Præpositi Wissehradensis in egregio diplomate Caroli IV, quod annos abhinc tres aurea adhuc bulla pendente cum aliis duobus documentis inter res hæreditatis suæ invenit Illustrissimus Dominus Franciscus Carolus Liber Baro Kresel de Gualtenberg Repræsentationis Regiæ Consiliarius, Censuræ Facultatisque Juridicæ Præses; Quantum ipse scientiarum omnium genere perpolitissimus, tantum disciplinarum earumque studiosorum fautor præcipuus. Quod cum mihi quoque gratiose communicasset, Capitulo Wissehradensi restitui fecit, ubi nunc Archivum ornat.

Diploma fund. Ecclesiæ Litomericensis.

Hammerschmid in Hist. Wisiebrad.

(b) Scriptores Poloniæ primi Kadlubecius, Boguphalus, Joannes Anonymus Polonus apud Huyssenium & Sommersbergium has memorias ad Alexandrini Magni ætatem rejiciunt, diversasque fratricidii causas & circumstantias adstruunt. P. Victorinus noster Lechum fratricidam Brassoviæ in Transilvania exulem contabuisse, alii alibi memo-

Huyssenii Scriptores rer. Polon. Sommersberg Scriptores rer. Silesiæ.

Digitized by Google

morant. Sed universa hæc historia tam perplexa, tam omni suo capite nutans ac dubiæ fidei, ut Plautinum illud jure merito dicere possis: *Nihilo magis hæc seria sunt, quam insomnia.*

ANNUS 728.

Rodislaus filius Biwogii, qui erat filius Sudovogii, ex Kassa filius (alias etiam caput apri dictus, tum quod pater ejus correptum auribus aprum vivum in arcem Libin detulerit, tum quod ipse Libussæ permissu jam caput aprinum ferret in clypeo) (a) multum divitiis auctus impetrata hoc anno a Principe venia validam in septemtriones arcem contra irruptiones hostium super celsa rupe communiit; quæ primum a conditore suo Rodow, temporum postea vitio Ronow est appellata. (b) Ita quietis quaquaversum Bohemorum rebus, hostemque adhuc ignorantibus, jam in Polonia Mars cruentis bellis præludere cœpit. Wanda, Croci Senioris filia, sororque germana Croci illius posterioris, quem superiore anno a fratre Lecho interfectum diximus, a Polonis in Principatum evecta, clementia juxta ac æquitate paternum ducatum administrabat, virgo ipsa non magis forma nobilis, quam pudicitiæ fama longe lateque inclyta. Illius ergo (sicuti nempe ardentiores semper procos pudica venustas habet) Rythogorus Prussiæ Princeps tam impotenter amore exarsit, ut repulsam passus, quod Wanda virginitatem suam Diis fluminum, montiumque devotam esse causaretur, bellum indixerit, facturus sibi conjugem armis, quam blanditiis habere nequisset. Jamque

Ronow conditum.

Wanda Poloniæ Princeps

pudicitiæ studiosa

Digitized by Google

Copiæ contra Prussiæ Principem in aciem educit.

trepida fama hostem adventare nunciabat, cum Wanda non pro muliebri ingenio cogere sub signa militem, limites firmare præsidiis, ipsa cum virorum robore obviam raptori proficisci. Et commodum cecidit, ut missi a Rythogoro ad Wandam legati: qui monerent, ne se, neu populum immerentem aperte iret perditum: viso exercitus Polonici robore, justissimisque Wandæ causis, reduces in castra formidinis, consternationisque suos implerint. Id Rythogoro tam novum accidit, ut cum perterritum militem in aciem educere non posset, spectante exercitu, pectori mucronem immerserit, eodemque vestigio male sanus amator concideret. Ita nimirum cœci amoris comes est aut insana mors, aut morte fœdior insania.

Rhytogori interitus

& Wandæ.

At Wanda tam præsenti periculo erepta redux Cracoviam fortius deinde & ipsa, quam honestius periit. Dæmonum enim ludibriis delusa, cum e ponte in Vistulam se dejecisset, quo sic devotam Diis virginitatem redderet; hausta gurgitibus, ac dein in ripam amnis Dlubnæ ejecta, eo humata loco est, qui hodieque *Mogila* dicitur. (c) Ab ejus obitu legitimo Principe aliquamdiu Polonia caruit.

ANNUS JESU CHRISTI 728.

GREGORII II. PAPÆ 14. LEONIS ISAURICI IMPER. 12. CONSTANTINI COPRON. 9. PRZEMYSLI 7.

(a) Clypei hujus antiquitatem jam refutavimus ad annum 716.

(b)

Digitized by Google

(b) Balbinus arcem eam ipsam Rodow esse opinatur, quam anno 1284. cum aliis compluribus castellis Wenceslaus Ottocari filius Ottoni Brandeburgico tutori suo perfido oppignoravit, hodiedum locus in regione Boleslaviensi supereſt egregiæ arce & sede Illustrissimi Comitis Josephi Francisci de Morzin nobilitatus. *Balb. Dec. 1. l. 3. c. 8. §. 2.*

(c) Similiora hæc sunt tragicis Poëtarum ludis quam historiæ, neque Polonici Scriptores in rei hujus narratione conveniunt. Kadlubecius cumque eo omnes vetustiores rerum Polonicarum Scriptores Procum eum Wandæ Alemannorum Regem fuisse asserunt, neque, quod nomen gesserit, meminerunt, tum flumen, in quod se præcipitavit, a Wanda ajunt appellatum Vandalum, & ab eo accolas Vandales nominatissimam illam Europæ gentem nomen traxisse. At quoniam Vandalorum jam ante Christi nativitatem memorias in vetustissimis Scriptoribus reperimus, quam solido Chronologiæ, historiæque hæc nitantur fundamento, liquet. Certe quod in Croco jam innuimus: latent sub his obscuris temporumque longinquitate multum deformatis traditionibus (nam non alio nomine & fide hæc posteritati transcripsit Kadlubecius primus inter Polonos Chronographus) nonnullæ vetustæ Vandalorum historiæ, qui ante Slavos longe lateque terras Poloniæ tenebant. *Kadlub. hist. Polon. l. 1. epist. 6.*

PRÆTERMISSA.

Hoc anno Carolus Martellus Bajoarios superioris belli clade nondum satis domitos, iterumque ad arma provolantes penitus subegit. Ita Annales Tiliani, Nazariani, & Chronographus San-Dionysianus a Pagio citati. *Pagius Crit. Baron. ad h. a.*

ANNUS 729.

Przemyslus coacto in palatium fere omni Czechico populo, (a) posteaquam in multas horas sermonem de salute regni, bonoque publico produxit; ad ultimum non modo consilii, sed mandati quoque loco haberi voluit: darent operam, ut vicos, urbes, castella, arcesque quam- *Przemysli de urbibus*

Digitized by Google

castellisque excitandis imperium.

plurimas, locis quam possent maxime idoneis construerent, permunirentque, atque juventutem in armis ad incertos casus exercerent. Sed & Libussa concilium virorum more gentis ingressa summæ suæ prudentiæ argumenta dedit, dum pro virili senatum hortatur: Ea potissimum loca ædificiis, novisque coloniis occuparent, quibus hæc quatuor rerum principia eximie inesse probassent: Terram fertilem, aquam salubrem, aërem tenuem purumque, & alendo igni lignorum frequentiam. Cum his elementis utique omnia habituros.

ANNUS JESU CHRISTI 729.

GREGORII II. PAPÆ 15. LEONIS ISAURICI IMPER. 13. CONSTANT. COPRON. 10. PRZEMYSLI 8.

(a) Quæstio hic suboriri rursum potest: num Przemyslus universæ Bohemiæ dominatus sit? Affirmant id plerumque nostri, ac nonnisi perexiguum terrarum tractum Kurimensi Duci tradunt, quemque plerique Przemysli vasallum fuisse opinantur. Imo Hofmannus in Mannlium commentans Srbos & Lusatios sub Przemysli imperio stetisse asserit, istudque ad Boleslaum sævum usque perdurasse; qui tandem Lusatiam Mieslao Poloniæ Duci marito Daubravæ genero suo in dotem tradiderit. Veleslavinus multo longius dominationem Przemysli extendit: Bajoariam enim subegisse eum scribit expulsis inde Romanis. Ast contra fidem coævorum militat: Romanos hoc sæculo, aut etiam superiori amplius Danubium accoluisse, quos sub Odoacro has regiones jam deseruisse in Prodromo nostro narravimus; imo satis negotii illis fuit his temporibus in Italia cum Longobardis & Saracenis. Quare Balbinus quoque hæc cum Romanis bella in medio relinquit; at certius, inquit, est bellum Amazonicum, quod a Przemyslo annis duodecim gestum. Ego vero huic bello Amazonico tantum, quan-

Hofmannus in Christoph. Mannlii Lusat. l. 2.

Veleslav. in Geneal. Ducum & Reg. Bob. in Przemyslo.

Balb. Dec. 1. l. 7. c. 4. in not.

Digitized by Google

quantum Romano tribuo. Jam si coævos paulumque posteriores exteros Scriptores consulamus, non uno loco illi produnt, quemadmodum Saxonibus, ita & his vicinis Slavis, Srbis, Luiticiis, Bohemanisque plures fuisse Duces; quanquam negare nolim Pragenses tum divitiis, tum terrarum amplitudine fere ceteris omnibus Bohemiæ Ducibus fuisse potentiores, ut etiam sensit Glafeys. Ceterum cum his ipsis annis rursum Carolus Martellus Bavaros Francico subdiderit imperio, Srbique ac fortassis etiam partem Bohemi ex eorum quoque numero fuerint, qui superiore jam sæculo jugum Francicum excussêrunt, suspicari licet non modo Srbos, sed & Luiticios Bohemosque ad præcavendam Francorum vim, longinquioresque hujus gentis progressus bellicos frenandos fœdus commune iniisse; quare pro more populi constitutum quendam supremum belliducem, quem *Wogewoda* appellabant; cujus authoritas se solum in jura tempusque belli protenderet. Hinc si assertio Hofmanni supra relata veteri aliquo documento nititur, ejusmodi Wogewodam, seu Belliducem Srborum, Luiticiorum Bohemorumque Przemislum appellare liceat. Similima nempe Wogewodarum istorum norma erat, qualem Ducum supremorum Saxoniæ describunt Poëta Saxo, Vitekindus, & omnium luculentissime his verbis Venerabilis Beda: *Non habent regem antiqui Saxones, sed satrapas plurimos suæ gentis præpositos, qui ingruente belli articulo emittunt æqualiter sortes, & quemcunque sors ostenderit, hunc tempore belli omnes Ducem sequuntur, huic obtemperant. Peracto autem bello rursum æqualis potentiæ sunt omnes satrapæ.*

Poëta Saxo ad an. 772. Vitekind. l. 1. Annal. p. 634. Beda l. 5. hist. Eccles. gens. Angl. c. 11.

ANNUS 730.

Wrss quidam ex prosapia Lechi Kurimensis & postea Polonorum Ducis superstes, vir fortitudine, si quis alius, insignis, copiam sibi fratribusque ædificandæ domus ac vici propius arcem Libin a Przemyslo petiit, operam viciſſim suam ad defensionem Principis pollicitus. Facta ædificandi potestate cum vastis ædibus pagum Wrssovice erexit, (a) ac subinde ita se in Przemysli insinua-

Wrss pagum Wrssovecz condit.

Digitized by Google

Idem Principi a consiliis.

nuavit amicitiam, ut primum sibi procerum constitueret, eoque inconsulto nihil serium susciperet, ageretve.

Prædictio Libussæ de stirpe Wrssoveczy.

Eodem hujus sæculi anno Libussa egressa in montem Bezer puellarum suarum ludos spectatum, ut fatidico spiritu se sensit incalescere, extenta repente manu domum Wrsy ostentans: O exitiabilem, inquit, virum, domusque meæ fatale malum! o receptam sinu aspidem, admissamque in penetralia pestem ineluctabilem! cui meorum domus ista parcet? cujus sanguinem non hauriet? aut quam gentem in perniciem nostram non armabit? Et horum ecquando finis? (b) Hæc cum dixisset, aversa facie remeavit. At Przemyslus cognita per pedissequas re non leviter ictus tam atroci futurorum denunciatione, cuncta domesticis fastis inscribi jussit. (c)

ANNUS JESU CHRISTI 730.

GREGORII II. PAPÆ 16. LEONIS ISAURICI IMPER. 14. CONSTANT. COPRON. 11. PRZEMYSLI 9.

(a) Wrssovicenses proceres a vico hoc (qui hodie supereſt, aut certe ab altero regionis Satecensis, quem a gente hac diu tentum ex historiis nostris constat) nomen suum posterioribus sæculis traxisse multo verosimilius est, quam a massa aurea nobis *Wrsi* dicta, ut Paprocius argumentatur. Dixi autem *posterioribus sæculis*, quia ne quidem ævo hoc, aut sequentibus duobus mos invaluit, ut se se nobiles nostri a locis, quorum dynastæ erant, scriberent, quod ex posterius referendis diplomatibus in apricum collocabimus. Imo Abbas Gotvicensis inter Germanos ipsos morem hunc primum sæ-

Paproc. in Diadocho c. 13.

Chron. Gotv. l. 2. p. 87.

Digitized by Google

sæculo XII. cœpisse his verbis fatetur: *sæculo XII. exorta personarum agnomina & cognomina, Comitesque à comitatibus appellati fuere e. g. Comes de Hensteín &c.* idem longe ante docuit Joannes Morinus. *Morinus Commentit. de Sacram. Pœnit. administr. c. 20.*

(*b*) Ad hunc locum P. Victorinus noster adnotat: ferunt hoc Libussæ vaticinium a S. Adalberto annis trecentis post non solum fuisse confirmatum, sed insuper eundem sanctissimum Bohemiæ Antistitem triplex Wrssoveciæ stirpis excidium clare prædixisse. Causam tam pertinacis in Przemysleam domum Wrssoveciorum odii acu tetigit Balbinus: Wrssovecii, inquiens, ex Czechi & Lechi fratrum parentela descendentes, & Comitum titulo cum insigni Nassæ aureæ jam tunc gaudentes imperium Bohemiæ sibi deberi contendebant. Cum igitur viderent Libussam (cujus connubium tantæ prosapiæ fiducia sperabant) neglecta stirpe sua, aratorem Premyslum prætulisse, concepto immortali odio, qua apertis armis, qua insidiis in Przemysleam domum grassari cœperunt. Hinc omnibus Bohemiæ turbis seditioso populo non alii Duces certiores. Hactenus P. Victorinus noster. At ego existimo: omnes recentiores scriptores nostros duce Hayecio nimium injurios fuisse stirpi illustri Wrssovecianæ, dum eorum Ducibus nostris intentata odia jam sæculo hoc præoccuparunt, quæ demum ad sæculum undecimum pertinent, quo primæ hujus familiæ memoriæ, & Ducibus gentis nostræ positæ insidiæ a Cosma aliisque vetustioribus patriis historicis proferuntur. Et quanquam Hayecius jam Wrssoveciorum odium in Hostivitum prorupisse memoret, tamen vetustior, qui id asserat reperitur nemo. Tum si rationes eæ, quas supra laudatus Balbinus adfert, alicujus fuere ponderis, cur amabo Wrssovecii stomachum suum exerere in sæculum integrum, & quod excurrit, distulere? cur non subito, dum ferrum calebat, dolorisque acerbitas enata, virus in Przemyslum, filium, aut nepotem evomuere? Ceterum postea Wrssovecii reliquis Bohemiæ familiis seu pietate in DEUM, seu fide in Reges, seu meritis in patriam nihil concessere; quos propterea Ferdinandus I. Rex & Cæsar regio favore prosecutus ad veterem reduxit gloriam, & Leopoldus etiam Comites de Sedeczicz agnovit ac stabilivit, ut præter ceteros Crugerius in sacris pulveribus testatur.

(*c*) Notabilis locus est in diplomate Cresimiri Regis Croatiæ & Dalmatiæ ad annum 1059, quo scriba, notarius seu chartularius regius vocabulo Slavico *Tepiz* subscriptus legitur, scilicet a veteri Slavica voce pisse, hodie pisati dicimus. *Joan. Lucius de regn. Dalm. & Croat. l. 1. c. 15.*

Digitized by Google

PRÆTERMISSA.

Pagius in critica Baronii ad h. a.

Non prætereire ad hunc annum expedit obitum ſanctiſſimi Viri Corbiniani Epiſcopi primi Friſingenſis a Pagio relatum, cujus præclara in vicinam nobis Bavariam, unde Chriſtianæ Religionis ſemen ad nos perlatum, fuere merita. Et quanquam Divo huic peculiare officium in Bohemia conſtitutum non legamus, Eccleſia tamen Metropolitana S. Viti ei peculiarem olim honorem habuit ob partem notabilem ſacri capitis, quam Eliſabetha Regina mater Caroli IV. eidem Eccleſiæ anno 1328. dono dedit.

Peſſinæ Phoſph. ſepe. Rad. 4. p. 517.

ANNUS 731.

Przemyslus cum forte inter reliqua a ſenioribus gentis audiſſet, quantis in amoribus genti fuiſſet Czechus, quam eximia etiam ſuorum voluntate Crocus Libuſſæ pater imperaſſet, & ob id quam magnificam illi domum urbemque populus privatis ſumtibus ædificaſſet, cupiditate viſendæ urbis accenſus (a) profectus Budecium in equo eſt famulis comitibusque latus ejus utrumque ſtipantibus. Ibi & loci indole, & munitionibus urbis, & civium præſertim humanitate ac frequentia mirifice delectatus, tum quidem cives multis collaudavit; ceterum ipſe ad exornandam ædificiis quaquaverſus regionem animum ſtatim adjecit. Itaque in ipſo reditu pervenere ad collem quempiam inter tesqua repoſitum; ſpectato loco, miniſtrorum nonnemo Okrs dictus eum ſibi dono dari petiit in caſtelli conſtructionem; qua in re cum faciles Principis aures nactus eſſet, mox quinto abhinc die eidem loco cognominem arcem injecit, quæ nomen ſuum ad noſtram usque ætatem ſervat. (b)

Arx Okrs conditur

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 731.

GREGORII III. PAPÆ 1. LEONIS ISAURICI IMPER. 15. CONSTANT. COPRON. 12.

PRZEMYSLI 10.

(a) Viderint, quomodo hæc concilient, qui Veleslavinum, Balbinumque secuti asserunt Przemyslum Budeczii scholas magicas cum Libussa adiisse suæ juventutis flore. Mihi profecto nec Hayecius, nec Veleslavinus fidem facit, nisi vetustis documentis nixa reperiam, quæ adstruunt.

(b) Arcis istius veteris initia in quale quale demum sæculum rejiciamus, rudera hodiedum supersunt, locumque inter arces desertas recensuit R. P. Erber in regione Rakonicensi. Spectat ad Collegium S. J. ad S. Clementem nonnisi duobus lapidibus Praga distitus; in turbis Hussiticis frequentior ejus obtinget memoria nomine Wokorz, qua scriptura plerumque in tabulis nostris Geographicis exprimitur. Ad hæc porro tempora referunt nonnulli expugnationem urbis *Dobrosul*, ejusdemque occupationem a Przemyslo Duce nostro; urbem hanc hodie Hallas Saxonicas vocari, & salis cumprimis causa, qui isthic coquebatur, facinus istud Przemyslum attentasse. At præterquam ex historicis omnibus palam sit Slavos Bohemiæ semper amice Serbis, qui regiones has tenebant, usos, ex annalibus Moissacensibus ad annum 806. a Ludevigio citatis liquet ante mox dictum annum hic loci urbem nullam exstitisse. *Et mandavit*, verba sunt annalium, *eis Rex Karlus ædificare civitates alias, unam in aquilone Magadebourg, unam in orientalem partem ad locum qui vocatur Halla.* Tum Veleslavini, qui primus omnium id protulit nimis recens testimonium est, nec ab eo veteri aliqua authoritate fultum.

Erber in notitia Ill. regni Boh. c. 7.

Ludevig. M. SS. Reliquiar. Tom. VIII. in præfat. p. 44.

ANNUS 732.

Tetka solitudinem tori pertæsa exemplo sororum ad jugum connubiale animum & ipsa adjecit. (a) Slavossius Whodbogii filius, quo juvene nihil ea tem-

Teska nubit.

Digitized by Google

peſtate apud Bohemos venuſtius, robuſtiusque novæ nuptæ maritus fuit. Celebratæ ſunt quatriduo nuptiæ, Przemyslo & Libuſſa & Kaſſa convivis, omni apparatus, ferculorumque (ut tum quidem ferebant tempora) genere inſtructiſſimæ. Voluptati poſt mulſum (b) erat potus aquæ Martiæ; (c) exactis nuptialibus epulis Przemyslus cum Libuſſa ceteroque comitatu ſalvi incolumesque in arcem Libin pertigerunt.

Aqua Martia.

Eodem anno paulo poſt transactum connubiale convivium Tetka condendæ urbi Tetin manum appoſuit, quam latis foſſis vallatam ingentis etiam operis aquæ ductu in ipſum fori medium derivato ornavit. Hæc poſtea illi ac marito perpetua ſedes fuit.

Tetin Urbs.

ANNUS JESU CHRISTI 732.

GREGORII III. PAPÆ 2. LEONIS ISAURICI IMPER. 16. CONSTANT. COPRON. 13.

PRZEMYSLI 11.

(a) Coſmas hoc Tetkæ præcipuæ laudi tribuit, quod virgo perſtiterit. Sic enim ille:

Laude fuit digna, ſed natu Tetka ſecunda,
Expers & maris emunctæ fœmina naris.

(b) Mulſum (noſtris plerumque medo dictus, majoribusque uſitatiſſimus potus) ex vino & melle confectum fuiſſe paſſim noſtri ſcribunt; ſed vix quidem hoc tempore plantatæ adhuc apud nos vineæ, ut alio loco oſtendemus; & quanquam negandum non ſit, a potentioribus Slavis vinum, tum vel in ipſa Germania vicinisque terris rarum

Digitized by Google

rum, aliunde apportatum fuisse, tamen vix credibile potum hunc, vel hac jam ætate cuique hominum generi usitatum, e vino confectum fuisse. Verosimilius igitur ex cerevisia, aqua, aut alio succi genere melli permixto præparatum fuit; nam & ejusmodi mulsorum meminere vetustissima monumenta: Concilium Wormatiense anno 868. can. 30. & Triburiense an. 895. can. 56. mulsi e cerevisia, seu mellitæ cerevisiæ meminit, & Ugutio Pisanus *Hidromelum*, inquit, *aqua mellita, quæ constat ex aqua cocta & melle, idem dicitur medo scilicet mulsum.* Ex temporum itaque illorum ratione verius statuitur ejuscemodi potum fuisse majoribus nostris: quo eos magnopere delectatos etiam scribit Æneas Silvius his verbis: *Potus suavissimus, quem Bohemi ex albo melle conficiunt.* Tertium quoddam mulsi genus ex lacte & sanguine confectum, Slavisque Prussis usitatum Dusburgius commemorat. Ceterum non incredibile est potum hunc Slavis Bohemiæ sub ipsum ingressum in Bohemiam jam notum fuisse, cum Priscus sæculo V. Hunnis Slavorum concivibus jam medonem tribuat: *Qui nos comitabantur*, inquit, *ut ministrarent, cenebrum advehebant. Congerebantur vero nobis ex vicis commeatus, pro frumento cenebrum, pro vino* medum, *sic enim locorum incolæ vocant.* & vox ipsa Slavica Med, mel significans prodat.

Ugutio in Dictionario vocab. Hydromelum.

Priscus in excerpt. legat. pag. 37.

(c) Aqua Martia majoribus nostris Woda Brzezowa vocabatur, erat hic plebeis hominibus liquor gratissimus, Martius dictus, quod Martio mense exciperetur, tum enim in arbores ac cumprimis betulas ac tileas seu sponte se aperientes, seu terebro ferrove perforatas arundines, fistulæque ligneæ immittebantur, ac humor defluus vasis excipiebatur, in potum serviturus; eo hodieque homines rus colentes hinc atque illinc uti perhibentur.

ANNUS 733.

Hoc rursum anno primores gentis auctore Dosislao quodam de familia Hrabi, frequentes in palatium convenere, precati principem, ut quoniam Deorum dono, & Libussæ consuetudine arcanas montium opes,

Digitized by Google

& abditos terra thesauros nosset, ea loca pandere rogantibus pro communi bono vellet. Princeps quindecim dies exspectare jussos, potituros postea voti, respondit. Illi, ut imperatum erat, exactis diebus in palatium reversi, sedentem in solio Principem cum Libussa, quæ manu ranam auream præferebat, de genu salutant. Ad quos Przemysl conversus: „ Audite, inquit, verba Matris vestræ, quæ „ vos, posterosque vestros oraculis hodie suis immensum „ ditabit. „ (a) Ad eas voces consurgens Libussa in speculam super Wltavæ crepidinem cum primoribus processit, ibique secretas ab oculis hominum Bohemiæ opes aperuit (cujus hic verba, quo clarior fit oratio, ea stili simplicitate, qua patrio sermone prolata sunt, exponere juvabit) versa itaque in occidentem Libussa: „ Montem, inquit, „ betularum video intus plenum argento, eo vos posteriique vestri perfruemini, modo populum ab occasu solis „ venientem ei dominari non admittatis. Multiplicabitur „ inde genus vestrum, & alienigenæ coram vobis genua „ curvabunt. „ Dein vertens se ad sinistram contra meridiem: „ video ait montem pinis consitum, hic vobis erit „ novi orbis instar: ibi namque vis auri magna, unde „ tellus vestra futura est beata: Nec unquam opes ejus vos „ deficient, nisi charitate deficiente discordia succedat, „ quam cædes consequetur, eaque DEOS iratos reddet. „ Iterum ad sinistram plagam orientem versus se reflectens dixit: „ Aspicio triangularem montem supra modum ar„ gento divitem, sed quia, tres habet colles, ternis vici-

Libussa montis argenti fodinas a quatuor mundi plagis ostendit.

Mons betularum.

Digitized by Google

„ cibus argento deficiet, iterumque aliis ternis vicibus ab-
„ undabit. Æris hic etiam aspicio ingentes tractus: quæ
„ omnia vobis posterisque, vestris adpromitto magnos pro-
„ ventus allatura. „ Postremo ad lævam in septentrionem conversa, ait: „ Illic adhuc montem cerno stanni, plum- *Mons Krupa.*
„ bique feracissimum. Hæc omnia Dii per me vobis re-
„ velari voluerunt, ut tantis eorum beneficiis in charitate
„ & concordia perfruamini. „ (b) Tandem passibus aliquot ad dexteram regressa, soliumque repetens, sic vaticinationes concluſit: „ Auri, argenti, cupri, ferri, stan-
„ ni, plumbi & omnis generis metallorum, sicut & panis
„ atque ciborum habebitis affluentiam. „ (c) His dictis adstantes dynastæ abeundi venia impertiti, peractis utrique Principi gratiis, recesserunt.

ANNUS JESU CHRISTI 733.

GREGORII III. PAPÆ 3. LEONIS ISAURICI IMPER. 17. CONSTANT. COPRON. 14.

PRZEMYSLI 12.

(b) Verba P. nostri Victorini ad hunc locum sunt: Nihil his oraculis fuisse certius, consequuta Libussam sæcula comprobarunt; quibus eæ fodinæ præter ceteras immunitates jus etiam asyli obtinuerunt, ut nemo, quicunque ad eas confugisset (excepto enormi, & spe asyli patrato maleficio) retrahi posset, inquit Balbinus, qui locupletissimus scriptor alibi quoque de his fodinis subjicit: Argenti, aurique copia, inquiens, Indicis & Americanis Regionibus navigatione non dum apertis, omnia Europæ regna provocabat, plurimas etiam regiones superabat Bohemia, ut ideo Regnum aureum a ceteris nationibus appellata sit. Nec ineptum erit coronidis loco hic sub-

Digitized by Google

ſubtexere, quod Buccellinus nobilis ſui ſæculi ſcriptor teſtatum reliquit: fertiliſſimum omnino Regnum! cui neque aurum, neque argentum, ſed neque omnis generis gemmas natura, ſeu potius conditor naturæ DEUS deeſſe voluerit. Hæc noſter P. Victorinus, at infra authorem horum vaticiniorum proferemus, quorum nullus e vetuſtis Chronographis noſtris meminit.

Balb. hiſt. S. Mont. l. 2. c. 3. §. 1.

(*b*) Balbinus plagæ occidentalis indigitatione Libuſſam fodinas Przibramenſes & Joachimo-Vallenſes intelleXiſſe innuit, quæ hodiedum præ ceteris non tam auri, quam argenti ubertate præſtant: per plagam meridionalem Gilovium, hodie vulgo Eule, neque hodie ab auri venis incognitum: per plagam orientalem Kuttnenſes fodinas tantopere in hiſtoriis noſtris celebratas; per plagam ſeptemtrionalem montem Krupnam olim a ſtanni minera præcipue nominatum.

(*c*) Vaticina iſta Hayecius deſumſit, & in compendium redegit ex MS. Tobiæ Krziwogeni Butkæ de Faltmberg, Zatecenſium Decani, qui ea rhytmis Bohemicis, alio tamen ordine complexus eſt. Nam prius Libuſſam ad meridiem, mox ad ſeptemtrionem, demum ad orientem, inde ad occidentem converſam ſcribit, ultimo denique elevatis in cœlum oculis vaticinium compleviſſe de totius Bohemiæ fertilitate tam a metallis, quam frugibus, quæ a linguæ noſtræ gnaris

Paproc. in urbib. p. 254 & ſeqq.

fuſius apud Paprocium legi poſſunt. At in hoc oppido falſus eſt Paprocius cum Krziwogenum Decanatui Zatecenſi præfuiſſe ſcribit anno 1269; rhytmi enim ipſi, idiomaque Czechicum ætatem hanc minime ſapiunt. Confer, ſi libet, Dalemili facile ſexaginta annis poſterioris ruditatem linguæ, ut alia documenta hujus ævi prætercam, & facile cognoſces authorem hunc in poſteriora tempora veroſimillimeque in ſæculum decimum quintum exiens aut XVI. ordiens rejiciendum eſſe. Nam id vel phraſis ipſa ab Hayecio in Libuſſæ vaticinio allata manifeſte prodit, cum Libuſſa loquens inducitur: montem pinis conſitum Bohemis *inſtar novi orbis* magna auri vi redundantis futurum; conſtat novi orbis divitias incognitas fuiſſe usque ad annum 1492, quo eas primum navigatione ſua detexit Chriſtophorus Columbus, quo demum tempore phraſis orta eſt, ut cum felicitatem aut divitiarum ſummam vim authores exprimere vellent, *novi orbis* ubertati eam comparrarent.

AN-

Digitized by Google

ANNUS 734.

Proditis in hunc modum ditissimis metallorum claustris, laboriosa per se gens jam etiam divitiarum avida montes certatim perfodere, erutisque inde metallis maximo Germanorum, Moravorumque vicinorum quæstu res ad quotidianum usum necessarias emere instituit. (a) Rei metallicæ peritiores nonnulli diligenter apud Libussam de montis Gilowienſis natura abditisque thesauris inquisiverunt, ejusque ductu ac consilio egregium laboris sui præmium tulerunt, cum prædivitibus isthic detectis venis non parvam auri vim eruerunt. Sed inprimis mons quidam sub Gilowia, quem Czesni dicebant, eam fundebat copiam, (b) ut aurum inde fossione una ab Rymbos Hodii filio erutum appensumque libræ, facile Przemysli Libussæque corporibus præponderarit. Pro iis tam immensis opibus ampliſſima Diis montium, æthereisque sacrificia reddita, tum advocato metalli tractandi gnaro homine statua ex auro (c) ad formam hominis sellæ insidentis fusa est, Dei Zelu imaginem nomenque referens; quam peculiari sacrario in penetralibus palatii condito positam uterque Princeps præcipua religione colebat, (d) præfectos interdum cum crinibus ungues thuris loco vivacibus pranis adurendo. (e)

Gilowium.

Mons Czesni.

Zelu idolum fusum.

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 734.

GREGORII III. PAPÆ 4. LEONIS ISAURICI IMPER. 18. CONSTANTINI COPRON. 15. PRZEMYSLI 13.

Tacitus de mor. Germ.

(a) Quemadmodum Tacitus de Marcomannis majoribus noſtris, Bojis, aliisque interioris Germaniæ populis ſcribit: *Simplicius & antiquius commutatione mercium utuntur*, ita a Slavis in regiones has ſuccedentibus normam hanc ſervatam eſſe non unum in antiquitate ſupereſt documentum; proferemusque ſæculo adhuc XI. diplomata, quibus ejuscemodi commutationum mentio fit, & a quibus Duces noſtri certum canonem exegere. Porro quemadmodum idem Tacitus ait iisdem Germanis in uſu fuiſſe, ut ultro ac viritim conferrent vel armentorum, vel frugum aliquid, quod pro honore acceptum etiam neceſſitatibus ſubveniebat, ita ob raritatem defectumque pecuniæ idem factitatum a Slavis fuſe perſequitur Joannes Lucius. Quod ad commercia demum attinet cum Slavis, ea jam ſuperiore ſæculo frequentata fuiſſe a Germanis ſupra de Samone mercatore Franco ex Fredegario oſtendimus, & de negociatoribus Dagoberti Regis in Slavia ab eodem Samone interfectis agit Anonymus de converſione Bojoariorum & Carentanorum. Poſtea ſub Carolo M. etiam Germanos commerciorum ergo in interiora Slavorum penetraſſe ex capitulari de an. 805. c. 9. liquet: *De negociatoribus, qui partibus Slavorum & Havarorum pergunt, quousque procedere cum ſuis negociis debeant, id eſt: partibus Saxoniæ usque ad Bardenvich, & ad Magdeburg, & ad Erphesfurt, & ad Halaxſtad; & ad Forachheim, & ad Bremberg, & ad Reginisburg, & ad Lauriacum.*

Carpzov. Lauſnitziſcher Ehrentempel p. 1. pag. 188.

Tacitus cit. loco.

Joann. Luc. de regno Dalm. & Croat. l. 6. c. 1.

Fredegarius c. 10. Anonym. de converſ. Bojoar. & Carent.

Apud Baluzium Tom. I. p. 431.

(b) Gilow a majoribus noſtris tranſitus vocabatur; non alia forte ratione loco huic nomen iſtud obtigit, quam quod olim iſthac via publica eſſet in ſuperiorem Auſtriam proficiſcentibus, quare pontem lapideum iſthic inſtratum fuiſſe in amplificatore Calendarii Weleslavini lego, cujus adhuc dum rudera perſtare perhibentur, veroſimillimeque montium ille ad Gilowiam tractus ceſtni non cžeſni ut Hayecius habet, dictus eſt, quod ad radices eorum via publica decurreret. Ceterum

Digitized by Google

fodinæ auri hic loci tam antiquæ sunt, locusque ab hoc ævo tantopere nominatus, mirandum profecto regionem viciniamque nomen Camenicensis seu Camicensis provinciæ potius olim, quam Gilowiensis reperisse a vico Kameniz non longe remoto, uti ex tot diplomatibus sæculi XIII. & XIV. palam est. Urbs hæc hodie Regia Auro-Montana est in agro Kurimensi, tribus milliaribus Praga remota. Diligentius hac ætate non sine fructu montium illic positorum viscera rimantur tum cives, tum Pragenses quique.

(c) Varias ad efformanda idola materias adhibuisse Slavos tractat Abrahamus Frencelius copiose; de auro tamen vix alia præter hanc memoria. Idolum, quod Diva Ludmilla nostra adhuc ethnica colebat, ex auro pariter conflatum fuisse quique scribunt; at si vera sunt, quæ nostri adstruunt ex eodem idolo simulacrum B. V. M. Vetero-Boleslaviensis effictum esse, constat id aureum non esse, sed metallum quodpiam diversum ab iis, quæ nobis hodie in usu sunt. Ceterum plerumque de ligneis lapideisque Slavicorum idolorum formis loquuntur Scriptores, qualem & Klivinæ Clatoviensis Deæ facit Hammerschmid. Hunnis vero Slavorum sociis etiam argentea & electrina idola tribuit Theophanes.

Vitichind. l. 3. p. 660. Abrah. Frenc. de Diis Sorab. & aliorum Slavor. sect. 1. Balbinus in hist. Boleslav. Hammerschmid Hist. Clatov. P. 1. c. 10. Theophanes in Chronographia.

(d) Zelu Romanis erat filius Stygis & Pallantis fraterque Nicæ, Roboris & Biæ, sed vix is quidem inter Slavorum Deos locum habuit. Ad etymologiam Slavicam si vocabulum referamus *zelo* frontem significabat, quod Dalmatæ hodiedum *Czelo* scribunt, nos czelo appellamus. An igitur nomine hoc bifrons, trifrons, Slavis *Triglaw* dictus, aut plane quadrifrons Deus intellectus fuerit? dubium esto. Saxo certe Grammaticus idolum quatuor capitibus tribuit Slavis, alii etiam Suantevitum jam duobus, jam tribus, jam quatuor frontibus effingunt; at quoniam teste Helmodo Slavici hujus Dei ævo hoc posteriora sunt initia, minus recte ad idoli hujus historiam detorqueretur.

Lodereker vocab. septil. Saxo Gram. l. 14. Helmod. l. 1. c. 83. Stredovsky sacra Morav. hist. l. 1. c. 7.

(e) Quanta Slavis reverentia fanorum fuerit, exprimit his verbis Helmoldus: *Mira autem reverentia circa fani diligentiam affecti sunt: nam nec juramentis hic facile indulgent, neque ambitum fani vel in hostibus temerè patiuntur.* Et alibi: *Tantum sacris suis Slavi exhibent reverentiam, ut nitum fani nec in hostibus sanguine pollui sinant.*

Helmold. Chron. Slav. l. 1. c. 52. Idem l. 1. c. 83.

Digitized by Google

ANNUS 735.

Præsens annus Libussæ vivendi finem fecit. Peractis Diis suis in Zelu fano sacrificiis fatalis horæ suæ admonita, quidquid seniorum, nobilitatisque tota gente fuerat; in palatium accivit, sedensque marito proxima testata est: se fata urgere, abituram e numero mortalium, ut relictis his fluxis & instabilibus ad duratura illa & æterna Deorum immortalium emigret. Itaque singulis gratiam se habere dixit ob præstitam fidem obedientiamque, qua eadem maritum Przemislum prosequi pergerent. Ad maritum conversa; multa eventura prospera infortunataque prænunciabat: „ Vale, inquiebat, supremum mihi hodie con„ jux charissime, lætaque multa & tristia ab discessu meo „ visure, quæ æquabili animo si pertuleris, lætissimum tibi „ malorum exitum spondeo. At tu „ (filium decennem puerum serio intuita, digitoque comminans) „ Nezamysle, inquit, quem matri amorem debes, eum ad debitam „ Patri reverentiam adjicies. „ Tum auro argentoque liberaliter in Vlastislavam, Czastavam ceterasque pediseques distributo leniter in terram procumbens exspiravit. (a) Ad ea nemo adstantium mentem primo, mox etiam lacrymas gemitumque in potestate habebat; ululatus & comploratio late omnia occupabat, omnium vox una: modo Libussa vivat, se se vitam profusuros. Przemyslus ipse perculsus, ut par erat, non tam conjugis, quam oraculi, Deæque fato,

Libussa moritur.

Digitized by Google

fato, ingentia dedit præsentissimæ mœstitiæ signa. Tumulata est, ut vivens optaverat, intra Libicii portas vestibus indûta primariis, conditaque in sandapila bitumine ac pice oblita, sinistra manu crumenam cum quinque aureis numis, (b) quos Przemyslus *ignoto Deo* (c) offerendos ejus digitis inseri jussit, dextera vero duos numos argenteos ductori alterum, alterum portitori Charonti tribuendos gerens. Inclusum denique sandapilæ cadaver Przemyslus Libicium devehi, ac saxo durissimo primi ejus principatus perennaturam memoriam scalpro inscribi fecit. (d)

Ejus sepulchrum in Libicz.

ANNUS JESU CHRISTI 735.

GREGORII III. PAPÆ 5. LEONIS ISAURICI IMPER. 19. CONSTANTINI COPRON. 16. PRZEMYSLI 14.

(a) Ii, qui Weleslavini sententiam de Aureolo secuti sunt, mortem Libussæ seu in sæculum V., seu VI. rejecerunt. Tam differentes etiam de ætate illius opiniones: potissima pars ei quadraginta octo tribuit. *Balb. Dec. 1. l. 7. c. 4.*

(b) Redel ait Libussæ quinque numos in manus datos ex illorum genere, qui Libussæ dicebantur, figura illius colum tenentis insigniti; eorum pretium magnum fuisse argumentatur ex eo Stranskius, quod nonnisi quinque in manus dati; at quis ante Hayecium de his vel somniavit? *Redel in seehenswürdigen Prag c. 46. Stransky Reipubl. Bojem. c. 18. §. 2.*

(c) Quemadmodum mox ante Hayecius ex historia sacra *Ignotum Deum* in Slavorum sacra perperam ingessit, ita hic Charontem seu stygium portitorem ex Græcorum fabulis; nuspiam vero horum meminere aliqui, qui seu Slavorum historias scripsere, seu peculiari opere Slavicorum Numinum catalogum perscripsere. Si quis autem exi-

Digitized by Google

ſtimat *ſupremum* illum *fulminis effectorem* a Procopio commemoratum veroſimillime Hayecio *ignoti Dei* nomine veniſſe; at illius nomen *Perun*, ſeu *Percun* apud alios proditum ſciat, de cujus figura, ſacrisque copioſe inter alios agit Abrahamus Frencelius. Tam alienus etiam a Slavorum ceremoniis eſt Charon. Numina, quæ res funereas tangunt, hæc reperiuntur: *Auſſuit* Deus cum morte luctantium, *Marzava* Dea mortis, *Flyns*, qui mortuos excitare credebatur, *Piccellus* ſeu *Pekelnus* Deus ſtygis, *Barſſuci* inferorum Deorum adminiſtratores, de quibus videri poteſt Frencelius, aliique.

Abraham. Frenc. de Diis Sorabortum aliorumqae Slavor. c. 12.

(*d*) Singulare id prorſum eſt, jam tum lapidea monumenta nomine & hiſtoriis ſepultorum inſignita a gente noſtra fuiſſe adhibita; græcum latinumve ſculptorem hunc eſſe oportuit, quandoquidem ſatis argumentoſe ſupra oſtendimus majoribus noſtris adhuc integro poſt hæc ſæculo uſum characterum non fuiſſe. Tam rara certe apud nos ſunt vetuſta ſaxea ſepulchrorum monumenta, ut ne quidem e ſæculo X. aliquod prolatum uſpiam ſciam. S. Guntheri quidem lapidem ſepulchralem nuper æri inciſum, priusque a me Brzevnovii viſum, protulit in ſuo præclariſſimo opere Reverendiſſimus ac Ampliſſimus D. Præpoſitus Rayhradenſis Marchionatus Moraviæ Prælatus Infulatus, at ejus elegantia mihi perſuadet eum ſæculo XI. & fortaſſis XII. poſteriorem eſſe; ſigillorum certe ſuperſtitum ab hoc ævo & nummorum ruditas id perhibet.

ANNUS 736.

Ancillarii belli initia.

Cum Libuſſa fidem, quietemque publicam patentiſſimis quaſi portis e Bohemia erupiſſe protinus apparuit. Una mulier (nam quid aliud?) perturbationis publicæ, domeſtici belli, immanium cædium fax & origo. Habebat Libuſſa, dum rerum potiebatur, magnam circa ſe nobilium puellarum manum doctam equitare, venari, arcum tendere, ferire telo, officia denique virorum facere.

Digitized by Google

cere. Hujus Libuſſiani Gynæcei facile princeps ac caput erat Wlaſta; quæ etiam Wlaſtislava alio nomine dicebatur, (e) plusquam virilis audaciæ fœmina, ingenio mala, fide multiplex, animo vario & incerto, mira ſimulandi diſſimulandique artifex, denique ambitionis inexpletæ, cetèrum manu promta, forma viribusque valens, intrepida in periculis, ſanguinis cædiumque cupiens, prorſus in qua præter ſexum fœminei nihil eſſet. His præditam moribus mulierem, & natura ſua nihil pacati ſpirantem in rabiem prorſus egere nobilium juvenum convicia idemtidem poſt obitum Libuſſæ jactantium: Veniſſe tandem tempus, quo arrogantes illi fœminarum animi detumeſcerent. Deferbuiſſe jam imperioſos illos ſpiritus, deferbuiſſe laſcivientes rerum omnium affluentia inceſſus, vagari nunc miſeras inſtar balantium ovium, riſui, contemtuique haberi paſſim ab omnibus. Hæc Wlaſta & ſentiebat præ ceteris acrius, & vindicare ſtatuit atrocius. Socias igitur omnes verno tempore in montem Widowle convocat, mediaque ſtans inter diſcumbentium puellarum catervam in hæc verba orationem incipit: „ Si eodem omnes animo eſſetis hodie miſerrimæ „ virgines, quo nudius tertius & ſupra eratis, cum plenæ ſpiritus animique in palatio Libuſſæ verſabamini, „ fruſtra eſſet omnis oratio mea: nam neque præſentis „ fortunæ indignitatem per vosmet ipſas ferre ullo modo „ poſſetis, & fortaſſis jam hodie virorum imperium nul„ lum eſſet. Sed contra eſt, nam pleræque veſtrum ſicu„ ti paulo ante in otio feroces, in ſecundis rebus immo-

Wlaſta.

Oratio Wlaſtæ ad puellas.

„ dicæ,

Digitized by Google

„ dicæ, terribiles in palatio, in rerum omnium affluen-
„ tia audaciſſimæ: ita nunc in negotio trepidæ, in calami-
„ tate abjectæ, imbelles foris, in egeſtate domeſticisque
„ ſordibus ignavæ, prorſus quibus nec proſpera decori, &
„ adverſa etiam ſint ignominiæ. Hæ me potiſſimum cau-
„ ſæ moverunt, quamobrem in hunc vos ſeceſſum evoca-
„ rim, non ut ipſa ſtatuerem, quod in rem veſtram face-
„ ret, ſed ut videretis, quid inter generoſas animantes,
„ quæ repagulis ruptis per vulnera & ſanguinem in liber-
„ tatem emicant; & inertia jumenta, fœdiorisque ortus
„ beſtias, quas flagris obedientes facit ignavia, interſit.
„ Itaque non ſum in præſens hortatura vos, ut pro domi-
„ natione recuperanda capite dimicetis, oſtendam ſolum,
„ quæ veſtra hodie conditio, quis item virorum ſtatus ſit,
„ docebo: vos deinde, quid facto opus ſit, conſuletis.
„ Et Caſtor! in quo rerum articulo fortunæ ſint noſtræ vi-
„ detis: Dominatione depulſæ cum Libuſſæ morte, ejectæ
„ palatio, ſpoliatæ cunctis honorum inſignibus atque orna-
„ mentis, egentes, miſeræ incertis ſedibus erramus. Ita
„ neque foris ſine dedecore, neque domi cum libertate
„ eſſe licet. Vidi ego imminentem hanc cervicibus no-
„ ſtris tempeſtatem jam tum, cum in illa popularis ſedi-
„ tionis procella maletectum in fœminas odium Roho Ka-
„ lonis evomuit. Verum quid facerem? cum in Libuſſa
„ plus lenitatis quam iræ, in Libuſſæ ſororibus plus eſſet
„ iræ quam potentiæ. Itaque huc miſeriarum infelices re-
„ cidimus: Przemysli mancipia, virorum ludibrium, lu-

„ dus

Digitized by Google

„ dus jocusque maſculæ juventutis. Sed habenda eſt Diis
„ gratia, quod omnem exitum, ex illa calamitatis vora-
„ gine emergere volentibus, non præcluſerint. Videte
„ enim, per Deos quæſo, ut ex his miſeriis erumpere non
„ dictu facilius, quam factu ſit. Przemyslus ſenex ille
„ vaniſſimus magis Libuſſæ memoria, quam auctoritate ſua
„ male coagmentatum legibus principatum ſuſtinet. Nihil
„ in hoc caprino ſene neque roboris, neque conſilii.
„ Nezamyslus puer eſt. Eo magis conſilia vobis accele-
„ randa ſunt, priusquam induat viriles annos. Fruſtra
„ deinde eritis, nihil enim occaſionum momentis eſt fu-
„ gacius. Deinde viri uxoribus, atque adeo inſidiis no-
„ ſtris obnoxii, ligonibus & dolabris, quam gladiis aptio-
„ res. Juventus ipſa heri e ludo ad arma vocata jactantia
„ ac temeritate inflatior, quam viribus conſilioque vali-
„ dior. Habetis jam & quæ viros circumſtent, & quæ
„ fortuna noſtra ſit; nunc in rem conſulite. Si per igna-
„ viam ſervire vultis, valeat natale ſolum Bohemia, alia
„ mihi terra circumſpicienda, nec liberæ virtuti locus ido-
„ neus deeſſe poterit, fortunatusque. Sin per virtutem
„ imperare mavultis, tum enim ducem me, ſociamque
„ tam pulchri conſilii habebitis; neque enim vos in tanto
„ facinore deſerere aut fas, aut animus eſt. „ Hæc cum
dixiſſet, reſedit. (b) At Stratka inſigne muliebris verſutiæ
audaciæque exemplar aſſurgens, in hæc verba erumpit.
„ Intellexit ſane univerſa coram concio, quæ ſint ſenſa *Straska conſilium.*
„ animi tui Wlaſta, o inſigne decus virgineæ nobilitatis

Digitized by Google

„ virtutisque! intellexit: nihil magis cordi tibi esse, quam
„ gloriam libertatemque nostram, idque unum propositum
„ esse heroici animi tui, ut fœda illa perrumpas vincula,
„ quibus summum inter squallorem premimur. Revoca,
„ heu acerba memoria! in mentem jus summum dominæ
„ Principisque nostræ immortalitate dignissimæ Libussæ;
„ illiusne arbitrio stetit maritum deligere, qui ei placuit,
„ non qui eam sibi conjugem cupivere? atqui universa re-
„ gio Principem agnovit, quem ea maritum designavit.
„ Hæc felicitatis muliebris basis, hæc summa. Hinc sua
„ Libussæ authoritas, sua prima libertas, gloriaque persti-
„ tit etiam matrimonii vinculis illigatæ, peritura procul
„ dubio, si nuptias suas a virorum quopiam exposci susti-
„ nuisset. At jam Przemyslum genio illius, ductu, ac
„ consilio vivere oportuit. Istud summum jus, præcipuum-
„ que muliebris sexus decus, si nostrum omnium sanguine
„ redimendum sit, interire pati nobis sempiterno sit dede-
„ cori. Res in periculo vertitur, omnisque mora nocu-
„ mento rebus nostris est; expetiturus procul dubio die-
„ bus his Przemyslus sibi novam nuptam, alterque de gen-
„ te Principis exposciturus aliam, sed prævertere consi-
„ lium oportet, jurique per Libussam stabilito firmamenta
„ quærere. Tu igitur Wlasta (hic enim unus omnium
„ coram adsidentium sensus est) legationem ad Przemys-
„ lum decerne, alteram ego ad Hynchwogium decernam;
„ legationis argumentum esto: te Przemysli, me vero
„ Hynchwogii nuptias exposcere, ita decretum, sanctum-
„ que

Digitized by Google

„ que esse, ut hi mariti nobis sint. Istud si viri fecerint, „ se, nosque beabunt; sin minus, ea demum justa capien- „ dorum armorum causa futura est. Oraculum prolocuta „ es Stratka virginum nobilissima, exclamavit Wlasta, ni- „ hil hoc consilio salubrius, nihil æquius. „ Igitur ad hæc mandata Przemyslo Hynchwogioque perferenda decreta legatio. Ejus legationis capita erant: Budeslawka, Wsemysla, Hrawka & Peetisyla facundia audaciaque notissimæ, (c) quæ sub conspectum Przemysli admissæ imperata sibi muliebrisque sexus jura & prærogativas tanta eloquentiæ vi, quantam a feminis exspectare vix fas sit, retulerunt. At post modicam deliberationem triste responsum accepere: „ Irent, „ legationisque suæ authoribus nunciarent: cum Przemys- „ lo Wlasta, & Hynchwogio Stratka placuerint, fieri pos- „ se, ut conjugio copulentur. „ Legatione perfunctæ posteaquam in puellarum concilio Przemysli virorumque sententiam recitarunt, tum vero Wlasta insanientis instar prosiliens verba spumabat: „ En vobis, inquit, ne hoc qui- „ dem a viris impetrare possumus! Arma virgines corri- „ pite, cædite, perimite, nec viro cuiquam vitæ veniam „ concedite. „ Furentium leænarum instar rupto concilio minarum plenæ domum procurrunt, vindictæque locum & tempus avide suspirant, exquiruntque. (d)

Legatio ad Przemyslum missa.

Ejus responsum.

Conjuratio puellarum in viros.

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 736.

GREGORII III. PAPÆ 6. LEONIS ISAURICI IMPER. 20. CONSTANTINI COPRON. 17.

PRZEMYSLI 15.

(6) *Wlasta*, Pulkavæ rectius *Wlaska*, seu *Wladka*, majoribus nostris rectricem seu gubernatricem connotabat, quemadmodum *Wladik* rectorem seu gubernatorem a radice Slavica *Vladati* gubernare, regere. Rodericus Dubravius hujus Heroidis Czechicæ historiam lingua vernacula peculiari libello complexus est, quam a Thoma Mite publici juris factam meminit Lupacius. Vidi eundem libellum anno 1574. Pragæ in octavo ut vocant, excusum non magnæ molis in Bibliotheca AA. RR. PP. Augustinianorum Discalceatorum ad S. Wenceslaum Neo-Pragæ. Historia Amazonum, ut Græcos latinosque taceam, plena sunt omnia vetusta Chronica Poloniæ, Bohemiæ, Bavariæ, Austriæ, Sueviæque, non dubitatque vir cetera eruditissimus Nicolaus Mareschalcus Thurius Amazones ad paludem Mæotydis tantum crevisse potentia, ut devicta maxima Europæ parte per Thraces, Sarmatas, Germanos, Vindelicos ad Alpes usque grassatæ sint, imo Vindelicorum origo ab ipsis repetenda sit. Pirminius Gassarus etymologiam plane ipsarum a Germanico an Mann mazen, seu *sine viris belligerare*, repetit. Martpesiamque decantatam illam Amazonem Germanam fuisse adstruit. Inter veteres vero Græcos Latinosque jam olim gravis fuit disceptatio: Amazonesne aliquando exstiterint? Fuere graves quique authores, qui non modo eas exstitisse crediderunt, sed & earum gesta copiose descripserunt; inter hos Hippocrates, Curtius, Justinus, Diodorus, aliique. Non defuere alii, qui de Amazonibus omnia fabulosa esse contenderunt, quorum in numero e vetustis præcipuus censendus Strabo.* Contra tamen Plato non prorsus fabulosa reputat, certoque sibi constare ait: circa Pontum innumeras esse mulieres, quæ non duntaxat equitatione, sed etiam arcu, alioque armorum genere corpora exerceant, viris robore pene paria. Quare Stephanus ex mente omnium pene Geographorum veterum Amazones non ad alias orbis plagas, quam ad Pontum Euxinum & Paludem Mæotydis reponendas judicat; ad eadem scilicet loca, quo eas nos in Prodro-

Lupac. in Ephemer. ad 14. Maji.

Mareschal. Thur. in Anal. Herulorum l. 4. c. 7.

Pirm. Gassar. in Annal. Augustburg.

Hippoc. lib. de aëre, locis & aquis. Curt. l. 6. Justin. l. 2. Diodor. l. 3. c. 11. l. 4. c. 4. l. 5. c. 2,

**Strabo l. 11, Plato l. 7. de legibus.*

Stephan. in Diction. Hist.

Digitized by Google

dromo ex vetuſtorum ſententia rejecimus, & quæ olim ab Henetis, ſeu Slavis Zechisque habitata fuiſſe aſſeruimus. E quibus facile conjectura capi poteſt, quo Czechicarum Amazonum noſtrarum ſeu demum hiſtoria, ſeu pervetuſta traditio pertineat, & unde eam Coſmas, qui primus illam protulit, depromſerit. A Coſma certe minime hiſtoriæ alicujus certæ ſcriptæve nomine prolata eſt, pertinetque etiam ad ſenum illas fabuloſas relationes, e quibus initia Chronicorum ſuorum ſe congeſſiſſe ultro fatetur. Veroſimillimum igitur memoriam traditione conſervatam apud majores noſtros, qui a palude Mæotydis & Ponto Euxino in Bohemiam aſcendere, ut fuſe in Prodromo noſtro probavimus. Sed vitio temporum factum, ut cum traditio per ora atque ora multis ſæculis decurreret, nec locum, nec tempus, nec res ipſas rite ſervaverit; profecto ſi quis hiſtorias noſtras, ac cumprimis leges Amazonum cum iis conferat, quæ de illis narrant ſupra laudati Hippocrates, Curtius, Juſtinus, Diodorus, ac Plato, Sextus Empyricus, Seneca, Pomponius Mela, Virgilius, Propertius, Claudianus aliique, facile reperiet omnia ab iſtis mutuata eſſe, quibus in enarrandis cum Coſmas noſter parcior fuerit, poſteriores duce cumprimis Dalemilo latiſſime excurrerunt, ſumtisque ex locorum in Czechia appellationibus conjecturis alia atque alia figmenta adjecerunt. Ceterum inter Slavos tum orientales, tum ſeptentrionales, tum Francis finitimos etiam non raro eſſe repertas mulieres, quæ cum viris in prælia progreſſæ ſint, non uno loco teſtantur vetuſtæ hiſtoriæ: Epitome Byzantina in illa obſidione urbis Conſtantinopoleos a Chagano Avarum Rege anno 626. ſuſcepta inquit: *Inter cæſorum cadavera Sclavinæ quoque mulieres inventæ ſunt.* Annales Francofuldenſes narrant: quod cum Saxones Thuringique a Marahenſibus vincerentur, quosdam Comites a mulieribus illius regionis verberibus exceptos, & de equis in terram fuſtibus dejectos. Qua vero generoſitate mulieres noſtræ fuerint olim, prodit vetus jus Feudale ſub Carolo IV. anno 1359. ſcriptum, mihique a Prænobili ac Clariſſimo Domino Clauſer benevole communicatum; quo etiam mulieres lege ad duellum admittuntur, cujus verba hic exſcribere digniſſimum judico, quandoquidem rem aperit nuspiam forte lectam, nusquamque cognitam. Sic autem habet: *Item ſi vidua aliquem parem in genere ſibi pro capite mariti ſui, vel alterius amici citaverit, duellare tenetur cum citato taliter, ſi vir idem citatus fuerit, & negaverit: tunc idem vir in fovea usque ad cingulum cum gladio & clypeo magno locari debet, & in eadem fovea ambiens ſe debet defenſare, actrice ipſa*

Geog. vocab. Amazones.

Coſm. Chron. Bob. l. 1.

Plato l. 7. de legib. Sext. Empyr. l. 3. Seneca in Hyp. polito. Dalem. hiſt. Boleslav. c. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

Epit. Byzant. in Flavio Heraclio p. 25.

Annales Francofuld. ad annum 872.

Jus Feudale Mſ.

Digitized by Google

cum gladio etiam & clypeo consimili contra eum dimicante, ea de circulo ad hoc ei deputato nullatenus exeunte. Si autem domicella XVIII annorum senex, quæ renunciavit marite, pro capite aliquem citaverit, eodem jure potiri debet, sicut vidua prescripta. Quare non est incredibile vetustis temporibus in similium casuum eventum muliebrem sexum apud nos etiam legibus & arte gladiatoria institutum esse.

(*b*) Paucioribus verbis, minusque pathetice orationem hanc in suo vernaculo expedivit Hayecius: at multum amplificavit P. Victorinus noster, quam truncare aut plane temerare piaculum duximus, quod miram eloquentiæ vim, atque elegantiam in ea ostenderit.

(*c*) *Stratka* nostris majoribus terribilem seu formidolosam, *Budeslava* feminam perennis gloriæ. *Wssemila* omnibus amabilem. *Hrabka* duellantem seu hastis colludentem. *Pectisila* perfortem, ut quinque viris concurrere auderet, significabat, quæ vocabula ipsa produnt: ad effingendam Amazonum istarum magnanimitatem ingeniose magis, quam vere slavice inventa esse, nisi postremam *Pectisilam* ex nomine *Penthesileæ* (omnium veterum Poëtarum carminibus celebratæ Amazonis) ad Slavicæ linguæ genium fabricatam dicere malimus. Cosmas nomina ista ignoravit, primusque ea protulit Dalemilus.

Pulkavæ Mſ. (*d*) Pulkava addit: Wlastam multis incantatam execrationibus pateram circumtulisse, odiumque inexpiabile in viros singulis cum artificiose confecto potu degustandum præbuisse.

ANNUS 737.

Ab ea conjuratione magnam quotidie sociarum satellitum catervam circa se habebat Wlasta intentam paratamque ad omne facinus. Cum iis rursum in montem Widowle progressa varium sermonem miscebat nil nisi minas insidiasque viris præparandas spirantem, & fremebant jam omnes conteri per ignaviam tempus, nihilque

Digitized by Google

que tantis animis dignum geri. Ergo & Wlasta nihil jam cunctandum rata, tametsi ignara non esset, quantam rem inceptaret, tamen armatæ omnes ad diem decimum rursus in locum hunc conveniant, edicit, arma sint gladius atque arcus. Erat sub monte Widowle late diffusa vallis, in qua haud ita pridem Motol quidam vir manu strenuus, interque suos non ignobilis, firmo opere villam castelli similitudine ædificaverat, eamque tum forte cum multo pecore, multisque servitiis habitabat. (a) Ab ea villa prima muliebris belli flamma erupit, quæ mox magnam Bohemiæ partem miserabili strage involvit. Wlasta namque ab monte Widowle (ubi in multam vesperam puellarum animos concionabunda firmaverat) silentio noctis cum armato agmine profecta, villam capit, herum multis confossum vulneribus, famulosque obtruncat, atque ita loco præsidium imponit. (b) Non alia magis res, atque inexpectatum hoc latrocinium principem exterruit. Jamque non dubius, quin Wlastæ consilia ad manifestam seditionem spectarent, quo rem sine tumultu conficeret, misit Pomnikuassum (c) purpuratorum suorum intimum, qui Wlastam componendarum litium specie ad cœnam vocaret. Sed versutior erat Wlasta, quam quæ senili simulatione capi posset. Admisit tamen legationem, verum audito vix Przemysli nomine extemplo internuncium, quanquam nullum officii genus intermittentem corripi, naribusque ac labris fœde truncatum ad Principem redire jussit. Expressit tam atrox injuria dolorem vocemque Principi, qui licet egregie se nos-

Motol in sua villa a Wlasta perimitur.

Eadem Pomnikuassum legatum Przemysli naribus labrisque truncat.

set

Digitized by Google

set tegere, nunciavit tamen Wlastæ per pedissequam: exacturum se de illa pœnas, quæ tam indignum facinus in honestissimum virum legatumque esset suum ausa; sed exceptus sibilo, id minis consecutus est, ut Wlasta validius se in arce Motol adversus iram Principis munierit. (d)

ANNUS JESU CHRISTI 737.

GREGORII III. PAPÆ 7. LEONIS ISAURICI IMPER. 21. CONSTANT. COPRON. 18. PRZEMYSLI 16.

(a) Historiam hanc de Motol posteriorum Scriptorum nonnullus adjecit; de ea enim nihil Dalemilus, qui Wlastæ, Amazonumque Czechicarum gesta integris octo capitibus dilucidavit. Verosimillime Dalemilo ad hæc effingenda (Poetæ enim officium in rhythmis suis se expleturum credidit) occasionem ei hæc verba Cosmæ præbuere: *Et quia sæpe virgines solertiores ad decipiendos juvenes fiebant, sæpe autem juvenes virginibus ferociores existebant, modo bellum, modo pax inter eos agebatur.* Ceterum Motol vicus hodie perstat medio non nisi lapide Praga dissitus infra *Album*, ut appellant, *Montem* positus, ditioque est Prioris Infulati, & Cœtus, qui huic subest, Ordinis Melitensium Sacerdotum Pragæ.

Cosm. Chron. Boh. l. 1.

(b) Cosmas muliebre istud bellum in ipsa Libussæ tempora conjicit, nam recensita castri Dievin per adolescentes demolitione subjungit: *Ex illa tempestate post obitum Principis Lubossæ sunt mulieres nostrates virorum sub potestate.*

Cosmas cit. loco.

(c) Nomen istud appellativum potius quam proprium censeri potest. Slavice enim Pomni Fwaß Curatorem convivii significat a Pomnit curare, & Fwaß convivio, quorum quoque munus erat convivas vocare. In privilegiis Ducum Croatiæ apud Joannem Lucium subscriptus legitur Ubrusar eratque inter proceres præcipua eminentia. Nos nunc Archidapiferum appellamus.

Lodereker in dictionario septil.

(d)

Digitized by Google

(d) Mira prorsum est Palæphati vestuti authoris de Amazonibus sententia censentis eas nequaquam fuisse mulieres, sed viros barbatos, gestantes tunicas talares, quales in more erant feminis Thracibus. Hi, inquit, quia comam mitris alligabant, & barbas radebant, ab hostibus mulieres appellabantur. Ejusmodi Amazonum barbatarum memenit etiam Gobelinus Persona. *Gobel. Person. Cosmodr. Ætas. V. c. 10.*

ANNUS 738.

Dum Przemysl negligens in minoribus his puellarum flagitiis ultor, gravem se ad majora vindicem servat, interea Wlasta ex vicinis agris atque oppidis omne ancillarum genus blandiendo, pollicitandoque in arcem Motol cogit. Et sponte confluebant pleræque, novas res studiumque femineārum partium patrumfamilias imperio præferentes. Cum ea manu immensi operis munitionem cis flumen Wltavam ex adverso Wischeradi (a) munire aggressa tantam molem erexit, quantam a puellabus exspectare vix fas erat. Absolutum incredibili celeritate opus, atque humanis tum viribus inexpugnabile Diewin id est puellarum castrum appellavit. (b) *Diewin castrum.* Inde crebris eruptionibus, adeo rapinis, populationibus, incendiis, cædibus infesta circa reddebat omnia, ut eatenus miserabilis Bohemiæ esset facies, quatenus ea pestis pertigisset. Etne quando ipsa rude atque inconditum muliebre vulgus in aciem educeret, ingentem ante Diewinium circum seu catadromum descripsit, in quo hastiludiis, aliisque equestribus pedestribusque certaminibus tanta industria ancillas cumprimis eque-

Digitized by Google

ſtres formabat, ut exercitatiſſimas brevi tempore equeſtres copias haberet. Eo rerum ſucceſſu tumida, totius jam Bohemiæ principatum ſpe devorabat, nec ſuppreſſos ſpiritus amplius tegere valens in ſublimiorem caſtri locum aſcendit, ſolioque Reginæ inſtar conſidens, ad convocatam muliebrem multitudinem hæc verba facit: „ Deos omnes ſuperos in- „ feroſque teſtor! nihil ſorores vobis terrarum orbis colit „ ſeu venuſtius, ſeu ſapientius. Felices vos, quæ meum „ imperium expopoſciſtis; quid enim a me niſi beata omnia „ ſperetis? id unum ad meæ veſtræque felicitatis plenitudi- „ nem deeſſe videtur, quod gubernacula reipublicæ Czechi- „ cæ non una perinde ac dulciſſima hera materque noſtrum „ omnium Libuſſa teneam. Ad quam rem ſi ſedulo adju- „ tricem manum porrigitis, en vobis immortalitatem, mihi „ gloriam peperiſtis univerſo mulierum generi æternum me- „ morabilem. Si de mea in vos fide, obſervantiaque du- „ bitatis, hem quiſquis his venis recluſus ſanguis eſt, pro „ fortunis, ſalute gloriaque veſtra ſeſe effundere geſtit. „ At puellarum caterva loquentis adhuc verba interrupit omnia fauſta acclamantium. „ Nihil, inquiunt, auſus noſtros „ morabitur, tibi calet ſanguis, tibi enſes arcuſque noſtri „ tenduntur, perge, quo cœpiſti animo, perſequere bella „ pro ſalute tua noſtraque cœpta, Deos omnes habitura „ propitios, victoriarum nos tuarum teſtes. „ Qua omnium voluntate perſpecta concionem dimiſit. At jam caſtrum Diewinenſe non modo robur omne a moeniis, turribus, valliſque accepit; ſed & commeatu omni rei frumentariæ, &

ad

Digitized by Google

ad commode feliciterque vivendum copioſe inſtructum eſt. Wlaſta ut non minus liberalitatis, quam heroici ſui animi certa præberet argumenta, magnifice epulo inſtructo convivas omnes virgines eſſe juſſit. Menſis remotis, poſteaquam ſocias mulſo incaluiſſe ſenſit, tum enim vero arrogantius prædicare virtutes ſuas, aperte dicere „ quæquæ in Libuſſa, „ quæquæ in Kaſſa & Tetka artes ſparſim fuiſſent, eas ſibi „ uni cumulate ineſſe, ſibi uni ſeu montium, ſeu aquarum, „ ſeu nemorum Deos obedientes eſſe, ſua colloquia, ſuos„ que familiares congreſſus ab locorum geniis appeti, ma„ gnique fieri. Et quemquam mortalium eſſe, qui tantæ „ virtuti vel reſiſtere audeat, vel ſubjici non geſtiat? „ poſtremo ut dicendi finem fecit, Circæa pocula circumferri jubet; eaque potione inflammatæ femineæ turbæ in barbatorum (quo nomine viros appellabant) exitium ardent, non ſecus ac truculentæ quædam tigrides ſuis emiſſæ caveis per compita volant, quidquid virilis ſexus obviam offendunt, ſternunt, ſummaque barbarie trucidant.

Wlaſta puellabus dat epulum.

Et jam latius ſerpebat malum, quam quod Przemyslus vel tacitus diſſimulare, vel ſola auctoritate propulſare poſſet. Acceſſit ad eas curas triſte inſomnium Principi oblatum. Vidit per quietem adſtantem lecto ex conjuratis illis quampiam, pateram humano plenam ſanguine ſibi propinantem, ac bibere jubentem. His anxius terroribus Princeps convocatis in palatium proceribus nefariam puellarum conjurationem ac licentiam cum inſomnio ſuo recitat, conſilium-

Przemysli ſomnium.

Convocat Proceres.

Digitized by Google

que rogat. Sed fuit maximæ partis tam hebes ad ea mala ſenſus, ut alii Principem nocturnis ludibriis plus æquo credulum riderent, alii etiam maſculos puellarum animos collaudarent. Ita ab hac parte Przemysli conſilium fruſtra fuit. Tanto vero magis Wlaſta firmare ſe, comportare arma, expedire commeatus, evocare undique famulas prorſus ea virorum diſcordia in rem ſuam uti,

ANNUS JESU CHRISTI 738.

GREGORII III. PAPÆ 8. LEONIS ISAURICI IMPER. 22. CONSTANT. COPRON. 19.

PRZEMYSLI 17.

Coſm. Chron. Bob. l. 1. (a) Hæc repugnant traditioni a Coſma relatæ: nam ille poſt excitatum jam puellare caſtrum Dewin ait: *Contra non longius quam unius buccinæ in altera rupe inter arbuſta adoleſcentes ædificant urbem, quam moderni nuncupant Wiſſegrad*, locum vero prius ob arbuſta dictum *Nuraſten*, ut habet editio Freheriana, ſeu *Wraſten* ut habet codex Dresdenſis apud Menken. T. III. ſed neuter recte, cum enim Coſmas dicat locum hunc, quo nunc urbs Wiſſegrad ſtat, nomen prius ab arbuſtis iſthic late omnia occupantibus habuiſſe, facile appareret in Freheriano codice librarii oſcitantia transpoſitas fuiſſe vocales, ita ut ſcribi oportuerit *Naruſten* quaſi dicas *locum arbuſtis conſitum*, hodie Bruſten ſeu Narofſti dicimus. Ceterum viderint illi omnes, quomodo locum hunc Coſmæ cum ſuis aſſertis concilient, qui jam multo prius hic caſtrum exſtitiſſe, atque prius Pſary, tum Libin appellatum contendunt,

Dalemilus in præfat. p. VIII. & ſeq. (b) Codex Dresdenſis emendatius habet *Dewin*; conſtat enim majores noſtros dyphtongis & liquidis caruiſſe. Traditionem hanc de caſtro hoc puellari etiam refert Coſmas, ſed ea (erudite in hunc locum P. Victorinus noſter) plus habet famæ apud gentem noſtram, quam fidei fortaſſis mereatur. Neque a veritate multum receſſero, ſi no-

Digitized by Google

nomen hujus arcis, quod Slavice puellam connotat, ancillari huic historiæ occasionem præbuisse dixero. Ceterum plura olim hujus nominis fuere castra in his regionibus. Annales Francofuldenses alterum referunt jam sæculo IX. in Moravia his verbis: *Rastiscen in quadam civitate, quæ lingua gentis illius Dewin id est puella dicitur, obsedit.* Alterum in regione Boleslaviensi ad Nims oppidum erat in altissimis silvis rupeque præcipiti positum, cujus rudera hodiedum exstant, & ubi fontis quoddam miraculum mille & plurium cubitorum profundi, e durissimoque saxo excisi perstare memorat Balbinus. Hoc præcipue posterius castrum non quoque ab historicis nostris in gesta Amazonum Czechicarum pertractum esse tanto magis miror, quod nonnulli Lusatiæ Scriptores etiam Wlastam illic arma intulisse, Lœbaviamque superioris Lusatiæ urbem vastasse perhibeant.

Annal. Franc. Fuld. ad Ann. 864

Balbin. Dec. I. l. 3. c. 8.

Carpzov. Lauſitzer Ehren-Tempel P. I. c. 19.

PRÆTERMISSA.

Hoc anno Slavicos populos per S. Bonifacium in Germania jam quoque scintillas quaspiam fidei Christianæ accepisse eruitur ex epistola Gregorii III. Papæ optimatibus & populo Provinciarum Germaniæ data, in qua inter ceteros etiam referuntur *Sudvodi* seu Slavici populi ad *Sud* aquam accolentes. *Sude* autem juxta Geographicam tabulam Abbatis Gotvicensis fluvius est ex lacu ad Woltin & Dummer in Comitatu hodierno Swerinensi scaturiens, ac dein in ducatu Lauenburgensi non procul a *Niehuss* in Albim se exonerans. Nam in earum regionum viciniis quoque ac præsertim Hamaburgi S. Bonifacius Evangelium prædicabat. Quod vero etiam Slavis Christum annunciaverit, clare innuit epistola posterior Zachariæ Pontificis responsoria ad S. Bonifacium, in qua Slavorum mentionem facit, respondetque ad quæsita. Ita omni parte lux Evangelii accensa radios suos tandem etiam sparsit in regionem nostram.

Baronius ad h. a.

Idem ad An. 751.

ANNUS 739.

Cum ex illo Procerum congressu, quem superiore anno Przemyslus indixerat, plane comperisset Wlasta, quam rudes virorum animi ad femineas artes essent;

Wlastæ stratagemata.

Digitized by Google

callidiſſimo conſilio fraudibus magis, quam aperta vi in virile nomen graſſari cœpit. Primo gratiſſimum quemque uxori maritum, data fide, in arcem Diewin evocabat, oneratumque epulis atque illecebris tamdiu diſtinebat, dum ſubmiſſæ puellarum nequiſſimæ conjugem ſuſpicionibus impleſſent. Luxuriari in arce maritum, novaſque nuptias uxoris cæde pignorari. Præoccuparet ipſa perfidiam, præfectoque conjugi jugulo ad Wlaſtam convolaret. Eo nocentiſſimo mendacio optimus quiſque uxoris manibus periit. Deinde his Wlaſtæ fraudibus juventus præſertim ut incautior, ita ad hæc tela apertior petebatur. Veniebat in arcem quaſi per inducias juvenum (a) non nemo, ubi dum cupediis gulam provocat, ſenſim puellæ ſe ſubducunt, venuſtiore quapiam, eaque callidiore cum adoleſcente relicta. (b) Ea juvenem quaſi ſine arbitris nacta, orare, obteſtarique: „ Miſereretur ſui ſeque ex miſerrima illa Wlaſtæ ſervitute „ eriperet, in quam per imprudentiam incidiſſet. Nihil „ ſibi tam acerbe dolere, quam quod invita virorum eſſe „ hoſtis cogeretur, & armorum tractationem, jurgia, cæ„ deſque ſibi morte ipſa acerbiora eſſe. „ Quærente liberationis modum male cauto juvene: „ atque ecce tibi, in„ quit illa, juvenum optime, non abibit hinc triduum, cum „ ex Wlaſtæ imperio hoc proximo nemore cum quatuor co„ mitibus iter factura ſum. Tu ſi viam cum equitum glo„ bo obſederis, atque in nos ſubeuntes e ſuperiore loco „ feceris impetum, tum videlicet reſtitantem me, neque „ defenſionem parantem facile nempe rapturus. „ Ita dimiſ-

Digitized by Google

missus adolescens facile credulus, dum arma virosque ad conductum diem silvis infert, interea Wlasta rem omnem a subornata ad malitiam puella edocta quadraginta amplius lectissimas equites in insidiis locat, quæ dato signo a fronte atque a tergo circumfusæ ita improvidam turmam excipiebant, ut sessoribus confossis arma atque equos, quæ duo maxime his insidiis petebantur, cum magna Wlastæ voluptate in arcem reportarent, quas Wlasta ingentibus laudibus cumulatas maximis muneribus donavit. Nec felicior illis cadebat alea, qui indignas sociorum cædes vindicaturi, novis ipsi cladibus veteres suorum cumulos augebant. Namque falso rumoribus per mendacissimas virgines sparsis, tanquam novitiæ puellarum turmæ alicunde ad Wlastam adventarent, dum temere credunt, struuntque insidias nunquam venturis, in loca ipsi iniqua præcipitati, puellarumque multitudine ac ferocia obruti, animi stulte creduli miserabili strage pœnas non raro dabant. At vero nihil æque virorum res afflixit, atque incredibilis uxorum perfidia, qua veneno, qua nocturnis cædibus in maritos grassantium: nulla illis erga viros suos reverentia, nulla fides, nulla obedientia, nemo maritorum ausus conjugem suam, quanquam protervissimam, quanquam scelerum omnium ream severius accipere, inauditum prorsus! maritum uxori obsecundare ac servire inverso rerum ordine. Cum nemo igitur nuptæ suæ quantumvis moribus probissimæ plenam adhibere fiduciam posset (c) fœda & lacrymabilis ubique facies, solitudo in vicis mœsta, tristis e domibus virorum fuga credentium fe-

Digitized by Google

feris se potius, quam uxoribus, tutioresque somnos in silvis, quam thalamis putantium. Non enim prætergrediebatur dies unus, cum virorum alii inter edendum exanimes concíderent, alii aut præfectis faucibus, aut fracta gula, aut terebrato corde uxorio scelere in maritali toro jugulati reperirentur. Et crescebat indies mulieribus ex impunitate audacia, quoniam patrata quæque cæde triumphantibus similes inter mariti spolia in arcem Diewin, id est flagitiorum receptaculum, ibant.

Vir auxilium Przemysli frustra implorant.

Ea demum rabies mulierum sic virorum animos perculit, ut frequenti agmine ad Principem adierint furores hos muliebres communibus armis coerceri petentes. Sed frustra fuerunt; objectum illis enim a Przemyslo, tum cum flammam inter favillas adhuc glíscentem opprimere licuisset, contemtam, neglectamque, consilium suum spretum, ehusumque Deorum procul dubio monitu sibi immissum somnium. Nunc vero fatis se impediri, quo minus condignas de protervo hoc hominum genere pœnas expetere possit, scire se & nosse calamitatem, non tectum sibi esse facile quingentos viros furoris feminei victimam factos; at temporis intervallo utendum, proferendamque nonnihil vindictam, fortunam & victoriam nunc arridere femineis ausibus, paulo vero post signum daturum classico, ubi tempus horasque puellabus fatalia exploraverit. Verum quoniam [illegible] tior jam erat præsentium malorum plaga, quam cui cunctatio mederi posset, viri communicato inter se consilio, [illegible] mos-

Digitized by Google

moslaum quendam belliducem creant, privatoque nomine in feminas bellum cient. Neque horum aliquid Wlastam latebat, relictis in gynecæo Przemysli virginibus cuncta consilia nudantibus. *Samoslaus virorum belli-dux.*

ANNUS JESU CHRISTI 739.

GREGORII III. PAPÆ 9. LEONIS ISAUR. IMPER. 23. CONSTANT. COPRON. 20.

PRZEMYSLI 18.

(a) Alias quoque insidias in hunc modum struxisse Wlasta narratur, inquit noster P. Victorinus ad hunc locum, ac ex Dubravio hæc adnotat: Conscribi jussit literas, nominibus puellarum forma præstantium subscriptas, quæ se maritandi desiderio teneri, nec nisi unam Wlastam obstare, quo minus desiderio potiantur, affimularent. Hanc furiam capi, aut de medio tolli perfacile posse, si complures armati constituta nocte propius arcem accedant, eamque cum Wlasta traditam accipiant. Lectis hujusmodi literis juvenes amoribus persequendis, quam dolis effugiendis curiosiores præstituta nocte complures conveniunt, & usque in vestibulum arcis sine injuria admittuntur. Progressi ulterius alii eorum de ponte præcipites, alii post vestibulum neci dantur sine ultionis solatio, quia per cœcas tenebras recedi se non licebat. Plures ejusmodi puellares technas refert Rodericus Dubravius in sua Wlastæ historia. *Dubrav. hist. Boh. l. 2.*

(b) Dalemilus ait Wlastam virgines suas in tres dispescuisse ordines: Primum fuisse formosissimarum, quæ sua venustate, muliebri ornatu tendiculas struerent adolescentiæ; alterum callidarum, quæ eloquentiæ suæ vim exererent, tertium belligerantium, quæ equis insidentes arcubusque instructæ viris nocumenta intentare perpetuo quærerent. Hofmannus vero ait prudentissimis commendatam arcis custodiam, eumque fuisse muliebrem senatum, astutas eruditas fuisse ad fallendos viros, fortissimas ad manus cum hoste conserendas adhibitas. *Dalemilus in hist. Boleslav. c. 9.* *Hofmann. Chron. Boh. c. 6. apud Hier. Pez. T. II.*

Digitized by Google

Pulkav. Mſ. (c) Pulkawa tamen ſcribit: *Puellarum tamen crudelis impietas multis honeſtis matronis, virginibus & mulieribus diſplicebat, que eciam plurimum deteſtabantur enormitates earum, quibus nullus imputet ſapiens hujuſmodi furioſam predictarum veſaniam mulierum.*

PRÆTERMISSA.

Baronius ad h. a. Pagius ad h. a. Ad hunc annum refert Baronius & Pagius diviſionem Bavariæ in quatuor Parœcias ſeu Epiſcopatus, quæ conſentiente Odilone Duce Bajoariorum facta eſt a S. Bonifacio, & quam Gregorius III. Pontifex Maximus literis ſuis confirmavit. Epiſcopatus autem fuere Salzburgenſis ſeu Juvavenſis, Friſingenſis, Reginenſis ſeu Ratisbonenſis & Patavienſis, quod prætereundum non fuit, cum Boemia noſtra exortis Chriſtianis ſacris ad Ratisbonenſem Epiſcopatum ſpectaverit. Sed & ea omittenda non ſunt, hiſtoriæ olim de Epiſcopatu Moraviæ Bohemiæque ſervitura ſequentibus duobus ſæculis: ſcilicet, ut animadvertit probatque eruditiſſimus Pagius, ab anno 568. quo Laureacum ab Hunnis exciſum eſt, nullum exſtitiſſe Epiſcopum ſeu Laureaci, ſeu Pavii; quare errare eos omnes, qui ante S. Bonifacium Patavienſium Epiſcoporum catalogum texunt; nec Epiſcopos eos, quos Hundius aliique referunt, alios fuiſſe quam regionarios, nullique ſedi adſtrictos, atque inter eos in univerſa Bavaria metropolitam nullum fuiſſe ante Caroli M. tempora, cujus tandem imperio anno 798. Arno Archi-Epiſcopus Salzburgenſis conſtitutus ſit. Quo præſtituto ſolido fundamento multa ſequius in ſacra Moraviæ hiſtoria a noſtris tractata dilucidabuntur.

ANNUS 740.

Aperiente ſe anno quadrageſimo ſupra ſeptingenteſimum bellico tum primum fragore juſtorumque exercituum claſſicis Bohemia intremuit. (a) Coacti

Viri Diewinum obſidem. menſe Majo ſub ſigna viri ſubjectos Diewinio campos Samoslao Duce occuparunt, certi acie confligere, ſi Wlaſt pugnæ copiam faceret; ſin munitionibus ſe teneret, c ſtrum

Digitized by Google

firum crebris arietibus concuſſum vel manu capere, vel circumvallatum fame ad deditionem cogere. Nec dubitavit Wlaſta prælio rem potius committere, quam ſe obſeſſam teneri. Igitur vocatis ad ſuggeſtum puellarum turmis, *Wlaſta hortatur ſuas ad pugnam.*

„ Veniſſe tempus ait, quo barbatos illos hircos, faunos-
„ que piloſos ad ſatietatem cæderent; auderent modo vin-
„ cere, nomenque virile, infirmiſſimum adverſus fortes
„ animos telum, contemnere. Fortibus animis viros fie-
„ ri non ſexu. Qui virtute, rebusque egregie geſtis ex-
„ cellerent, eos demum viros eſſe. Ignavos, ſecordes,
„ tametſi barbatiſſimi eſſent, ſemper ſe feminarum loco
„ duxiſſe. Occurſuros quidem in acie fratres, occurſuros
„ & patres forſitan, ſed ſpecioſa illa nomina valere aliquid
„ in foro, valere domi, in acie nihil eſſe. Scirent: quo
„ junctiores ſanguine obtruncaviſſent, tanto illuſtrius facinus
„ majoribusque dignum præmiis facturas, quæ ſalutem uni-
„ verſam muliebris ſexus privatis ſuis amoribus commodis-
„ que præhabuiſſent. Deinde de gloria, deque dominatio-
„ ne certamen eſſe, quæ duo vita ipſa potiora putanda ſint.
„ Sed fatuas eſſe, ſi hæc citra capitis diſcrimen obventura
„ putent. Magnam gloriam, magnam dominationem non-
„ niſi per vulnera & ſanguinem quæri: ſequerentur ergo ſe
„ ducem magnoque animo pugnam capeſſerent, in illius diei
„ victoria Bohemiæ principatum, dominationem in viros,
„ immortaleque nomen ſitum eſſe. Sed inprimis veteres
„ illas Amazones & cetera immortalia femineæ virtutis de-
„ cora ante oculos haberent, monuit. Pentheſileam, in-

Digitized by Google

„ quit, illud femineæ fortitudinis miraculum revolvite iden-
„ tidem animo, quæ cum mille non amplius virginibus an-
„ te Trojam nominatissimæ a bellis Græcorum genti sem-
„ piternam maculam inussit, longeque suppar virorum robur
„ hac exigua manu contrivit. Neque vero seu Penthe-
„ sileæ (b) spiritus mihi deesse cogitate, seu ego cum tot
„ Trojanis Amazonibus hodie in aciem me progredi dubitavi
„ unquam. Effingite animo masculam illam virginum ista-
„ rum virtutem, cum vel ipsis viris metuenda Herculis ar-
„ ma contemserunt, cum Thesei exercitum ad internecio-
„ nem pene deletum castris exuerunt. Neque vero Ale-
„ xander hoc sibi Magni nomen mulierum cladibus, sed
„ virorum infelicitate peperit; certe dum vixit, manum
„ cum Amazonibus conferere metuens, absterritus procul
„ dubio fatali casu Cyri potentissimi illius orientalium Regis,
„ quem turpissime victum, suoque sanguine præfocatum
„ Asiaticarum mulierum virtute non ignoratis. Non com-
„ mittite itaque muliebre nomen maculam hodie accipiat,
„ & tanto sudore parta majorum vestrorum gloria seu timidi-
„ tate, seu ignavia vestra concidat; arma fortes arripite,
„ spectaturæ paulo post integros rivos virilis sanguinis de-
„ currere. „ Ab hac oratione conscendere equos, arma-
Arma puellarum. rique cunctas videre fuit. Arma erant: galea, jaculum, peltaque, cum lancea falcatus mucro, pendensque ab late-re sinistro bipennis. Ipsa cassidę coruscа, peltaque Amazonia, & assueto venenis acinace insignis (c) dispositis i aciem turmis obiens, compellat nominatim quamque, la-

dat

Digitized by Google

dat in vultu ferociam, vigorem, ardoremque ſuum oſtentat, poſtrema & ipſa in equum inſiliens patefactis omnibus portis more torrentis fluvii erumpit. Res prodigio ſimilis viris viſa, nihil eo die minus, quam irruptionem, aut hunc armorum apparatum, aut hanc mulierum audaciam exſpectantibus. Ergo ut in re trepida, omnia feſtinationis, clamoris, tumultus plena, nec ipſa virorum arma, temtis paſſim, domique relictis loricis mulierum armaturæ paria. Et jam Wlaſta primo cum fortiſſimo puellarum globo ordine progreſſa aderat, dum adhuc frenarent alii equos, conarenturque aſcendere, dum nemo imperium Ducis exaudiret, nemo ſigna noſceret, eoque impactus hæreret manipulo, in quem ſors impuliſſet; illa impeditos, raros, incompoſitosque adorta, ingentem circa ſe cædem hiatumque faciebat. *Pugna cum viris.* Interea ſubſidiariæ puellarum turmæ virorum aciem circumvectæ, aliæ urgere ab tergo, aliæ ex tranſverſo jaculari in latera, compulſosque in orbem viros more pecorum trucidare. Conglobaverat tamen ſe circa Ducem fortiſſimus quisque, præliumque ſatis pertinaci animo in tanta rerum iniquitate ſuſtinebat; dum Wlaſta Samoslaum inter confertos noſcitans ſtatim ſubditis equo calcaribus in confertiſſimos irruit, tantaque vi bipennem in Samoslai galeam adegit, ut diſſiliente cono, colliſoque capite exanimem ex equo dejecerit. (d) *Wlaſta Samoslaum ſternit.* Ea ducis cæde perterriti ceteri, ſenſim loco cedere, atque per intervalla defenſare ſe ſe, donec poſtremo conſpecta ſuorum ſtrage, quo quemque caſus abſtulit, montes ſilvasque effuſa fuga petierunt. Deſide-

Digitized by Google

Virorum cladες.

rati sunt eo prælio virorum amplius trecenti, atque inter illos promtissimus quisque. Wlastæ sine dubio singularis atque eximia eo certamine virtus emicuit. Secundam ab ea virtutis palmam omnium consensu tulerunt: Mladka, Hodka, Nabka, Swatawa, Wratka, Radka, & Czastawa singulæ ordinum ductrices. (e) Eæ quocunque se intulissent, late fugam faciebant. Spolia equorum præsertim, loricarum, aliorumque armorum insignia lecta. Inde Wlasta cum suis ad arcem triumphi ritu vecta singulis, prout cujusque virtus eo prælio effulsit, honores præmiaque distribuit. Septem præsertim illas equitum magistras sublimibus circa se collocatas sedibus immensis laudibus ad cœlum extulit, & torque aureo donavit. Ab eo conflictu tantus Wlastæ terror virorum animos invasit, ut pene ad ejus nomen trepidarent.

De iis spoliis.

Wlasta præmiat bellatrices puellas.

ANNUS JESU CHRISTI 740.

GREGORII III. PAPÆ 16. LEONIS ISAURICI IMPER. 24. CONSTANT. COPRON. 21.

PRZEMYSLI 19.

(u) Primum istud Slavorum Boemiæ bellum, & quidem muliebre ex historicorum nostrorum recensione, illud tam diligenter enarratum omnibus etiam minutissimis prælii circumstantiis, ut vix majori accuratione a coævo, spectatoreque hujus pugnæ depingi potuisset. Mirum plane! illustriora illa, gentique nostræ gloriosa magis bella cum Francicis regibus, cum Saxonibus atque Avaris, quorum sequenti sæculo memorias ex exteris synchronis Scriptoribus proferemus, penitus præterita, adeo ut ne vestigium quidem in vetustissimis etiam nostris appareat. At quis illud muliebre bellum majori fide accipiat, quam

Digitized by Google

quam gesta Amazonum Czechicarum nobis tradidit Cosmas fons authorque historiæ nostræ? qui usque ad Borzivogum primum Ducem Christianum nonnisi traditioni narrata sua superstruit, utroque fatetur nec historiam, nec scriptorem ullum se reperisse, adeo ut ne vadem quidem de Ducum numero ac ordine se præbere possit. Igitur, inquiunt nostri, & hæc in dubium vocantur? istud vero omnem historiæ Bohemicæ fidem est evertere: quidni itaque potius omnia Chronica nostra Vulcano consecramus? Historiæ hæ locum multis sæculis obtinuerunt, pridem & ante plurima lustra majores nostri has Amazonum Czechicarum historias tapetibus & picturis exceperunt, earum hodiedum in vetustissimis arcibus monumenta spectantur, supersunt quoque rudera cum nomine castri Diewin, nemo pene historicorum, qui rem hanc non persecutus sit. Ita nempe pene ringuntur illi, si dicere fas sit, quiqui limen quidem, sed non intima historiæ penetralia adierunt. Qui si revolvant: ævo hoc genti nostræ nullum characterum usum, nullos scribas fuisse, bella honorificentissima cum exteris gesta, inque coævis notata ne commemorari quidem, historias has nonnisi ex residuis quibusdam traditionum scintillis posterius enatas, quidni vel inviti fateantur? quo fonte autem traditiones hæ emanarint, jam supra innuimus. Profecto si tam diligentes, coævosque Chronographos, ut narrata Hayecii innuere videntur, hac ætate habuisset gens nostra, legeremus fortassis bella veriora cum Bajoariis, Carentanis, Avaribus, septentrionalibusque populis, aut certe Ducum Boemiæ inter se motus, cædesque, veram reipublicæ apud nos Slavicæ normam, Czechiæque veteris Chorographiam, quæ irreparabili damno nunc inter umbras jacent, æternoque silentio premuntur.

(*b*) Vix quidem dubito sub Wlastæ bellis gesta Penthesileæ Amazonum Reginæ illius nominatissimæ latere, & Scriptorem nostrum sæculi XIV. Dalemilum, qui primus eam in lucem protulit rhythmis suis, mores & fortitudinem illius voluisse exprimere. Certe hic Hayecius Penthesileæ eam comparat, & Pessina non dubitat eam Henetam seu Slavam fuisse, dictam enim quasi *Pata Slava* ist est *quintam gloriam* a veteribus Henetis, quod quinta numero inter Amazonum Reginas magna gloria præstiterit. *Dalemil. hist. Boleslav. c. 10. Pessina Mart. Morav. l. 1. c. 3. p. 23.*

(*c*) Hic rursum armorum splendor & apparatus rectius Amazones Asiæ, quam Czechiæ respicit; & oppido liquet eum mutuasse nostros

Digitized by Google

Virgil. Æneid. 1. Mart. 10. 104. Seneca in Hippolyt. Horat. l. 4. Od. 4. Claud. 2. de Raptu Proserp.

ſtros ex Virgilio, Martiali, Seneca, Horatio, Claudiano, qui ejuſmodi armorum genere Amazones deſcribunt. Certe ſi vel ipſius Hayecii poſteriora inter viros geſta prælia conferantur, rem plerumque pedeſtri certamine, clavis, tribulis, teliſque actitatam deprehendetur.

Dubrav. hiſt. Boh. l. 2. Dalemil. hiſt. Boleslav. c. 10.

(*d*) Dubravius *. addit: a Wlaſta in eo conflictu ſeptem robuſtiſſimos ſua manu interfectos, tantumque ſui metum a victoria illa ſuſcitatum, ut feminis annuum tributum viri penderent. Dalemilus vero illius nomen viri, quem Wlaſta capite truncavit, non profert.

(*e*) Dalemilus primus horum virgineorum nominum prolator totidem, eaſdemque enumerat, totidem quoque Pulkawa, Æneas Silvius & Hofmannus; at Dubravius & Boregk nonniſi quatuor multa nominum immutatione.

ANNUS 741.

Nova puellarum ſtratagemata.

Wlaſta efferatior in dies ſingulos, virilisque ſanguinis cupidior ab armis ad ſolitas iterum fraudes verſa, femineis plane artibus præſentem animum contrivit; ac tanta erat mulierum viris nocendi cupiditas, ut quo atrociorem quæque in viros aut dixiſſet ſententiam, aut crudelius effinxiſſet conſilium, eo ditiora præmia referret. Erat forte anni pars verna, atque adeo menſis Majus, cum Wlaſta inducias mentita nobiliſſimos quosque ad caſtrum Diewin a ſuo virginum cœtu evocari juſſit, Kalbergum nempe filium Hruzi, Radislaum filium Kogiki, Mlauſſium Przemyslo a ſecretioribus conſiliis. Wlaſta eminus advenientes hoſpites contuita, ſubito pontem arcis demitti ſternique fecit, ipſaque obviam progreſſa præcipua comitate exceptos adoleſcentes in palatium ſuum deduxit. Iſt-

Digitized by Google

Ifthic lautiſſimis epulis potibusque, lepidiſſimi joculatoriique ſermones miſcebantur. Poſt epulas ſeorſum quemque per pomœrium animi cauſa circumduci, adjuncta cuique una aliqua calamiſtrata illecebra paratiſſima ad mentiendum fallendumque. Illæ ut inſtructæ erant, primum conviciis atque execrationibus lacerare Wlaſtam, quod imperandi cupiditate, immortalibusque in viros inflammata odiis, neque ambitioni, neque iracundiæ modum faceret, Deorum vindicum metum projiceret, humani generis propagationem peſſumiret. Deinde miſerias ſuas deflere: præſertim quod Wlaſtæ tyrannide ab alloquio, congreſſuque juvenum, quorum cupidiſſimæ eſſent, arcerentur. Se non neſcias, Deorum iram in ſe armari, quæ eos hoſtium loco capitali haberent odio, quos illi naturaque ſocios procreaſſent. Ad ultimum fallacibus lacrymis juvenum fidem implorant: venirent concubia nocte, valloque cum frequentibus armatis ſuccederent, demiſſuras ſe illico ad eorum ſibilum pontes penſiles, acceptisque viris Wlaſtam ad condignum ſceleribus ſupplicium tradituras. Et Hercle perſuadebant eo magis, quod arcano dicerent, plerasque in caput Wlaſtæ conjuraviſſe, & fidem ſuam ſtipulata dextera interponerent. (a) Ubi ex ſententia rem confecerunt, adoleſcentes cum multo lenocinio dimittunt. At illi pueriliter ſtulti, equos atque arma parare, plures in ſocietatem pertrahere, Principi, modo is inceptum adjuvaret, Wlaſtam in vinculis policeri. At ſolertiſſimus ſenex inſidias has eſſe identidem prædicabat, declinandasque fraudes ſerio monebat, oraculi

Digitized by Google

instar id eis tradens, nihil illis profuturum quodcunque muliebre auxilium, nisi ipsi virtute sua rem conficerent. At qui nec melioribus obedire nossent, & saniora consilia non didicissent, ferociter Principi oblocuti. „ Quousque tuis „ inanibus insomniis vaticiniisque territabis gentem mascu„ lam cunctatione tua in dies in pejus ruentem? ruet certe „ vel solo ausu nostro Diewinum, cum tu opem dare for„ midas. „ At dignam statim temeritate sua pœnam tulerunt. Assumtis namque in eam expeditionem centum quinquaginta virorum strenuissimis, cum per summas tenebras vallo successissent, portasque condicto sibilo aperiri postularent, Wlasta adductis repente cataractis, dejectoque ponte versatili inter suarum clamorem: Jo Pæan! Diewinum expugnavimus! vociferantium erumpens imparatos, exceptis quinque, qui cladi nunciandæ se se fuga propripuerant, concidit omnes. Callidius hoc anno, adeoque multo felicius Przemysli fuit consilium, qui tot cladibus irritatus suis Wlastam artibus egregie ultus est. Misso quippe ad Wlastam caduceatore petiit nobiliores aliquot virgines ad se expediri, quibuscum arcana quædam, atque e re Wlastæ futura conferret. Sine cunctatione missæ Klimbogna & Dobromila Wlastæ intimæ. Ubi advenerunt omni verborum honore acceptas seorsum abducit, jussisque sedere: „ Filiæ, inquit, charissimæ videtis, quæ me difficul„ tates rerumque incommoda circumstent: hinc ætas ma„ gna, exhaustæ annis ac laboribus vires, valetudo fracta, „ inde Principatus ingens, populus femineæ dominationi „ as-

Nova virorum cædes.

Przemysli dolosum consilium.

Digitized by Google

„ assuetus, virilis negligens, jamque etiam armis vestris
„ attritus ad imperia mea contumax, negotia ab omni par-
„ te graviſſima. Filium habeo unicum (ut ſcitis) Neza-
„ mislum; ſed nec is eſt, qui ſine patre gubernare poſſit
„ rempublicam, nec in quem propter ætatem (necdum enim
„ annum quartum decimum ſuperavit) curarum partem tuto
„ conjicere audeam. Hæc dies noctesque mihi cogitanti
„ optimum factu viſum eſt, quem dudum Wlaſtæ Dii deſi-
„ gnarunt Principatum cedere, filiumque unicum ejus fidei
„ permittere. Non enim inexplorata mihi ejus divinarum
„ humanarumque rerum ſcientia, ingenii vis atque pruden-
„ tia, qua non modo me fatuum ſenem, ſed & ipſam his
„ rebus olim præpollentem conjugem meam Libuſſam ante-
„ cellat. Ita quidem fixum ſedet animo redire ad boves
„ & aratrum, Stadiciique natali ſolo primam veteremque
„ animi quietem exquirere. Renunciate ergo dominæ ve-
„ ſtræ, veniret ipſa quam mox, arcemque Libin (b) cum
„ imperio de manibus meis caperet. „ Exſiliit ad illud
nuncium inſaniens gaudio mulier, ſuaque fortuna & ambi-
tione obcœcata miſit alias e veſtigio, quæ (ridente multum
ſuo Przemyslo) acceptari conditionem a Wlaſta dicerent;
dies octo poſt dies, & nominatim Dobroslavam, Zdobie-
lam, Horſſownam, Rodslawam cum lectiſſima quinqua-
genta ſociarum ala, quæ ſub Libinium advectæ, congreſſæque
ſacro certamine incredibilem agilitatis omnisque diſciplinæ
veſtris ſpeciem ſpectantibus ab arce viris præbuerunt.
Equi pro foribus palatii religatis equis pedites arcem ingreſ-

Digitized by Google

ſæ ad exigenda a Principe promiſſa magnificis ac regalibus epulis accipiuntur. Interea dum menſæ calent, dato ab arce ferali ſigno erumpunt ex proximo nemore (quod vallis Picarum dicebatur) centum valentiſſimi ſatellites, equisque abductis, ne qua effugeret, facto in cœnaculum impetu omnes illas virgines ſero fraudem intelligentes, fruſtraque Deorum ac hominum implorantes fidem ſuper funeſtas epulas contrucidant. Quanta ibi rabie ſævitum ſit, vel inde liquet, quod ne occiſarum quidem corporibus ſupremus permiſſus honos; itaque extra palatii ſepta paganis dilaceranda canibus corvisque edenda projicerentur. (c) At Wlaſtæ, audita jugulatione, tam dira atque immanis ea carnificina viſa, ut alienato ab ſenſibus corpore immota primum conſtiterit, mox diffundente ſe dolore pariter atque ira, furere, damnare, execrarique eum diem, nunc ſe, quod tam facile credidiſſet, nunc Przemyslum maledictis increpare, cædes, incendia, cruciatus omnes virorum capitibus minitari; interdum ex adſtantibus quærere; ſatin putarent ſciente ac jubente Principe eam lanienam accidiſſe? tum etiam ad Przemyslum ſcitatum mittere: Eccur tam tetrum atque immane facinus auſus eſſet? ad eas ſciſcitationes, fama eſt, reſpondiſſe Principem: „cum innoxii juvenes perfi„de in Diewinio jugularentur, fuiſſetne ipſa ſcitata: Num „id jure liceret facere? quid a ſe facti rationem exigeret, „cujus ipſa non reddidiſſet? dolorem ergo concoqueret, „eodemque nunc velo oculos pertegeret, quo paulo ante „perfidiam velaſſet ſuam. „

Puellarum cædes inter epulas.

Wlaſtæ ex ea cæde dolor.

Con-

Digitized by Google

Confecta hac cæde Princeps, vindicatisque egregie (ut tum inter virtutem dolumque nihil discriminis erat) injuriis, trophæum de puellabus statuit, erecta editissima turri cum domo lignea, quæ rei gestæ monumentum esset, & a qua deinceps arx, amisso veteri Libin & Psary nomine Wisshehrad diceretur. (d) At Wlastæ ex dolore etiam magis exacutus furor nonnisi viris nocendi vias temporaque quæsivit. *Wissehrad.*

ANNUS JESU CHRISTI 741.

ZACHARIÆ PAPÆ 1. CONSTANTINI COPRON. 22. PRZEMYSLI 20.

(a) Hæc historia eadem est cum illa, quam Hayecius ad annum 739. retulit, sed quam ille paulo aliter in diversis authoribus narratam comperiens perperam multiplicavit, ex unaque duas fecit, quo in genere præterea hac in ipsa Amazonum Czechicarum historia bis simillimo lapsus est peccato.

(b) Paprocius novam plane, omnibusque ceteris scriptoribus adversam profert sententiam: castrum Libin a moritura Libussa Wlastæ donatum, eidemque gynecæum suum commendatum fuisse ab ejus obitu, primum itaque muliebre bellum hac in ipsa arce Libin exarsisse. *Paprocius in Diadocho c. 10.*

(c) Dalemilus & Hofmannus hanc carnificinam non referunt, sed ajunt omnibus vim & virium pudicitiæ allatum, cujus verecundia & pudore nulla earum amplius ausa fuerit in castrum Diewin redire. Pulkawa vero post hanc puellarum Wisshehradi internecionem fingit Wlastam ira perculsam facinoris ulciscendi causa cum suis Diewino procurrisse, viris certamen obtulisse, in eoque incautam, quod ceteræ puellares catervæ longius abessent, occubuisse. *Dalemil. hist. Boleslav. c. 14. Pulkawa Mſ.*

(d) Hæc repugnant Cosmæ, imo & Dalemilo potissimo Amazonicarum istarum narrationum inventori, ut jam supra meminimus.

Digitized by Google

PRÆTERMISSA.

Hoc anno paulo ante mortem ſuam, ut adnotat Pagius, Gregorius III. Pontifex Maximus miſit claves, cum vinculis ſancti Petri aliisque muneribus ad Carolum Martellum, ei Eccleſiæ Romanæ defenſionem commendans contra Leonem Iſauricum Imperatorem Eccleſiæ perſecutorem, Regemque Longobardorum Romanos Pontifices perpetuo vexantem. Hocque fuit initium, & quaſi primus quidam gradus delati poſtea ad Francicos Reges Imperii Occidentalis. Erudite autem Pagius multis vetuſtis monumentis tuetur, hunc ipſum Carolum Martellum primum omnium fuiſſe ex Francicis Regibus, cui jus *Conſulis ſeu Patricii Romani*, quo nomine Advocatus Eccleſiæ veniebat, collatum ſit. Morem vero jam multo ante fuiſſe, ut ipſe Imperator ejuſmodi Patriciis ſeu Eccleſiæ defenſoribus conſtitutis mantum indueret, in dexteram annulum daret, bombacinum propria manu ſcriptum traderet, ac denique ejus caput aureo circulo redimiret. Quod prænotandum fuit, quoniam ad hiſtoriæ noſtræ perfectam cognitionem Pontificum Imperatorumque geſta præcipua noſſe par eſt, quibus illa plerumque tam arcto nexu illigatur, ut neque recte intelligi ſine iis queat, neque ſatis firmamenti habeat.

ANNUS 742.

Cztiradus. Dum præſente anno omnia apparatu novi belli in Diewino ſtrepunt, nunciatur Wlaſtæ Cztiradum virum in aula ſpectatiſſimum, miniſtrumque Principi ab intimis conſiliis ad ſedandas lites Mladum inter Dobrowogii, & Smielauſſum Chabri filios per agros Lichuczovenſes in pagum Kopanina (a) cum viginti equitibus iter facturum. Ejus capiendi accenſa deſiderio Wlaſta ſubornat inſtructiſſimam quinquaginta puellarum turmam ad obſidendum ſaltum, quem neceſſe habebat Cztiradus tranſire, additis mandatis: dolum omnem intenderent, ut hominem vivum caperent; id ſi mi-

Digitized by Google

minus poſſent, at præfectum certe ab jugulo caput afferrent, cupere ſe illo capite Przemyslo ægre facere. Erat in ea turma Sſarka quædam, quam decora vultu, tam animo inſidioſa. *Sſarka.* Hanc, ut in ſilvam ventum eſt, reliquæ ex condicto manus pedesque ligatam propius viam abjiciunt, & ne quid ad ſummam fraudis deſit, cornu venatorium appendunt ad jacentis humeros, itemque lagenam plenam mulſi juxta ſtatuunt, ipſæ, qua denſior erat ſilva, ſecedunt, intentoque animo eventum fraudis præſtolantur. Jamque aliquantum diei abierat, cum Sſarka audito procul virorum, equorumque fremitu, lamentabile carmen (ut docta erat) edidit. Miratur primum muliebrem in iis ſilvis planctum Cztiradus, mox etiam infidam malecautus vocem ſequitur; dum tandem venuſtiſſimam offendit illecebram quadrupedem conſtrictam. Et erant tam manifeſta inſidiarum indicia, ut, *Ejus inſidiæ.* ni fatum oculis caliginem offudiſſet, nullo deprehendi negotio debuiſſent; nam & cornix deſuper virginem crocitatu oſtroque arborem auresque adſtantium improbe obtundebat, & virorum equi, equos alios in vicinis latentes inſidiis crebro hinnitu prodebant. Sed Cztiradus ejulantem percontatus; quid id rei eſſet? „ An, inquit verſipellis femina, Dewinarum maleficarum ſcelera nec dum ſatis hac regione teſtata? ſed per Deos opem tuam imploro, expedi miſeram his vinculis, rerum omnium ſeriem narratura ab ovo. „ Cztiradus præſentis formæ ac fortunæ commiſeratione tactus, ceterorum negligens, ab equo deſilit, reliquis idem facientibus ſolvit vinctam, atque inter religandum, cujus eſſet

Digitized by Google

set virgo, & quo casu in tam indigna vincula incidisset cum multa blanditia quærit. Tum illa omnes dudum meditata dolos, composito ad mœstitiam vultu narrat: „ Mnohoslaus „ de Oskorzin, inquit, pater mihi est, eum venatu secuta, „ quod præsens cornu venatorium, mulsumque refocillando „ seni patri una acceptum testatur, fallente vestigio aberra- „ vi a comitatu cetero, quæsitoque nequicquam exitu, in- „ cidi tandem miserabili casu in prædatrices Wlastæ puellas, „ capto illæ equo meo quadrupedem, ut conspexeras, con- „ strinxerunt reluctantem earum societatem inire, ad sup- „ plicium in arcem suam raptaturæ. Sed cum huc ventum „ esset, raptrices, inquit, puellæ audito comitatus tui fre- „ mitu, quod putarent Mnohoslaum patrem cum magna „ manu adventare, ab equo vinctam dejiciunt, ipsæ in om- „ nes partes diffugiunt. At tu quisquis es (lamentabili „ voce lacrymisque mendacibus per genas fluentibus prose- „ quitur) vir fortissime, serva miseram, meque patri meo „ redde, sic tibi tuos Dii servent. „ Pluribus orare pa- rantem interpellat Cztiradus, filiæque nomine compellans, bono esset animo, jubet, visuram eo adhuc die patrem, quem & nosset, & cujus ipse quoque hospicio amicissime usus fuisset. Hortante deinde puella, ut secum paululum in substrato consideret gramine, promulsideque, quam ipsa ad recreandum patrem attulisset, pulverem æstumque dilue- ret, nihil cunctatus & præbibit ipse, & ceteris propinavit. Ac tantæ erant animi tenebræ, tam obcœcatus amor ho- minis malesidæ mulieris blanditiis, ut potum etiam mirifice col-

Digitized by Google

collaudaret, ignarus qualem peſtem ſuis ſociorumque viſceribus infudiſſet; ſic enim is potus veneficiis magicisque cantionibus erat decoctus, ut qui bibiſſent, eos omnino ſtupidos, atque ad ſe defendendum prorſus inutiles redderet. Super hæc verſutiſſima puella, quaſi jam ſalutis certa, juveniliter petere inſtitit, ut priusquam fatalibus his ſilvis excederent, venatorio ſibi appenſo cornu Cztiradus occineret. Datum & id puellæ blandimentis, ſed id demum erat ſuo ſe gladio jugulare. Hoc enim ſono, ceu dato ad erumpendum ſigno, provolant ex inſidiis armatæ puellarum turmæ, triſtique ululatu invectæ maleferiatos viros, ſtupentesque & eodem affixos veſtigio ceteros quidem jaculis confixos, enſibusque ſtratos humi profundunt, captis manus obtruncant, at Cztiradum catenis vinctum magnis clamoribus in Diewin pertrahunt. (b) Non alias lætiorem, quam eo ſpectaculo, Wlaſtam viderant; exultabat nempe impotens ſui mulier lenitam prioris doloris magnam partem hac tam illuſtri vindicta, eumque in ſua eſſe poteſtate, quem conſiliis ſuis ſemper infeſtum inſtar mortis odiſſet. Inde damnatus capitis indignus ea calamitate vir, educitur poſtero die ad ripam Moldavæ ex adverſo Wiſſehradi, cruribus fractis atroci ſpectaculo in ſublimem rotam implicatur, (c) multum dolente Przemyslo, quod ſe ſpectante indigniſſimo mortis genere tam charum caput periret, terræque mandari non poſſet.

Cztiradus cæſis comitibus capitur,

miſerabili ſupplicio e medio tollitur.

Memoriæ prodidere nonnulli, dum ea cædes comitum Cztiradi fieret, & Cztiradus ipſe a puellis ad Wlaſtam

Digitized by Google

Dæmonum cachinni.

raperetur Dæmonum cachinnis (d) totam eam silvam resonuisse, applaudentium sine dubio scelestissimo facinori, unde ad ipsos quæstus non minimus accederet. Silva porro, ubi Sarka tam insigni perfidia Cztiradum circumvenit, ab ea usque nunc Sarka vocatur, (e)

Sarka silva.

ANNUS JESU CHRISTI 742.

ZACHARIÆ PAPÆ 2. CONSTANT. COPRON. 23. PRZEMYSLI 21.

(a) Vicus is hodie supereſt in regione Rakonizensi, nonnisi uno lapide Praga dissitus,

Dalem. hist. Bohemic. c. 13.

(b) Si Dalemilus Mezericzky idem architectus fuit hujus narrationis, qui primus prolator, næ ille egregii Poetæ partes hic obivit, non perinde laudes historici meritum persuadet omnium veterum ante eum hac de re silentium, nisi dicere malimus: Dalemilum hæc ex vetusta quapiam, ingenioseque efficta comœdia depromsisse, nam jam antiquissimis temporibus, cum sacerrimus Ordo S. Benedicti juventutem apud nos disciplinis institueret, usitatum fuisse, ut ejusmodi Dramaticis exercitationibus discipulos suos perpolirent; suis locis docebimus, & tradit Trithemius, aliique. Certe ex vetusta hujus generis Tragœdia plane quid simile in gesta & historiam Ottocari II. Regis nostri irrepsisse, ostendemus, cum ad ejus regimen pertigerimus. Ceterum Dalemili narrationem posteriores, ut fit, pluribus adjectis, elegantiusque adornatis excoluerunt, præsertim de potu illo venefico cujus nec Dalemilus, nec ejus interpres Hofmannus meminit.

Trithem. in Chron. Hirsaugiens.

Æneas Silv. hist. Bob. c. 8.

(c) Non alia præter hanc memoria: Slavos veteres majoresque nostros rotæ supplicio usos; imo contendunt quique apud gentes ethnicas tum primum rotam cruci successisse, cum ad Christiana sacra Crucisque venerationem transiissent; rotam vero illam, de qua agunt veteres quique, diversissimam ab hac fuisse, in qua videlicet rei alligati torquebantur ac distendebantur. Cujus machinæ structuram elegan-

Cujacius l. 3. Observ. c. 28

Digitized by Google

gantissime describunt Acta S. Julianæ Virg. & Mart. c. 3. n. 14. Porro Slavos crucis supplicio usos vetustissima suppetunt documenta apud Ditmarum, Dusburgium, & cumprimis Helmoldum, qui tandem suscepto Christi Evangelio supplicii istius genus a Geroldo Episcopo Comiteque amotum scribit. Eundem prorsus morem fuisse veteribus Hunnis Slavorum municipibus docet Priscus, qui ab usitata illa norma aliam porro prodit, dum ait: *Hos immissis inter duo cornua lignea capitibus in cruce necarunt.*

Helmoldus Chron. Slav. l. 1. c. 83.

Priscus in Excerpt. legat. p. 39. p. 47.

(*d*) Hem quo pacto invalescant fabulæ: Dalemilus narratis Ssarkæ technis Hyperbole utitur, aitque tantum hoc fuisse femineum stratagema, ut vel dæmonibus cachinno fuerit; e quibus posteriores, & inter hos primus Pulkava, novum figmentum consarcinarunt: cachinnantium & applaudentium dæmonum jubila hic loci audita esse. Imo Crugerius scribit: per tria tandem sæcula prope usque ad Boleslaum Pium hunc locum tantopere a lemuribus infestatum fuisse, ut mali dæmones occisorum isthic juvenum vultus mentiti, homines per hanc silvam iter facientes variis larvis territavarint. Sed interpres Dalemili Hofmannus rectius feliciusque sensum Dalemili expressit, dum ait tantum hoc fuisse facinus malitiamque muliebris sexus, ut vel infernis spiritibus cachinno esse potuisset.

Dalem. hist. Boleslav. c. 13.

Cruger. in S. Pulver. ad 24. Febr.

Hofmannl Chron. Boh. apud Hier. Pez. T. II. in Script. Aust.

(*e*) Hodie de silvis vix quid reliquum, imo jam Pulkavæ ævo [illegible]ssimum excisæ fuisse videntur, aitque suo tempore totam vallem re[illegible] Brzevnoviense cœnobium Ssarka appellatam. Chronicon Anony[illegible] silvam hanc a S. Adalberto redemtam, in eaque monasterium [illegible]noviense conditum tradit. Nomen hodie perstat, obtinetque il[illegible] præcipue rivus, qui ex lacubus apud Brzwy exortus, per hanc [illegible]sam vallem decurrit, ac infra Pragam ad Podbabam dictam in [illegible]avam se conjectat.

Apud Menken. T. III. & Ludewig. T. XI. Reliquarum Mss.

PRÆTERMISSA.

[illegible]oc anno, ut pluribus contra aliorum opinionem evincit Pagius: [illegible] natus in Galliis Carolus Magnus Pipini filius, qui primus omnium [illegible]m nostram fecit tributariam. Neque conticenda hoc anno jacta [illegible]ojoaria fundamenta Altahensis inferioris cœnobii, e quo colonias [illegible] in Bohemiam emissas suo tempore ostendemus, quanquam breve [illegible]nicon Altahense id jam ad An. 740. referat.

Pagius in Critica Baronii ad h. a.

Chron. Monast. Mellicens.

Digitized by Google

ANNUS 743.

Annus ſeptingenteſimus quadrageſimus tertius, quam fluxæ atque inſtabiles eſſent humanæ res, exemplum fuit memorabile. Per hos enim dies ſic malefida fortuna Wlaſtam, femineumque nomen ad ſummum extulit, ut eodem pene puncto temporis ad ima deturbarit. Equeſtri nuper prælio recentique Cztiradi cæde domitum omnino credebant mulieres virile nomen, nihilque jam eſſe, quod properantibus ad dominationem officere poſſet. Jam & Wlaſta ſucceſſu rerum indies tumidior, & quia ſe fraude, non virtute tantillam heri cladem a Przemyslo accepiſſe ſciebat, virium ſuarum contemplatione inflatior, e ſublimi ſolio menſe Aprili ad evocatum muliebre concilium verba fecit longa ſermonis ambage. Sub epilogum omnes ſtupentes hærentesque effecit, dum ſevero vultu expoſceret, quam eſſe Wlaſtam putarent? palam edicerent. Cui Budeslawka compoſita ad omnem ſubmiſſionem voce ceterarum nomine reſpondebat, appellando Principem, Reginam, Deam, victricem Bohemiæ, virorum triumphatricem, plane dignam, cujus imperio non hominum modo genus omne, ſed & ipſa etiam ſidera atque aſtra ſubjiciantur; denique prudentiam ejus majeſtatemque Olympiæ Macedonum Reginæ, Didonique Carthaginenſi conferendo, & ſupra omnem muliebrem gloriam, quam ſeu Circe, ſeu Clitemneſtra, ſeu Polixena, ſeu Iſis, ſeu Minerva, Venus, Ju-

Wlaſtæ faſtus & tumor.

Digitized by Google

Juno, aut Semiramis sibi peperissent unquam, extollendo. Hoc fastu inflata mulier jam animo nihil nisi imperium versans, universamque Czechiam e nutu suo pendentem secum effingens ausa est viros ad fidei sacramentum vocare, legesque hac forma in apertum proferre: I. *Infanti puero in Bohemia nato dextera manus pollex amputatur, ne cum adoleverit, ensem stringere, neve tractare ferrum possit.* II. *Eidem puero dexter oculus eruitor, ne sub clypeo parmave recte collineet, neu ex arcu destinato feriat.* III. *Natæ feminæ dextra manuna candente ferro aduritor, ne succrescat, neve telum jaculanti officiat.* IV. *Gladios, armaque ferre capitale viris esto: capitale iisdem esto divaricatis distractisque cruribus equitare, alio quovis modo equo vehi fas esto.* V. *Viri omnes nobiles ignobilesque aratris servilibusque operis addicuntor, solis feminis pro capite virorum pugnare fas esto, patriæque fortunas defensare.* VI. *Virgini, quemcunque collibuerit maritum legere, jura sunto.* (a) Has cum recitasset, ad confertam multitudinem profatur: itane eis videretur rem sapienter atque ex æquo statuisse? at Diewinenses turmæ ingenti plausu rem excipiunt, & Budislava in medium progressa hac laudatione Wlastæ præcepta publice ornat: „ Immortalitate dignissima virginum! Dii immortales „ hæc sensa infudere animo tuo, quibus neque utilius, ne„ que æquius, neque sapientius vidit unquam orbis. At „ vero ea omnium coram adsidentium mens est: leges has „ sciat universa Boemia, eas ut per omnem quaquaversum „ regionem evulgari facias, te monent obsecrantque, ut

Ejus leges.

Digitized by Google

„ quantum tibi muliebrique generi ſtipendiarii vectigales-
„ que jam quoque viri ſint, pernoſcant.„ Et rem Wlaſta
Virorum trepidatio. pronis excipiens auribus illico manifeſtam fieri præcepit,
quæ tantam cum indignatione formidinem viris incuſſit, ut
deploratis quaſi rebus armati ad Przemyslum accurrerint,
auxilium ab eo conſiliumque qua precibus, qua minis in eo
rerum ſuarum articulo petentes. Nec ille trepidis defuit,
ſed dilato in diem tertium reſponſo, poſtea impediri ſe qui-
dem effatus, quo minus pœnas e veſtigio de mulieribus
exigat, ex oraculis tamen ſe didiciſſe irritatos jam tandem
puellarum ſceleribus Deos, octavo poſt die Deam Dyrceen
eis terga obverſuram, Deumque Zelu alieno ab iis futu-
rum animo. Igitur ad eum diem ſilenti agmine Wiſſehra-
dum convenirent, inde clam poſtrema nocte tranſmiſſo rati-
bus Wltava ad oppugnandum Diewinum ſecum profecturi.
Jamque pridie ejus diei, qui fuit 14. menſis Maji, ſub pri-
mam noctem denſa in Wiſſehrado armis virisque erant om-
nia, quos ſine tumultu curare corpora, ſomnumque capere
juſſos poſtero die Princeps dubia adhuc luce omnes in aciem
eduxit, tranſgreſſusque ſub ſignis, quem diximus, amnem
Diewinum oppugnatur. ſumma vi Diewinum oppugnare cœpit. Sed ea fuit mu-
lierum ferocia, animique obſtinatio, trabium ſaxorumque
pondera perpetuo imbri ſuperne jaculantium, ut poſt cruen-
tum horarum aliquot certamen referre pedem viros, irrito-
que conatu in tutum ſe recipere coegerint, Przemyslo iden-
tidem vaticinantis ritu clamante: „ Bene cedit opus, ſic
„ fieri oportuit.„ Dato deinde ad reſpirandum ſpatio horæ

vi-

Digitized by Google

viri oppugnationem integrare jussi, haud meliore eventu pugnarunt, saxis enim ac missilibus, liquata præterea pice ardenteque aqua, & alia omnis generis peste adusti, laceratique, cum conferti caderent, quod in tam densam multitudinem nullum telum frustra incideret, coactus Princeps receptui canere, quam tumultuosissimam fugam fieri in vicinum nemus imperat. Id stratagema bello finem attulit. Wlasta enim rata viros fugere, patefactis repente portis erupit, ac priusquam reliqua puellarum agmina superatis portarum anguſtiis accurrerent, ipsa cum quinquaginta ferociſſimarum equitum globo extremum fugientium agmen assecuta magnis animis adoritur; sed posteaquam dato signo repente viri circumegerunt aciem, densis ordinibus & infestis signis ex adverso constiterunt, jamque accurrentibus hinc ex simulata fuga viris, inde omnibus ex castro puellarum turmis justa utrinque acies fuit; tum vero atrox est prælium exortum his pro libertate, vindicandisque injuriis, illis pro dominatione ex conscientia scelerum infestissime dimicantibus. Diu ancipiti Marte pugnatum acerrime est, multis utrinque cadentibus, dubiaque in utramque partem victoria: tandem ab dextero virorum cornu initium vincendi factum. Ex ea parte septem fortissimi juvenes de familia Heskii eruptione facta per mediam puellarum aciem infestis mucronibus Wlastam petierunt, obtruncataque ante oculos armigera, ita eorum quidam chalybeam Wlastæ cassidem gladio discidit, ut eodem ictu gravissimum illi vulnus secundum caput inflixerit. Sed ne sic quidem ferox mulier acie

Viri fuga simulata Wlastam ex castro elicuit.

Prælium.

ex-

Digitized by Google

exceſſit, verum ut enormiores ſunt morientium vires, circumacto ſtrenue equo quinque fortiſſimis juvenum ſauciatis Stiaſoni corneum etiam ſcutum medium diſſecuit. Atque id Wlaſtæ facinorum fuit poſtremum. Stiaſo enim abjecto clypeo cedentem Wlaſtam inſecutus, ſic gladio percuſſit, ut diviſo capite, fœdeque hinc atque hinc pendente diſciſſa cervicis compage proterendam ungulis ab equo præcipitarit. Hic demum renovato viri clamore impetuque puellarum aciem propellunt, momentoque temporis non jam pugna, ſed cædes fuit. Quæ prælium inierant in medio cæſæ, reliquæ ſubſidiariæ turmæ ſignum ineundi certaminis nequicquam præſtolantes, viſa tandem Wlaſtæ ſociarumque cæde caſtrum præcipiti fuga petunt, ſed a viris terga prementibus deprehenſæ intra portas, victores pariter in arcem traxere. Ibi expleta cum illis libidine, cum blanditiis, lacrymisque nihil proficerent, militari rabie ad unam conciſæ, (b) corporaque per muros abjecta canibus corvisque diſcerpenda. (c) Caſtrum mandato Principis direptum, ſubjectis deinde facibus arſit. Cujus roboris ea moles fuerit ſuperſtites muri tres propemodum cubitos alti craſſique hodieque oſtendunt. (d) Inde ad dividenda ſpolia verſi victorum animi: Aureum Wlaſtæ torquem cum annulo Principi oblatum, eo donante, Stiaſo fortitudinis ſuæ præmium opimum tulit. Enſis Wlaſtæ Nezamyslo ceſſit, aliæ aliis pro cujusque merito manubiæ diviſæ, omnesque eximie a Przemyslo pro concione laudati. Hunc exitum habuit funeſta ancillaris flamma, quæ exiguis primum favillis orta, deinde more in-

Wlaſta ſruciatur.

Puellarum cladcs.

Dirwinum diruitur.

Spoliorum diviſio.

Digitized by Google

incendii ſeptennio Bohemiam pervagata, poſtremo nonniſi multo ſanguine reſtingui potuit.

ANNUS JESU CHRISTI 743.

ZACHARIÆ PAPÆ 3. CONSTANTINI COPRON. 24. PRZEMYSLI 22.

(a) Harum legum pleræque a vetuſtiſſimis Scriptoribus proferuntur jam olim in Aſia ab Amazonibus latæ. Sic enim Pomponius Mela: *Feminæ cum viris bella ineunt, atque ut habiles ſint, natis ſtatim aduritur dextra mamma, quæ exeritur, virile fit pectus, arcus tendere, equitare, venari puellaria penſa ſunt: ferire hoſtem adultarum ſtipendium eſt, adeo ut non percuſſiſſe pro flagitio habeatur.* Sextus Empiricus author eſt: maſculos liberorum, ſi quos genuiſſent, claudos feciſſe, ac debiles, ne ullum facinus viro forti dignum edere poſſent. Et Curtius: *Aduritur dextra mamma, ut arcus facilius intendant, ac tela vibrent.* A qua quidem mammæ exſectione eas nomen inveniſſe plerique cum Iſidoro Hiſpalenſi contendunt ſcilicet a græco α ſine & μαζὸς mamma quaſi mulieres ſine mamma. Dalemilus autem legum iſtarum, ut ceterarum potiſſimarum rerum Amazonicarum faber, de mammæ exuſtione nihil refert. *Sarnicius Annal. Polon. l. 1. c. 14.* *Sext. Empyr. l. 3.* *Curtius l. 6.* *Dalem. hiſt. Boleslav. c. 14.*

(b) Nihil de Wlaſta, nihil de legibus, nihil de hac carnificina, aut prælio Coſmas, qui ait ex utriuſque partis placito per tres dies continuos convivia, ludoſque cum adoleſcentibus in caſtro Diewin initos, ac denique ab adoleſcentibus ſingulis ſingulas raptas virgines, cum quibus poſtmodum pacis pacto inito arcem Vulcano deſtinatam eſſe. Nec obſcurum eſt hæc ſola verba Coſmæ jam ſupra allata de iiſdem puellis ſequentis: *Et quia ſæpe virgines ſolertiores ad decipiendos juvenes fiebant, ſæpe etiam juvenes virginibus ferociores exiſtebant, modo bellum, modo pax inter eos fiebatur.* Argumentum fuiſſe poſterioribus noſtris, e quo tot cædium, fraudium, rapinarumque hiſtorias Poetarum ritu deduxerunt; qua in re facem eis prætulit in rhythmis ſuis Dalemilus Poeta ipſe. *Coſm. Chron. Bob. l. 1.*

(c) Mirum ab Hayecio illud etiam omiſſum, quod de Sſarkæ ſorte refert Dalemilus, narrans, repertam etiam inter puellas in arce *Dalem. hiſt. Boleslav. c. 15.*

Digitized by Google

Diewin asylum quærentes Sſarkam, ſororemque ejus Darkam, quas fame prope enectas vivas ſepeliri fecerint.

(d) Hodie Dieweźi Hrad plerumque nomen obtinet, ruderaque oſtendit, qua Praga in vicum Rzeporey via ducit.

PRÆTERMISSA.

Paglus crit. Baron. ad h. a. Hoc anno vicina nobis Bavaria & Saxonia bellis arſit: Odilo Bajoariæ Dux a Carolomanno & Pipino cæſus vix cum paucis evaſit. Non tamen tam plane iniquam ſortem experti Saxones Carolomanno bellum inferente.

ANNUS 744.

Annus ſeptingenteſimus quadrageſimus quartus eximia Przemysli abſtinentia, animique moderatione vel poſt victoriam inſignis. Nam cum reddita pace publica alii condendis villis vicisque, alii divitiis auctiores ædificandis caſtellis, urbibusque operam darent, etiam Rozhon quidam Mſtibogio natus Kurimium permunire cœpit. Cum autem uſurpato Ducis nomine (a) Przemyslo contumelioſe gravis eſſe pergeret, miniſtrique Wiſſehradenſes ab recenti victoria feroces ad hominem armis in ordinem cogendum, ejusque terram Nezamyslo vindicandam Przemyslum exſtimularent, dignum modeſtia ſua Princeps reſponſum dedit: „ Sufficere potuit Principatus Wiſſehraden-„ ſis patri, cur non ſatis ſit filio? fruatur quisque, ut lu-„ bet, dominatu ſuo, raptoremque alium, quam Przemys-„ lum metuat; præſertim, qui ex oraculis ſciam: filii mei „ Prin-

Rozhon Kurimium permunit,

Ducis titulum ambit.

Digitized by Google

„ Principatum gloria, & longinquitate temporum ceteros „ ſuperaturum. „

Eodem hujus ſæculi anno Bila vel Biela Libuſſæ ex Kaſſa ſorore neptis, imperio matris ad fluvium Bielam arcem juxta atque urbem Bilinam condidit, eo nomine adhuc durantem. (b) *Bilina arx & civitas.*

ANNUS JESU CHRISTI 744.

ZACHARIÆ PAPÆ 4. CONSTANT. COPRON. 25.

PRZEMYSLI 23.

(a) Si conſervatæ nobis eſſent memoriæ, non unum hunc Kurimenſem præter Wiſſehradenſem, ſed plures alios Duces Bohemiæ in hiſtoriis noſtris legeremus, pluriumque nomina ex exteris Scriptoribus conſequentibus duobus ſæculis proferemus. Ea enim fuit tunc facies univerſæ prope Germaniæ, ut tot prope Duces, quot reſpublicas civitatesque numeraret; ſic conſtat paulo ante vicinam nobis Bojoariam in tetrarchiam fuiſſe diviſam; ita de Saxonibus canit vetuſtus Poeta Saxo, idem conſtat de Avaribus Danubium accolentibus, Srbis, Luiticiis aliiſque Slavicis populis, qui pro pagorum pene numero Duces habebant. *Pagius ad Ann. 743.*

(b) Hæc civitas cum nobili arce nova in agro Litomericenſi Pragæ novem milliaribus abeſt, eſtque Lobkoviciorum Principum hodie ditionis. Imminet civitati mons, qui ob illius propinquitatem Bilinenſis nuncupatur, auro olim argentoque dives. Rupem hic eſſe teſtatur Balbinus magna ſui parte præcipitem & calvam, in eaque dictamnum nigrum & album, crocum, item alias peregrinas rariſſimasque herbas ac flores virere. Integra olim regio ab hac urbe nomen traxit in Diplomate ſupra allato Stadicenſi *Bilynsky* appellata, in ea ſalem effoſſum fuiſſe a majoribus noſtris ex vetuſtorum annalium fide ſibi compertum memorat idem Balbinus, protinus ſubjiciens: ſalinares ibi *Balbin. Dec. 1. l. 1. c. 12.*

Digitized by Google

ibi puteos hodierno etiam tempore monſtrari. Et noſtra ætate ſalubres Bilinenſes aquæ, quæ Salterranis acidulis æſtimantur pares, ibi hauriuntur.

PRÆTERMISSA.

Pagius ad h, a. Hoc anno rurſum Carolomannus & Pipinus Saxoniam ingreſſi Theodoricum Ducem cereris ſubactis ceperunt. Ita Pagius ex Annalibus Metenſibus.

ANNUS 745.

Anno quadrageſimo quinto ſupra ſeptingenteſimum ſentiens Przemyslus annis curisque fractum corpus ſupremo tentari morbo, evocatis Wiſſehradum principibus civitatum, inde a Czecho orſus, quæ deinde Crocus, quæ Libuſſa, quæque ipſe recte atque e republica præſertim contra femineam peſtem geſſiſſet, prolixo ſermone expoſuit, ac impendentia quæque animo præſago prædixit. Actis deinde gratiis, quod in omnibus dicto ſibi audientes fuiſſent, hortatusque, ut eundem animum ad Nezamyslum adferrent, inter ſupremas lacrymas, imperioque ejus perennitatem exoptantes, dimiſit. Ad ſextum poſtea diem, quam optimates valere juſſerat, accitum Nezamyslum (a) cum paternis monitis, ſanctiſſimisque conſiliis impleſſet, inter ultima filii oſcula e vita abiit, (b) ſervans æqui, injuriarum patiens, profuſior ſui, quam alieni appetentior, acerrimus legum cuſtos. (c) More temporibus illis uſitato terni quinique groſſi mortuo in manus dati, triduo integro planctu & vociferationibus deploratus eſt.

Przemyslus moritur.

Fu-

Digitized by Google

Funebrem pompam Nezamyslus omnisque populus pulla veste, effusoque fletu prosecuti, gentis suæ ritu in Hrobka (d) sub Wissehrado super torrentem Boticz Principis exuvias condiderunt. *Tumulatur in Hrobka.*

In exitu hujus anni septingentesimi quadragesimi quinti Nezamyslus (e) Przemysli filius susceptis a populo pro se votis inter faustas comprecationes solenni ritu (f) Princeps in locum est patris suffectus. *Nezamyslus creatur Princ.*

ANNUS JESU CHRISTI 745.

ZACHARIÆ PAPÆ 5. CONSTANTINI COPRON. 26.

PRZEMYSLI 24.

(a) Primus omnium Æneas Silvius Przemyslo tres filios adscripsit, quem dein secutus est Dubravius; sed duos immatura morte sublatos ajunt. Weleslavinus plane horum duorum filiorum nomina profert: *Radobilum* seniorem, *Lidomirum* alterum appellatum. Radobilo obvenisse ait regionem Lucensem, Varensem, & Lipensem; Lidomiro vero Lusatensem & Srbensem, qua in re præter alios etiam Balbinum sectatorem nactus est. Hæc vero Balbini assertio tantæ authoritatis visa est Carpzovio, ut non dubitaverit Lidomiro ejusque posteris Principatum Lusatiæ & Srbiæ vindicare, a quo procul dubio abstinuisset, si rem a tam nuperis novisque authoribus profectam cognovisset, nec alterius vetustioris testimonio roboratam. *Silv. hist. Boh. c. 9. Dubrav. hist. Boh. l. 2. Veleslav. in Geneal. Duc.* *Balb. Dec. 1. l. 7. c. 4. & in Epit. c. 10. p. 83. Carpzov. Laußitzer Ehren-Tempel c. 2. §. 2.*

(b) Cosmas Przemyslum plenum dierum decessisse ait; Stranskius nonagenario majorem. Veleslavinus ipso ætatis suæ nonagesimo anno. Sunt tamen qui ex Christanno ariolantur Przemyslum nequaquam grandævæ ætatis fuisse. In anno mortis ejus mira quoque variatio: Veleslavinus statuit annum 499. Stranskius 632. Balbinus 549. Puczalka 537. alii Hayecium sequuntur. Paprocius addit Przemyslum morien- *Cosm. Chron. Boh. l. 1 Stranskyi Reipubl. Bohem. c. 8. Veleslav. Gen. Duc.* *Paproc. in Diadoch. c. 11.*

Digitized by Google

tem jussisse coram adferri indumenta sua rustica, proceribusque legem dedisse: ut quoties Principem novum statuturi essent, ea proferrent in publicum, Principique indicarent, quo memor esset, qua conditione humili stirps ejus in solium elevata sit. Simulacrum Przemysli æri inciſum ex vetusto Mſ. Picturato inveniet lector posterius sub obitum Nezamysli filii ejus.

(c) Hrobkæ hujus, qui ante Hayecium meminisset, neminem reperio. Ceterum existimatur bustum illud esse, ubi gentiles omnes Principes usque ad Borzivogum humabantur. Nunc eo in loco ampla est domus, in qua quinque Principes ethninos, nempe Przemyslum, Nezamislum, Mnatam, Wogenum & Krzezomyslum ibidem olim sepultos, ut tradunt, videre est coloribus pictos.

(d) Passim Przemyslus primus legum Slavicarum conditor creditur in gente nostra. Cosmas enim illum *jura legum* instituisse memorat, & rursum ait eum *omnia jura, quibus hæc terra regitur, eum dictasse*, unde posteriores quique nostri argumentantur, posteriores quasque scriptas leges Przemysly esse. Exstat Mſ. sat vetustum titulum præferens Prawa Czeſká Panſtá, quod genuinus legum Przemyslearum codex, a quibusdam creditur, at perperam, dialectus enim vicinior nostris, quam illis est temporibus, & sat copiose alibi ostendimus genti nostræ eo ævo literarum usum non fuisse.

Cosm. Chron. Bob. l. 1.

(e) Veleslavinus ait Nezamyslum 35. annos natum ad Principatum pertigisse, atque sic dictum, quod nihil novi invenerit, sed juxta leges patris sui quiete rempublicam administraverit. Sunt tamen, qui eum nullius pretii hominem patrique dissimillimum scribant. Dubravius enim ait Przemyslum patrem recte divinatum, dum filio suo nomen quasi hebetis & incogitantis indidit; quare recte Premyslum Prometheum, Nezamyslum Epimetheum græce dici posse; idem sentit Boregk, Paprocius & Julius Solimannus; aliis cum Hayecio eum etiam summis laudibus cumulantibus.

Veleslav. in Geneal. Duc.

Dubrav. hist. Bob. l. 2.

(f) Solennem hunc ritum his verbis potissimum ex Stranskio describit noster P. Victorinus: Ritus commendandi Principibus rempublicam, & ipsos inaugurandi primis illis ante & post Przemyslum sub Ethnicismo temporibus, fuit iste brevissimus ac simplicitatis plenus: con-

Digitized by Google

Convocata ad Gezerkam ſubjectum Wiſſehrado fontem omni populi multitudine, prolatisque in medium Libuſſæ ſolio, & Przemysli mitra ducali ac pera agreſti, cum factis e querno robore calceis Duces novos, ſtipulati prius ab ipſis in gubernando patrii moris obſervantiam, publice proclamabant, collocabant in Libuſſæ ſolium, agreſtiumque calceorum & peræ intuitu ad originis tenuioris conſiderationem, & modeſtiam commonefactis, mitram ducalem ſolennibus cum acclamationibus, veneratione, & obſequiorum conteſtationibus, in caput imponebant. Claudebant Panegyrim iſtam epulæ communis lætitiæ teſtes.

PRÆTERMISSA.

Rurſum hoc anno Carolomannus in Saxones movet, pluresque eorum baptiſmalibus aquis lavantur. Pagius ex Annal. Metenſ. *Pagius ad h. a.*

AN-

Digitized by Google

ANNUS 746.

NEzamyslus a proceribus rogatus ab insignis alicujus urbis structura Principatus sui initia ducere, Tetkæ materteræ suæ, quod eam Deorum consiliis magis instructam crederet, id negotium se delaturum respondit. Illius itaque auspiciis surrexit hoc anno nobilis ad fluvium Mizam urbs Slawossow (a) a marito Tetcæ sic dicta; sed cui postea Beraunæ nomen constanter adhæsit.

Slawossow urbs.

Dum hæc in Bohemia geruntur, ingens alibi rerum mutatio. Scythæ campestris populus solitudinibus suis maximo numero egressi, Cumaniam primum seu Moldaviam, inde transgressi in Pannonias profligato Rege Swatopluco, vastissimum illud regnum nunc Hungaria appellatum infinitis agminibus obruerunt. Septem ejus gentis Principes: Arphad, Zobolech, Giula, Kund, Leel, Werbulch & Urs ædificatis totidem castellis hodiernæ Transilvaniæ nomen dederunt, quæ a septem illis castris Bohemis quidem Sedmihradská Země dicitur. Atque hæc posterior est Scytharum in Pannonias immigratio. (b) Prior enim eorundem Scytharum, seu Hungarorum erat sub immanissimo Duce

Scytharum migratio.

Transilvania.

At-

Digitized by Google

Attila, poſt cujus obitum illi a Slavis Pannonia ejecti ſunt, eorumque Slavorum adhuc magna pars montes, fluviique Vagi ripas accolit. Sed annis trecentis ab Attilæ morte cum innumerabilibus copiis in has terras rurſum reverſi.

ANNUS JESU CHRISTI 746.

ZACHARIÆ PAPÆ 6. CONSTANT. COPRON. 27.

NEZAMYSLI 2.

(a) Olim Beraunam Slawoſſowium appellatam inter omnes fere Scriptores convenit, quo caſu autem nomen hoc novum invenerit, ad annum 756. memorabitur. Ab ea civitate hodie non modo fluvius Miza, ſeu Mza, ſed & integra regio nomen accepit; cujus limites ſunt a meridie Prachinenſis & Bechinenſis provincia, ab oriente Kaurzimenſis, ab ſeptentrione Rakonicenſis, ab occidente Plſnenſis; quam ſuperioribus annis A. R. P. Erber in ſua Illuſtris Regni Bohemiæ notitia excudi quoque fecit inter reliquas tabulas Geographicas.

(b) Hæc ex Thuroczio, aut altero quopiam Thuroczii exſcriptore deſumſit Hayecius. Sed jam ad annum 686. & 720. oſtendimus, quam male hæc hiſtoriæ cohæreant. Quid de hac Hungarorum in Pannonias immigrationis epocha ſenſerit Eruditiſſimus Vir Georgius Pray S. J. in ſuis Annalibus veteribus Hunnorum Viennæ ſuperiore publicatis anno, libet apponere: *Explodendus eſt Thuroczius, qui enormi anachroniſmo lapſus ad hæc tempora Hungarorum in Pannoniam adventum conſignat. Eodem errore abrepti ſunt, qui poſt eum id argumentum pertractarunt, plerique: quæ ubi locus nos admonuerit, illuſtraturi ſumus. Forte errori iſtinc cauſa exorta eſt, quod Avares quadraginta fere annorum ſpatio quieti in Pannonia conſederint; poſtea autem, quam in Carentaniam adverſus Boruthum, & defuncto Hugiberto in Bajoariam ultra Anaſum profecti eſſent, famam ſui pene obſoletam apud finitimas gentes rurſum excitarint.* Ceterum ante hunc ipſum annum Hungaros fuiſſe in Pannonia, nec eorum iſthic tam obſcuras hoc tempore memorias & geſta prodit epitaphium,

Thurocz. P. II. Chron. c. 23

Pray in Annal. Hunnor. l. 2. p. 265.

Digitized by Google

Luithprandi Longobardorum Regis anno 744. demortui; quod A. R. P. Pray in memoriis ſuis Hunnicis præterilt.

Baronius in Annal. Eccleſ. ad h. a.

Ungerus a ſolo hoc adjutus, Francus & omnes,
Vicini grata degebant pace per omnes - - -

ANNUS 747.

Bielam inter Kaſſæ ex Biwogio filiam, & Koſſalum Rodoſlio patre de pago (a) Rodoſſowicz natum, nobilem ac pecorum prædivitem hominem nuptiæ celebratæ. Novus maritus (b) uxoris paſſim inſomniis, auguriisque morem gerens translatis Bilinam gregibus cum ea communiter vivebat. Amoribus tamen Bielæ nominisque ſui poſteritati dandum aliquid ratus, emiſſis ſervis locum opportunum condendo caſtello hac ipſa in regione exquiri juſſit. Qui ſolerter perluſtrata terra rupem monti incubantem e meridionali plaga Bilinam & Wiſſehradum inter ei indigitarunt. Nil cunctatus ſublimem illico firmamque arcem inſterni fecit ab uxoris nomine Bielicium vocans. At repugnabat Biela, quod ſatis ſibi ad poſteritatis memoriam Bielinenſis arx atque urbs eſſet, caſtrum a ſe Koſſalow (c) appellaret. Subjici paulo poſt juſſit villam capiendo pecori idoneam eamque Trzebanicze (d) nominavit; atque id cultæ hujus viciniæ fuit initium; nam ſilvis undequaque erutis loca pratis, accipiendoque ſemini aptata ſunt.

Koſſalow arx condita.

Trzebanicze villa.

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 747.

ZACHARIÆ PAPÆ 7. CONSTANT. COPRON. 28.

NEZAMYSLI 3.

(a) Hujus pagi nulla exstat memoria, nec nomen simile in universa Bohemia amplius reperitur.

(b) Paprocius hunc Kossalum facit originarium stirpis nominatæ apud nos olim familiæ Pruskowskiorum, qui tres soleas equinas in clypeo ferebant, simulque initia illius tantis respergit fabulis, ut suo indicio quasi sorex pereant. Ad Alexandrum enim Magnum merita hujus gentis transfert, repertumque unum ait ex illius majoribus, qui artem equos soleandi repererit, cum Alexander populos Boreales ob aquas gelu duratas adire ac expugnare nequiret. Addit noster P. Victorinus: hanc unam fuisse, quæ primas inter stirpes cum Czecho in Bohemiam advenerit, cujus posteri a Bilina civitate *Bilinæi Comites* postea sint vocati. Porro ab illis (quorum in Polonia stirps adhuc perseveret) Pruskowskianos etiam in Silesia & Moravia celebres, nec non alia Illustrissima Stemmata, nominibus discreta solum, ortum traxisse. Denique ejusdem familiæ Proceres amore S. Wenceslai sepulchrum sibi Vetero-Boleslaviæ pone eum locum, in quo sanctus Dux occisus est, elegisse; id sepulchrales lapides quamplurimos tribus equorum soleis notatos sub novæ Ecclesiæ exædificationem foras datos ostendere. Hæc ex Paprocio & Balbino noster P. Victorinus. At ex Cosma nostro hujus assertionis fundamentum penitus evertitur; ille enim Bilinenses Comites non facit unius familiæ, nec uspiam hereditarium istud nomen, seu regionem ipsam aut urbem castrumve fuisse asserit, quin verbis clarissimis innuit Comites Bilinenses non fuisse nisi castellanos, & comites limitaneos isthic contra Francos Saxonesque constitutos ex placito Ducum nostrorum procurationem castri regionisque gerentes; quod liquido ex historia Mztis Comitis ab eodem Cosma allata videre est; & nos jam ad annum 720. copiose prosecuti sumus. Quibus novum documentum addere liceat ex vita S. Guntheri nuper a Reverendissimo Prælato Rayhradensi Bonaventura Pitter vulgata, in qua diploma Przetislai Ducis *EPPONEM Præfectum urbis Bilinensis* appellat.

Paproc. in Ord. Domin. c. 25.

Cosmas ad Ann. 1060.

Bonav. Pitter in vita S. Gunth. p. 140.

Digitized by Google

Berghauer in Proto-Mart. Pœnit. c. 7. p. 215.

Posteriorius *Castellani* appellati leguntur uti in diplomate Friderici Ducis de anno 1187. *Bugota Castellanus de Bilina.*

(c) Kossalow hodie passim Koschtial appellatum inter arces dessertas locum habet in agro Litomericensi septem Praga milliaribus semi-altero Litomericio dissitum, nihil præter ruinas reliquum habens

(d) Trzebanicze hodie in oppidum transiit, nomenque passim Trebitz fert, ditionis est Benedictinarum Pragensium, quæ Moniales S. Georgii dicuntur.

ANNUS 748.

Anno septingentesimo quadragesimo octavo, Nezamysli Ducis quarto cruenta lis hunc ipsum Nezamyslum inter Wissehradensem, & Rozhonium Krimensem Principes exarsit. (a) Descripti erant dudum utriusque Principatus limites, (b) sed Rozhonii cupiditati nequaquam circumscripta. Ita novitia Nezamysli dominatione spreta explicare se ex angustiis suis, proferre fines arctare Wissehradenses terminos Rozhon cœpit. Monitus semel atque iterum per missos suos amicæ vicinitatis Principe pacis amante, tantum abfuit, ut quietem coleret, ut villam insuper Rziczanensem (c) non dubio jure Nezamyslo vectigalem ditionis suæ faceret. At Nezamyslus re per suos intellecta, convocato Procerum consilio armatam Rziczanum expedit manum, locumque, ut armis tuerentur, præcepit. Contra Rozhon suorum cuneavam adversum progredi, deletisque villæ istius præsidiis ima in interiora Wissehradensis Principatus proferri ju-

Lis de Rziczano villa.

A

Ad arma igitur ventum, uterque miles armatus in campos Strhovienſes (d) deſcendit. Commiſſa pugna, victus Kurimenſis Princeps, cæſi ſuorum trecenti, capti quinque ſupra quinquaginta, interque eos Rozhon Dux & prælii author deliteſcebat; ceteris omnibus ſine pretio dimiſſis, Rozhon unus omnium ſupplicium tulit; præciſis enim falce naribus, in manusque datis illis crepundiis, redire domum juſſus. Nezamyslus ex ſuis centum non amplius viros deſideravit. (e)

Pugna inter Nezamyslum & Curimenſem Ducem.

Rozhon captus naribus truncatur.

ANNUS JESU CHRISTI 748.

ZACHARIÆ PAPÆ 8. CONSTANT. COPRON. 29. NEZAMYSLI 4.

(d) Stranskius Kurimenſium Ducum hanc texit ſeriem, quam etiam ſervavit Paprocius: Primum facit Lechum, ac poſt ejus in Poloniam tranſitum Borzislao Bogi filio principatum cum Hayecio obveniſſe ſentit. Huic ſucceſſiſſe Gehonium, huncque excepiſſe Mſtibogium deceſſorum exemplo principum in Bohemia amicitiam reverenter, dum vixiſſet, colentem, Mſtibogio denique ſurrogatum filium Rozhonium vaſti ac inquieti ingenii juvenem, hunc ſcilicet pacis publicæ turbatorem. Duces peculiares olim fuiſſe Kurimenſibus ex Chriſtanno diſcimus, nomina & numerum nobis non prodidit antiquitas, recentiores hæc perſequuntur, quibus fontibus autem ea hauſerint, nuſpiam indicarunt. Quæſtio hic alia ſuboriri poteſt: Duxne Kurimenſis Princeps pleni juris, an feudalis vaſallusque Pragenſium fuerit? nam Stranskius adhuc Rozhonium hunc tantum dynaſtam vocat, & Hayecius ipſe eum Ducis titulum ambiiſſe memorat. At ſi Chriſtannum de Duce Kurimenſi duobus prope ſæculis poſteriore loquentem audiamus, is inter Pragenſem & hunc, nullum diſcrimen facit; veroſimillimumque etiam videtur Glafeyſio Duces Bohemiæ primis ſæculis pari jure gaviſos, quod cumprimis e vetuſtis quoque Scriptoribus Germanis eruitur, qui eorum nulli jus & prærogativam pe-

Stransky Reipubl. Bob. c. 2. Paprot. in urbibus.

Chriſtanus in vita & Paſſ. SS. Ludmillæ & Wencesl.

Stransky cit. loc. Hayecius ad A. 744.

Digitized by Google

culiarem tribuunt. Dum tandem contra Francorum crescentem potentiam vires unire causa publica persuaserat Ducibus nostris, procul dubio factum, ut Pragensibus tanquam ditioribus terris, populo, & ære summa credita fuerit, subsidiaque in bellum data, qui dein vario fato, bellis, affinitatibus, deditionibus Principatus omnes sibi subdiderunt, ac demum sub feudum dederunt, ut argumentatur mox citatus Glafeyius.

(b) Quos limites ducatus Kurimensis olim habuerit, non liquet; extendunt nonnulli usque ad Moraviam; sed id minus verosimile: hoc pacto enim Dux Kurimensis Pragensem terratum amplitudine facile superasset, & quos ducatus tandem, terrarumque spatia illis XIV. Ducibus assignabimus, quos sequente sæculo baptizatos constat a Ludovico, si Kurimensi Pragensique tantos regionum tractus concesserimus? ex hac porro meridionali plaga potentissimos olim Duces Lucenses fuisse in antiquis documentis reperimus, qui a regione hodierna Znoymensi multas in Boemiam usque procurrentes regiones tenebant, nominisque veteris hodie etiam testimonium præbet *Lucense* ordinis Præmonstratensium ad Znoymam cœnobium; nec dubium est inter hunc & ducatum Kurimensem intermedios quosdam fuisse alios, describiturque peculiaris ducatus regio secundum omnes plagas a Cosma, quem deinde Slawnici Patris S. Adalberti fuisse scribit, quem & ipsum Ducem nominat, vasallum videlicet jam tum, & Boleslao obnoxium.

Annal. Francо-Fuldens. ad Ann. 845.

Cosm. Chron. Boh. ad A. 981

(c) Ad hunc annum Paprocius primas memorias vetustissimas multisque nominibus & sæculis apud nos celebratæ Rziczaniorum familiæ rejicit. Nemo dubitavit unquam Rziczanios ab hoc ipso loco (qui hodiedum in regione Kurimensi duobus & medio lapide Praga dissitus inter oppida numeratur, atque ad ditiones Celsissimæ Principis Sabaudiæ pertinet) nomen sutum traxisse, idemque oppidum a spectatissima hac stirpe sæculis cum primis XIII. XIV. & XV. manutentum. At cum alias jam docuerimus: constare ex diplomatibus nostris aliisque veteribus documentis nobilitatem nostram ne quidem adhuc sæculo XI. se se a locis, oppidis, castris, aut urbibus, quorum possessores erant, scripsisse aut appellasse, eumque morem vel in ipsa Germania primum sæculo XII. invaluisse, familiæ hujus origines jam hoc sæculo ab oppidi hujus compellatione derivare, conjecturas sectari est, nisi ex archivis legitima documenta proferantur, non interrupto ordine ab hoc

Paproc. in Ord. Dominic. 9.

Digitized by Google

hoc ipso ævo locum hunc apud nobilissimam hanc gentem perstitisse, quanquam non dubitem, si diligentia majorum nostrorum familiarum memorias accuratius seu perscripsisset, seu conservasset, etiam superiora ævo hoc monumenta nos a Rziczaniis habituros. Hoc eodem oppido fundatum olim ab Illustrissima hac stirpe Canonicorum Regularium Collegium produnt historiæ nostræ, quod demum furor Ziskianus anno 1420. evertit.

(d) Dubravius locum hunc pugnæ Styrhow, Paprocius Styrow vocat; sed nullus hujus nominis amplius in regione Kurimensi reliquus, nisi fortassis Strboholy appellatum dicamus posterius, qui vicus Pragam inter Kurimiumque interjacet. *Dubrav. hist. Boh. l. 2. Paproc. in Diadocho c. 12.*

(e) Balbinus prælium hoc ad annum 504. rejecit, sed quando nequidem certa epocha imperio Ducum nostrorum defigi potest, operam est perdere, in Chronologiæ exquisitionem calamum exerere. Tam mirum mihi videri debet Hayecium per 38. continuos annos gesta Nemysli hujus describere, cum Cosmas omnesque post eum una cum Dalemilo ipso, tanto historiæ patriæ amplificatore, nobis nihil præter nudum Nezamysli nomen transcripserint. *Balb. Dec. 1. l. 3. c. 21. §. 2*

PRÆTERMISSA.

Cum Bohemiæ regnum invecto Episcopatu Moguntinum Metropolitam eo usque respexerit, dum tandem a Carolo IV. isthic Archi-Episcopatus excitatus est, prætereundum hic non videtur: Anno isto juxta Pagii calculum Moguntiam in Metropolim evectam esse confirmatamque a Zacharia summo Pontifice, cui tum S. Bonifacius in primum datus Archi-Episcopum. Bullam recitat Baronius: cujus vigore sedi huic omnes Germaniæ gentes, quas S. Bonifacius per prædicationem suam Christi lumen agnoscere fecerit, subjiciuntur. *Baronius ad An. 751.*

ANNUS 749.

Biela, quam supra ex Kassa Biwogium suscepisse docuimus, incedendo magnifice, equitando multum, ostendit nempe quid a matre suxisset, quid præterea de pa-

paterno sanguine hausisset, hac, quam subjicimus, occasione prodidit. Ad Kossalow (a) forte mariti castrum, ipsa, & præterea quinque famulæ equis iter æstivis diebus faciebant. Iter erat densis silvis, asperisque rupibus perdifficile atque impeditum, multaque subinde vallis intercedebat. In eam cum necessario se demisissent, nec opinato duos insolitæ magnitudinis ursos ruere contra magno murmure ex transversa rupe vident. (b) Nec periculum equorum flexu aut celeritate evitare concessum erat. Biela igitur & paterni facinoris memor, & gnara, quam fatale domui suæ esset has belluas vincere, stare contra jussit. Et commodum arma secum tulerant. Prima itaque Biela ad pedes desilit, idem faciunt pedissequæ, stantesque pro equis ruentium bestiarum impetum excipiunt, momentoque pectoribus venabulo transverberatis, gladiis deinde ferociorem ex vulneribus hostem conficiunt. Conscensis ab hoc claro facinore equis Kossalowium iter prosequuntur, factique seriem percensent multa verborum jactatione. Dignum marito Kossalo visum tam masculo facinori trophæum statui, raptasque de ursis pelles ac distentas pro castelli portis appendi. (c)

Biela ursorum victrix.

Sed & Biela monumento æternum duraturo id factum celebratura, elegans prædium excisis silvis illi loco, quo certatum est, injecit, Nedwiedizium, quasi Ursinum dicas, appellans. (d)

Nedwiedizium prædium.

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 749.

ZACHARIÆ PAPÆ 9. CONSTANT. COPRON. 30. NEZAMYSLI 5.

(a) Caſtri hujus memoriam denuo facit ad annum 1372. Hayecius. Balbinus id nomen ſuum inveniſſe ait a montis figura, cui inſtratum eſt. Mox ſupra innuimus hodie Koſtial appellari. *Ko* majoribus noſtris præpoſitio erat, *apud*, *ſtalo*, mandram, ſeu ſtabulum connotabat; an non igitur ad montis hujus radices olim ejusmodi mandra, ſeu ſtabulum fuerit, a quo imminens mons nomen traxerit, conjectura eſto. *Balb. Dec. 1. l. 3. c. 8. §. 3.*

(b) Bohemiam olim Moraviamque abundaſſe urſis, eorumque venationem inter nobilitatis delicias reputatam ex hiſtoriis noſtris liquet. Quin etiam carnes urſinas inter menſarum cupedias olim cenſas docet nos illa S. Guntheri noſtri ſui ipſius increpatio herbas coctas faſtidientis: *O Gunthari! ſuperbia tua te non ſinit refici hoc edulio humili. Ubi nunc vaporifera vel molliſſima ſimila? ubi nunc caprinæ ſpadulæ ſeu carnes urſinæ?* hodie nonniſi ungulæ urſinæ aliquo ſunt in pretio. Nec vero tanta eorum amplius, ſublatis undique denſioribus ſilvis, copia, ſingulis tamen annis nonnulli in limitibus Bavariæ Poloniæque confici ſolent. Ceterum an illud verum ſit, quod Schrœderus aliique nonnulli affirmant, urſos nequaquam hominibus, ſeu aliis viventibus animalibus inſidiari niſi forte irritatos, eosque nonniſi fructuum ſilveſtrium, favi, certarumque radicum eſca veſci, diſcutiendum relinquimus naturæ animalium ſcrutatoribus, hiſtoriæque iſtius Scriptoribus. *Teſtimon. Arnulfi de S. Gumbero. Pirzer p. 45.*

(c) Plaudunt venatores noſtri, inquit P. Victorinus noſter, ab eo Koſſali facto etiam hodie uſitatum morem increbuiſſe, ut, quoties rapacia quæque animalia, cumprimis volatilia, perimuntur, ea, aut eorum exuviæ portis arcium, aut certe ædium venatoriarum affigantur.

(d) Vicus hodie ſupereſt in regione Litomericenſi uno & medio lapide Bilina Litomericioque diſtans.

Digitized by Google

PRÆTERMISSA.

Pagius in Critica Baronii ad h. a.

Novæ in vicina Bajoaria belli flammæ: Pipinus contra Bavaros, ad quos Grypho confugerat, navale prælium parat; at illi timore perculsi pacem exorant, & obsides dant.

ANNUS 750.

Holot reperit sal fulgorum

Nonnemo Nezamysli ministrorum cognomento Holot ex vicinis saltibus montibusque quodam die Wissehradum reversus, admonuit Principem detecti a se laticis aquæ salsæ sub radicibus cujuspiam montis. (a) Nihil hoc nuncio lætius visum Principi, remittit hominem adjunctis duobus aliis, aquæque hujus portionem ad se deferri jubet. Tentata varie ejus aquæ natura, deprehensum tandem, posse in salem coqui. Holot itaque cum pluribus aliis rerum harum gnaris ad coquendum isthic salem jussu Principis abiens, præfecturam gessit. Et quoniam cum salinarum fama salinatorum crescebat numerus, placuit Nezamyslo super vicino huic monti, unde salsi latices erumpebant, colle urbem Slanam, quasi salsam dicas, condere. (b)

Urbs Slana.

At Zatecenses crescentem circa se Slanam limis aliquamdiu spectantes oculis, tandem qua vi, qua dolo fortunas surgentis urbis corruptum ibant; Moniti etiam minacibus verbis Principis, pacem quidem pollicebantur ac obedientiam, at deterreri non poterant, quin subinde, nocturnis præsertim incursionibus, vasa confringerent, everterent

Zatecenſium in Slanenſes maleficia.

Digitized by Google

rent coquinas, disjectisque salinatoribus ora jugis putei injectis molibus obturare conarentur. Tot provocati injuriis Slanenses ad vim demum & ipsi vertuntur, factaque manu centum quinquaginta de Zatecensibus trucidant, id quod ipsis exitio fuit. Nam Zatecenses refectis viribus æmulos anno mox consequente adorti, eos partim cæsos, partim fuga in diversa ablatos sedibus ejecerunt, salinasque coctoribus ipsi suis occuparunt.

ANNUS JESU CHRISTI 750.

ZACHARIÆ PAPÆ 10. CONSTANTINI COPRON. 31. NEZAMYSLI 6.

(a) Earundem salinarum scaturigines tenues adhuc supersunt, utunturque cives aqua illa hodiedum, ne tam profuso sale opus sit ad condiendum cibos. Multi posterioribus temporibus fontem hunc explorare, salemque elicere adnisi sunt; sed pene irrito conatu tum ob tenues admodum latices, tum quod sumptus in excoquendum profundendi pretium superarent, quo passim hic venalis sal ex Austria advectus prostat. Iidemque fassi sunt: nullum se indicium reperisse, salinos hos puteos isthic aliquando injectis molibus obturatos; scaturigines enim hodiernas ex saxosi montis cavernula integris omni parte laterum compagibus (quod & ipse vidi) profluere, nisi fortassis alio olim loco hi latices fuerint. Zacharias Theobaldus, junior dictus, rerum naturalium explorator solertissimus idemque peritissimus anno 1607. fontes hos perscrutatus est, quos erudite suo libro de Arcanis naturæ descripsit.

(b) Ad hunc locum hæc adjecit noster P. Victorinus: Slana a Salsedine sic nuncupata, regia quondam urbs, suæque regionis caput, ædificiis, divitiis, & omnibus urbium felicitatibus affluens Praga tribus & medio circiter lapide remota, hodie est in ditione Comitum de Martinitz; quam Illustrissimus Vir Bernardus Jaroslaus Comes de Martinitz supremus

Digitized by Google

mus, ut vocant, Regni Burggravius (cujus clariſſimum nomen [illegible] talia in urbem hanc benefacta vivunt, viventque dum Slan[illegible] longe felicius locupletavit, dum binas ſuperiore ſæculo eo loci [illegible] ſas domos, alteram extra urbem PP. Franciſcanis, alteram [illegible] Clericis Regularibus Scholarum Piarum erexit, dotavitque. [illegible] territorium Slanenſe, vulgo Slansko, vel etiam Zritko a celebr[illegible] te Zrzito olim nominatum præter ſingularem prærogativam, [illegible] primas apud ſe Czechi ſedes gloriari poteſt, Horreum præter[illegible] Pragæ ob fertilitatem merito vocatur, lateque deſcribitur apud [illegible] kium & Balbinum. Hodie ab ea nomen regio non amplius [illegible] ipſaque urbs cenſetur in Rakonicenſi, ut vocamus, diſtrictu. [illegible] nus noſter P. Victorinus. Paucis cognitum in hac urbe olim [illegible] loco, ubi nunc decanatus eſt, exſtitiſſe præpoſituram ordinis S. [illegible] dicti ad Cœnobium Inſulanum ſpectans, quam etiam Hayecius [illegible] catalogo cœnobiorum hujus ſacri ordinis præteriit. De ea [illegible] mihi documenta, diplomaque Wenceslai tradidit A. R. P. E[illegible] ejusdem ſacri ordinis ſub rupe S. Joannis profeſſus, hodieq[illegible] Kilianum Adminiſtrator ſuis locis proferenda; cujus nomen, [illegible] ſtoria patria egregia merita, illuſtriora ut quam primum fi[illegible] publicandis ſuis annalibus cœnobii Inſulani Manuſcriptis, [illegible] Divi Juani, quæ ob vetuſtiſſimas quasque autographasque [illegible] non ſine admiratione nuper tumultuaria opera apud eum ex[illegible] terum mirum id mihi viſum in Merignolæ Mſ. qui Slanam [illegible] ævo civitatis nomine non impertit.

ANNUS 751.

Præſente anno plerique Bohemiæ Procerum (a) [illegible] ſuaſoresque ducendæ uxoris Nezamyslo fuer[illegible] tis hanc in rem acervatis argumentis de vitæ [illegible] tudine, ſtirpisque Przemysleæ periculo; cumque [illegible]

Nezamysli nuptiæ.

ras eas nuptias Princeps cauſaretur, diceretque: „ mei chariſſimi viceſimum quintum ætatis annum „ me ſuperaſſe videtis, & quo pacto ad rem uxori[illegible]

Digitized by Google

„ ciam animum? „ pervicit tamen optimatum ſententia. Nezamyslum filii nomine compellantium, ponentiumque ob oculos ſtirpis conſervandæ neceſſitatem. Ita Hruba Kraſonis de Botowitz filia uxor Nezamyslo data. Nuptiæ magno apparatu celebratæ, hoſpitibus quibusque exquiſitiſſimum unum quodquod de cibo & potu apponi juſſum. (b)

ANNUS JESU CHRISTI 751.

ZACHARIÆ PAPÆ 11. CONSTANT. COPRON. 32. LEONIS IV. 1.

NEZAMYSLI 7.

(a) Hayecius hic loci Proceres lingua vernacula vocat Wladiki & Lopotowe. Wladykorum etymologiam jam alibi expedivimus, ſed Lopotarum nominis difficilior explicatio, quandoquidem ne radix quidem hujus vocis ſeu apud gentem noſtram, ſeu Dalmatas & Croatas, ſeu Polonos hodie ſupereſt. Lupacius, quem eadem difficultas premebat, exiſtimat Amanuenſium oſcitantia, aut typographi incuria errorem in exemplaria Hayecii irrepſiſſe, legendumque eſſe Logotowe quaſi *Logothetus* vetuſto vocabulo Græcanicæ originis. At Paprocius verbis diſertis ait: judices & rectores Lopote ſecundum vetuſta Chronica ſemper appellatos. Legi in Chronico Schleſwicenſi, aliisque Danicis monumentis: Jus Danicum appellatum vetuſtis temporibus Lobock; iſtud an Germanicæ, an Slavicæ derivationis ſit, definire non auſim; non enim neſcio a quibusdam pro Lowbuch accipi; at ſi Slavicæ originis eſt (Slavos enim his regionibus olim ſediſſe conſtat) palam eſt: cur a noſtris Lopote judices dicti fuerint.

Lupacius ad Martii.

Paproc. in Ordin. Equeſt. c. 1. Chron. Schleſwic. apud Menken. T. III. p. 602.

(b) Hayecius iſthic vernacula veteri lingua varia ciborum & potuum genera enumerat, quæ P. Victorinus noſter generali cibi & potus nomine expedivit. Eadem fatetur Sandelius in ſua verſione Germanica Hayecii ſe ſe nequidem germanice poſſe reddere. Nam

Digitized by Google

cum vetuſtiſſimæ linguæ Slavicæ reliquiæ ſint, nomina hæc ne quidem a ſuæ ætatis Bohemis intellecta fuiſſe. Verum quandoquidem ad vetuſtatis cognitionem etiam veterum Slavicorum intellectio pertinet vocabulorum, innitendumque ne Slavicæ veteris linguæ notitiæ prorſum pereant, dandum hic aliquid operæ temporique, ut quid ea denotarint, excutiamus. Priora autem pervulgata ſunt, hodieque uſitata: Chleba Pſſenicznebo, id eſt panem triticeum, Ptakuw id eſt aves, Zwěrzíny ferinam variam carnem, Ryb piſces, ſed reliqua abſtruſiora. Primum locum obtinet vox Býffý. Peritiores linguæ Bohemicæ, quos ſuper nominum iſtorum explicatione percontatus ſum, exiſtimant Býffý piſcium genus eſſe, quod oculatorum appellamus, germanice neun Augen a novem maculis oculorum ſimillimis, quibus ex utroque latere notati ſunt. Jonſtonus appellat *lampetras fluviatiles*, aitque autumno in brumam usque earum capturam in Albi fieri. At Stranskius & Balbinus horum oculatorum piſcium verum nomen vernaculum produnt, ajuntque nuncupatos Tryffly latine tryphlas, ut itaque vocis ſimilitudine ſuperiores falſos credam. Exiſtimo itaque Býffý adjectivum vernaculum eſſe *bubulum* ſeu *bubulinam* (ſubintelligendo *carnem*) ſignificans, hodie Howězý dicimus, conſtat enim Býw antiquitus *bovem* ſignificaſſe, & quandoque etiam *taurum*, *bubalum*, *urumve*; hodieque Dalmatæ bubalum Biwol vocant. Dixi autem *bubulam* ſeu *bubulinam*, nam etiam bubali olim non infrequentes ſilvis noſtris erant, eorumque venatione delectabatur juventus noſtra nobilis, quorum carnem teneram prorſumque ad palatum eſſe ſcriptores quique memorant. Jam Julius Cæſar* ejuſmodi bubalorum urorumve in Germania memoriam facit, aitque: *Hos ſtudioſé captos foveis interficiunt.* Et Carolum Magnum anno 803. in Bajoaria exiſtentem excurriſſe in vicinas Bohemicas ſilvas ejuſmodi bubalorum venandorum cauſa his verbis memorant annales Metenſes: *Imperator autem Bajoariam profectus venationem bubulorum, ceterarumque ferarum per ſaltum Hircanum* (Hercinium) *exercuit.* Merignola noſter de ferarum copia in Bohemia loquens, his verbis deſcribit Bubalum: *Eſt & ibi beſtia habens magnitudinem bovis, ferox & ſæva cum magnis cornibus, cum quibus tamen ſe non defendit. Hæc beſtia habet ſub mento folliculum magnum, in quo aquas colligit multas, & currendo aquas calefacit miro modo in illo folliculo, quas ſuper canes & venatores projicit, & quidquid tetigerit depilat, & urit horribiliter.* Alterum ignotum vocabulum eſt Raubeníny vocabulum hoc ex iſta antiquitate non eſſe prodit dyphtongus *au*, qua tum adhuc Slavi majoresque noſtri carebant, idem ta-

Jonſton. hiſt. Nat. p. 154. & 155. item Tab. XXVIII. N. 10. & 11.
Stransky Reip. Boh. c. 2. §. 15.
Balbin. Dec. 1. l. 1. c. 52. Lodereker in Vocabul. ſept. Hobb. Aldrov. Geſn. Herberſt. E. Hüniken in deſcriptione bubali.
**Jul. Cæſ. de bello Gall. c. 28.*
Annales Metenſ. ad An. 803.
Merignola Mſ.

Digitized by Google

tamen & hodie obſoletum eſt. Adſcribere libet, quæ A. R. D. Joannes Rohn Ordinis Crucigerorum cum Rubeo Corde in elucubrando copioſiſſimo trilingui Dictionario plane occupatus, hac de voce ad me dedit. „ Raubeniny, inquit, vix aliud ſunt, quam fructus inſitivi, quod eſt frugum genus optimum exquiſitiſſimumque a radice „ Raub, id eſt inſitum, ſive ſurculus ein Pfropf-Reißlein. Hinc „ Raubeniny fructus inſitivi ſeu inſitivi gepfropftes Obſt. Nec dubium „ eſt antiquiſſimis temporibus hoc fructuum genus cognitum fuiſſe, „ cum Horatius Epod. II. v. 10. *inſitiva pira* commemoret. „ Tertia vox eſt Linczowky hæc admodum dubia nec ſatis expedita, aliis pro tinca paluſtri, aliis pro merula piſce marino tincæ paluſtri ſimili, aliis pro quadam avium ſpecie, aliis pro omni volucrum paluſtrium genere eam explicantibus. Sed veroſimillimum ii tandem attigiſſe mihi videntur, qui pro cervarum damarumve hinnulis explicant; conſtat enim cervam majoribus noſtris Lin (hodie Lanĕ dicimus) dictam eſſe, inde apud Dalmatas adhuc vocabulum *Yelin* cervum ſignificans perſtitit. *Loderek. in Vocab. ſeptil.* Quartum locum obtinet vox Trudu: vocabulum hoc pervetus Slavicum eſt ad nuptiarum ſolummodo ceremonias pertinens, denotabatque coronam ſimilagineam, quam paranymphus nuptiarum die pinſi fecit, ac dein ſponſæ, ſeu ſponſis ſimul offerebat, veroſimillime hujus piſti genere, quod rotundum eſt, perennitatem matrimonii connotans optansque. *Libellus veterum adagiorum Bob. Olomucii editus.* Hujuſce ritus veſtigia hodieque perſtant plerisque locis apud plebem noſtram. Etymologiam autem ſuam ducit a veteri Slavica voce Trug ſeu Drug paranymphum, ſeu comitem ſponſorum ſignificante, hodieque druh Zenicha vocatur paranymphus is, qui e latere ſponſi eſt, item & druzba. Dalmatæ vero druug comitem, ſeu ſocium hodiedum vocant. *Loderck. in Vocab. ſeptil.* Sequitur: Waldyny: compoſitum vocabulum cenſetur ex Wal & Dyny, ſignificatque hydro-peponem eine Waſſer-Melonen utrumque ſejunctum vocabulum hodiedum retinent Dalmatæ: *Waal* fluctus, unda, ſeu aqua, & *Dinya* pepo, noſtri etiam peponem Djnĕ nuncupant in hunc usque diem. *Lodereker cis, loco.* Porro e cibis eſt Prſtanczy: hoc nomine olim dictam turdorum majorum ſpeciem, quam hodie Bohemice Prawonſky germanice Schnarrer appellamus, docuit me linguæ noſtræ peritiſſimus Novalium Pragenſium Bohemicorum Scriptor, quemadmodum & per obſcuram vocem Laſtomky bellaria, poſtremaque dulcia menſæ obſonia connotari. Sequuntur quædam potuum nomina, & primum quidem eſt Werſſſiny: id muſtum de vite ſignificat, Werſ enim fruticem quemcunque atque adeo etiam vitem con-

Digitized by Google

connotat. Retinent hanc significationem hodiedum etiam vinicolæ noſtri muſtum inter torcularia, aut etiam vaſa necdum vinaceis nucleisque expurgatum Berjſſtiny appellantes. Reſtat adhuc Pecowky: augurabar certo voce hac connotari quodpiam crematuræ genus per fornaculam diſtillatum. Pec enim noſtris fornacem ſignicat; ſed affirmavit mihi idem Pragenſium Novalium ſcriba vocabulum ſibi ex vetuſtioribus Boemicis libris ſatis perſpectum eſſe, nihilque ſignificare aliud, quam piraticum ſeu muſtum pirorum ein Birn-Moſt. Per Medowiny Medonem ſeu mulſum intelligi conſtat, de quo potu jam ſupra egimus. Hæc ſi aliis fortaſſis longiora & minoris momenti videbuntur, at non injucunda erunt veteris linguæ noſtræ curioſis.

ANNUS 752.

Poſt eas nuptias Nezamyslo nihil antiquius fuit, quam cum inſigni prudentia populi ſui commodis proſpicere, in eaque, quæ publicæ utilitatis eſſent, animum cogitatumque intendere. III. Nonas Aprilis igitur ſenatum omnium procerum in Wiſſehrad evocavit, producta in biduum conſultatione ſtatutum denique in palatio eſt: deſcriberet Princeps Bohemiam, eamque certis ſpatiis dimenſam optimatibus cumprimis potentioribus colendam traderet, quorum ſollicitudini incumberet ſublatis ſilvis agros ſementi præparare; ii tamen hoc nomine Principi vectigales eſſent, tributique aliquid penderent. (a) Aliis pro latifundiorum portione arationes, plures paucioresve labores ruſticos (robotas hodie vocant) præſtare viſum eſt. (b) Habito ſenatus conſulto ſancitum: eas poſſeſſiones atque fundos clientelæ nomine ac beneficiario jure dividendos, ex eorumque menſura & numero onera ſervilia ferenda eſſe, ſimul

Bohemia prædia beneficiario jure Princeps Optimatibus diſtribuit.

Digitized by Google

simul qui hac fiduciaria lege possessionem cepisset, ei quoad viveret, de securitate possessionis cautum esset, ab ejus excessu prædium cuicunque eadem lege addicere Principi integrum esset. Hoc senatusconsultum Nezamysli imperio quernis est tabulis insertum, (c) ut ejus perennaret memoria, simulque missi, qui montes, silvas, fluminaque metirentur, suam cuique regionem describerent, terramque culturæ idoneam redderent. Hoc consilio maxima incrementa fecit respublica Czechiæ.

ANNUS JESU CHRISTI 752.

STEPHANI II. PAPÆ 1. CONSTANT. COPRON. 33. LEONIS IV. 2.

NEZAMYSLI 8.

(a) Pecuniæ defectu, quæ populis septentrionalibus præcipue cum exteris rariora commercia habentibus non tam frequens in usu erat, vectigalia plerumque in frugibus, pecoribus, fœtibus, rebusque manufactis præstabantur, ut etiam de Dalmatis & Croatis apud Joannem Lucium videre est. In quo illud præterea animadversione dignissimum: Croatas & Dalmatas Slavicæ illius libertatis obtentu non sustinuisse, ut præstationes istæ nomen vectigalis, aut tributi, sed *donorum* ferrent. Sic enim ille: *Zupanis & Banis dona certa bis anno dabantur, scilicet diebus Nativitatis Domini & Paschatis, hæcque dona etiam latine dationes reperiuntur. Eadem munerum consuetudo observabatur ratione nuptiarum & natalium liberorum.* Nec dubito eandem plane rationem genti nostræ sub hoc ipsum ævum fuisse, quandoquidem Croatas coloniam Bohemorum sat copiose alibi probavimus. *Lucius de Regno Dalm. & Croat. l. 6. c. 1.*

(b) Eundem servilium operum morem, quin quoque pecuniæ raritas invexerit, nullus dubito; is hodiedum late per Regnum nostrum adhuc obtinet. Porro usitatum hucusque nobis vocabulum Robota

Digitized by Google

(quo ejuſmodi ſerviles operæ exprimuntur) derivatur a vetuſta Slavica voce Rob, quod captivum, mancipium, aut ſervum ſignificabat, quam ſignificationem Dalmatæ hodie retinent, & Moravi adhucdum Roba ancillam vocant. Vetuſtis vero temporibus per ejuſmodi robotas nihil aliud, quam araturæ veniſſe videntur; ſic enim literæ fundationis Arneſti Archi-Epiſcopi Pragenſis vocem hanc explicant: *Nec non villam Koſtomlat ſub monte Ripino ſitam cum araturis ſive Robotis, agris cultis, & incultis, cum cenſibus &c.*

Lodereker Vocab. ſeptil.

Balb. Vita Ven. Arneſti. p. 266.

(c) Ad hunc annum noſter P. Victorinus originem Tabularum Regni collocat, ſic enim ille ad hunc locum: *Inde Tabularum Regni, juriſque fiduciarii, ſeu ut dicimus Feudi, in Bohemia uſus cœpit.* Quandoquidem nos autem ſupra lectori ſatisfeciſſe non dubitamus, oſtendendo majores noſtros usque ad ſequentis ſæculi ſexageſimum circiter annum omni ſcripturæ genere caruiſſe, quid ea de re ſentiendum ſit, cognoſcet. Certe Hayecius ipſe, aſſerendo rem tabulis quernis inſcriptam fuiſſe, ſat manifeſta indicia dubiæ reliquit fidei, cum tam pertinacem, duram, minus obſequentem, minusque tractabilem materiam, ut lignum quercinum eſt, ſcribendo deſignavit, quam Eruditiſſimus Abbas Gotvicenſis inter omnes prope relatas veterum materias, quibus characteres ſuos excipere ſolebant, nuſpiam commemoravit. Quod cum vel ipſi Balbino aliisque patriis Scriptoribus noſtris non ſatis probaretur, negant illi quernis tabulis ſcripturam exceptam, ſed membranis vitulinis, horumque membranorum thecam conſtitiſſe e tabulis quernis, inde vero errorem ortum quaſi ipſis tabulis quernis ſcriptura inciſa fuiſſet ſtylo quodam ferreo. Habet tamen inter ſupellectilem ſuam rerum vetuſtarum Prænobl. ac Clariſſ. D. Clauſer duas tabellas longitudine ſpithamam, latitudine tres fere pollices æquantes easque tenuiſſimas e ligno, quantum cognoſcere licet, cypreſſino, quibus ignoti characteres ſtylo ferreo inciſi ſunt. Nec tamen cujus idiomatis cujusve gentis ſint, comperire hactenus licuit.

Chron. Gotvic. l. 1. c. 1.

PRÆTERMISSA.

Hoc anno Pipinus, ita jubente Zacharia Pontifice ſummo in Regem Francorum inunctus eſt a S. Bonifacio; quo pacto dignitas Regia depoſito Childerico III. ultimo ſtirpis Merovingorum, ad majores domus, ſtirpemque Caroli Martelli & Pipini tranſiit, quæ poſtea Caro-

Baronius & Pagius ad h. a.

lo-

Digitized by Google

lovingorum ſtirps dicta eſt. Atque hic velut alter gradus fuit ad conſequendum poſtea Occidentis Imperium.

ANNUS 753.

Anno ſeptingenteſimo quinquageſimo tertio ex Hruba venuſtiſſima Principe natus Nezamyslo filius eſt Mnata. Ejus natalis dies inter omnis generis hominum confluxum feſtis epulis celebratus. Ad ditandam deinde regionem, Principatumque Mnatæ filio quam feliciſſimum efficiendum animum convertit, eamque in rem ſingulis prope diebus optimatum, ſeniorumque concilium coegit. Conſultatione ſic producta in auri argentique venas diligenter inquiri juſſit, novæ monetæ ſignaturam meditans filii Mnatæ imaginem habituram. (a) Populi vero is præcipuus hujus anni labor erat, ut arbuſta ſilvasque exſtirparent tum ferro tum igne, villas novas conderent, ac longe lateque circum montem Rzip, caſtrumque Wiſſehrad terram aratro ſubigerent. Nezamysl denique, ut natalis filii ſui tranſcriberet ad poſteros memoriam, permunitum caſtrum conſtrui, (b) omnique apparatu ac frumenti genere inſtrui juſſit Sediſin, quaſi ſedem filii dicas, id appellans, quod dein poſteritatis vitio Sedeſchin nuncupatum eſt. (c)

Nezamyslo naſcitur filius Mnata.

Arx Sedeſchin.

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 753.

STEPHANI II. PAPÆ 2. CONSTANTINI COPRON. 34. LEONIS IV. 3.

NEZAMYSLI 9.

(a) Manuſcriptum de monetis Ducum & Regum noſtrorum alias jam laudatum nullius monetæ meminit Mnatæ imagine excuſæ. Et profecto cum numi quique veteres in Regno noſtro inventi omni epigraphe, aliaque dignoſcendi nota aut indicio careant, de iis aliquid definire tantundem eſt, ac obducto vultibus velo aut larva homines internoſſe velle.

(b) Hæc conſuetudo primis ſæculis apud Hayecium plerumque legitur, quod in liberorum præſertim maſculini ſexus recens natorum memoriam arces, prædia, vici, oppidaque aut urbes condita reperiantur. Balbinus poſterioribus temporibus nobilitati noſtræ etiam alium morem fuiſſe his verbis memorat: *Olim aureis Bohemiæ ſæculis carpionibus anniculis annulos aut circulos ære aliquo lucentes ſecundum os aut caudam ſuſpendere mos erat, quoties Illuſtriſſimis parentibus, aut diviti Patrifamilias & piſcinarum domino filius erat natus, lætitiæ conteſtandæ cauſa. Eodem anno inſerebant pyros, & pomos &c. ut cum puero nato iſti & iſta ereſcerent.*

Balb. Dec. 1. l. 1. c. 56.

(c) Hujus arcis nomen nuſpiam reperio in catalogo meo locorum hodie in Boemia exiſtentium. Sed nec Balbinus, aut Hayecius in ſuis arcium indicibus illius ſitum aut nomen retulerunt, niſi Selſchin vicum dicamus proximum Wrbnæ ac Melnicio.

ANNUS 754.

Arx Klopag ſeu Haſenburg.

Arx Klopag (ea vox arduum montem ſignificat) a duobus fratribus Kalbogio & Weslao de Koſſali domo, qui ſingulari certamnie cum urſis congreſſi, eximiam ſuæ

Digitized by Google

fuæ domus fortitudinem egregie Principi probarunt, super cacuminata rupe condi cœpit. Germanis deinde sensim per Bohemiam invalescentibus pro Bohemico Klopag Teutonica voce Hasenburg, id est castrum leporum dictum est; quæ appellatio germana hodie etiam ad Bohemos corrupte transiit ut Hozmburg imo & Hanzburg nuncupetur. (a) Per eosdem dies nonnulli Zatecenses sive juventutis multitudine, sive impunitate nuperni facinoris audaciores facti, palam detrectare Principis imperium, jugumque excutere cœperunt; Nezamyslo, quod hominis erat nimia clementia, (b) redigere perduelles in ordinem recusante,

Zatecenses perduelles.

ANNUS JESU CHRISTI 754.

STEPHANI II. PAPÆ 3. CONSTANTINI COPRON. 35. LEONIS IV. 4.

NEZAMYSLI 10.

(a) Nominatissima arx illa, sæpeque ejus recurrent memoriæ in Annalibus hisce. Hodie in agro Litomericensi ad sextum ab urbe Praga milliarium in ruinis sedet, atque ad ditionem illustrissimi Principis Caroli Francisci a Dietrichstein pertinet; vicus inhoc dirutum castrum e meridionali plaga situs etiam vetus nomen Hrpay retinet. Quo tempore vero circiter vetus illius nomen in Hasenburg transierit, prodit nobis Paprocius, qui ait circa annum 1225. familia Biwogiorum & Kossaloviorum domesticam exortam discordiam, posteaquam nimium aucta in plures ramos, lineasque, ut hodie appellamus, abiisset, quæ non aliter nisi intercalatis Comitiis sedari poterat. Przemysli Ottocari itaque Regis & Comitiorum decreto factum, ut Kossalovii, Klapsstii, Wlastivlasstii ad veteris sui clypei signum caput leporem assumerent, inde Hassenburgici castri, familiæque nomen germanicum, quod lepus einen Hasse significaret, enatum esse. Sed num ea per omnia vetustis monumentis respondeant,

Balb. Dec. 1. l. 3. c. 8. §. 2.

Paprocius in Ord. domin. c. 4. p. 66.

Digitized by Google

tum examinabimus, cum ad hæc tempora perventum fuerit. Cetera rum qui plura de hac familia nosse cupit, Paprocii citatum locum, Balbinumque adeat.

Balbin. cit. loco. item in hist. S. Mont. Aucl. I. c. 7. p. 94. & in Genealog. Tab.

(*b*) Authores, qui Dubravium sequuntur, Nezamyslumque hebetis, incogitantis, meticulosique imagine depingunt, hanc Zatecensium insolentiam ejus negligentiæ, armorum fastidio, reipublicæque tractandæ insciticæ tribuunt; quod idem ad hunc locum fecit noster P. Victorinus.

ANNUS 755.

Przibral.

Przibral frater Hrubæ affinitate Principi junctus homo acerrimi ingenii, & in auri argentique detegendis venis summe industrius, cum aliquando subministratos sibi e palatio per sororem Hrubam Bohemiæ fastos, quibus super cetera vaticinia quoque Libussæ continebantur, lustrando evolveret, suspicatus id, quod erat, Libussam per

Argenti fodinæ sub monte Trzebussa.

silvam Betularum locum illum inter Trzebussinam arduum silvosumque regionis Podbrcensis montem, collemque Dubenecz intellexisse, (*a*) eo cum patris sui Krasomili cognatorumque bona venia migrans ditissimas argenti fossiones fecit. Alii referunt ductu & consilio Krasnæ conjugis suæ rerum magicarum peritia inclytæ se in loca hæc transtulisse. Collectum inde argentum trifariam sic divisit, ut alteram earum partem Krassomilo patri, alteram Nezamyslo Affini, tertiam sorori Hrubæ honorarii nomine offerret. Isthic brevi tempore ad maximas pertigit divitias; quarum admiticulo non longe a prædio suo super colle structuram magnificæ

Digitized by Google

ficæ arcis occœpit, eamque a nomine suo Przibral appellavit. Hæc arx postea corrupta posteriore litera Przibram (b) est dicta, quo nomine hodieque gaudet. *Przibram arx.*

ANNUS JESU CHRISTI 755.

STEPHANI II. PAPÆ 4. CONSTANTINI COPRON. 36. LEONIS IV. 5.

NEZAMYSLI II.

(a) Regionem hanc montanam olim præcipue betulis fuisse instratam sat vetusta quæque monumenta perhibent, nec incredibile vicina loca Dobrzjž quasi ad betulas, & Wobrzjž quasi in betulis dicta, nomina sua inde traxisse, nam utriusque hujus loci perantiquæ memoriæ, illius quidem a Templariorum isthic olim prædio, alterius a diplomate Juri-Feudali Ms. adjecto. De Podbrdcensis regionis etymologia copiose egit Balbinus in sua sacri Montis historia. Vicus vero Dubenecz hodie superest eleganti structura, arcis instar, nobilitatus.

(b) Hæc arx quo pacto in urbem excreverit hæc Balbinus: *Paulatim deinde largius aperientibus se se argenti venis invitati, & amore habendi [illegible] mortales locum celebrare cœperunt. Officinæ primum paucæ argenti glebis [illegible]vandis, & metallis igne separandis, tum ipsis metallicis quiete recreandis [illegible] quædam sunt constitutæ. Successit necessitati, utilitatique, ut fit, com[illegible]tas, huic elegantia, ut & commode & eleganter habitaretur, tandem ad [illegible] argenti fossorumque vallis, quæ hodieque apparent permunitus est locus; [illegible] extremum ita multitudo domusque creverunt, ut beneficio Regum publico [illegible] civitas diceretur. At quo potissimum anno hæc felicitas Przibramum [illegible]xerit, ab Annalibus hoc loco deserti, nescimus.* Urbs hæc inter Regio[illegible]tanas etiam hodie locum obtinet ad septimum Praga lapidem dis[illegible] a suisque argenti mineris percelebris, quibus ærarium Regium [illegible]annis affluenter ditat. Eo vero loco, quo vetus arx stetisse cre[illegible]r, hodie sic dicta domus Archi-Episcopalis est vetusto & pene [illegible]nte vallo munita. Urbi incubat Mons magnifico templo Virgini Dei- *Balbin. hist. S. Mont. l. 2. c. 2.*

Digitized by Google

Deiparæ dicato, & religiosa Societatis Jesu domo nobilis, atque a sacro Thaumaturgæ Matris cultu Mons sacer appellatus, de quo historiam congessit ab historiis suis nominatissimus Balbinus ejusdem sacri ordinis Alumnus, eamque Pragæ in quarto anno 1665. typis vulgavit, unde de hoc loco & ipsa urbe Przibram plura peti possunt. Eas vero memorias, quæ a publicato Balbini opere ad nostram usque ætatem posteritate dignæ visæ sunt, complexus est A. R. P. Ignatius Popp nova prorsum hujus sacræ statuæ historia, quæ Pragæ anno 1758. excusa est.

PRÆTERMISSA.

Baron. & Pegius ad h. a. Hoc anno S. Bonifacius Archi-Episcopus Moguntinus, postremum Trajectensis Episcopus, Germaniæ Apostolus, cum ad Frisios prædicandi Evangelii causa cum sociis suis profectus esset, ibidem odio fidei martyrium sanguinis effusione gloriosum subiit die nonarum Junii. Agnovit semper Bohemia eidem divo se debere magnam partem invectæ legis Christi, quæ a vicinis gentibus illius doctrina imbutis tandem & ad illam permanavit; quare ejus festum diem ab omnibus retro sæculis peculiari officio venerata est, veneraturque hodie. *Pessin. Phosph septic. Rad. IV p. 511.* Carolus IV. anno 1372. aliquot partes sacri ejus corporis, atque ex illis unam majorem ex inferiori Germania attulit, Ecclesiæque Metropolitanæ Pragenæ dono dedit, quas illa ejusdem festo die venerationi publicæ exponere solita. Et ne veteris Liturgiæ Bohemicæ memoriæ pereant, libeat hic adnectere: olim & quidem sæculo XIV. alias fuisse orationes in Missæ sacrificio de hoc sancto ab his, quas hodie habemus, quas legere est in insigni Missali Ms. membranaceo ante annum 1360. exarato, olim Ecclesiæ B. V. Mariæ nascentis in Novo-Benatek Canonici ordinis Crucigerorum cum rubeo corde; nunc in Bibliotheca S. Crucis majoris sacerrimi ejusdem ordinis Vetero-Pragæ asservato.

ANNUS 756.

Tetka moritur. Annus septingentesimus sextus & quinquagesimus morte Tetkæ, sororis Libussæ ater ac nefastus. Ea mulier condito Tetinio clara, matrisque loco a popu-

Digitized by Google

pularibus culta, quod ejus potentiam nemo nisi aut levatus periculo, aut cumulatus dignitate sensisset, hoc anno sub monte Pohled, qui Tetinio in occidentem est, solenni fuit planctu tumulata. Ad tumulum ejus ingens appositum saxum, superque eum Slavossius maritus novem ipsos dies inferias ardere jussit. Injectum in flammas charissimum quodque ac pretiosissimum Deæ Klimbæ (a) devotum flagravit.

Eisdem diebus cum vix Slavossoviæ domus murique ad fastigium perducti essent, ac locus Slavossii industria speciem urbis accepisset, cœlum grave ac pestilens in eam desæviit. Ipsa enectis civibus cum quadriennio deserta ac tristis jacuisset, occupata deinde a latronibus quadriennio integro immanibus flagitiis servivit; dum postremo latrociniis ferroque & flamma excisis primo splendori a Tomako Tuchodii filio reddita, caput quidem aliquando e tenebris extulit, sed amisso priore vero, sub altero supposititio Berunæ quasi raptricis nomine inclarescere cœpit, sortita Berunæ nomen a prædonibus illis rapacibus, id enim Bohemi gentili sua voce **Beru** exprimunt, quod latini suo verbo rapio. (b) *Beranina urbs.*

Eo pariter anno Rozhon Kurimensium ille Princeps *Rozhon moritur.* so brevior, morbo mortuus successorem habuit fratrem vomilum (c) eximia proceritate virum, triumque filio- *Slavomil. succedit.* um regia formæ dignitate juvenum: Bydi, Rodmili, & orzeslavi patrem.

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 756.

STEPHANI II. PAPÆ 5. CONSTANT. COPRON. 37. LEONIS IV. 6.

NEZAMYSLI 12.

(a) Aliqui Deam hanc Klimbam cum Klyvina Klatowcæ Dea & ab Hammerschmidio relata unam faciunt, cujus idolum is ita describit: mulieris formam referebat integro saxo excisam, habens elegantem coronam lapideam capiti insertam, dextra manu auream hastam, sinistra scutum gerens; ante id perpetuus alebatur ignis. Et c. 12. dicit similem fuisse Deæ bellorum, quam latini Bellonam vocant. At si significatio vetus Slavica consulatur, eam potius Deam frugum fuisse atque Cereris cujuspiam locum tenuisse dicere oportebit; constat enim majoribus nostris Glyw seu Glyb panem significasse, hodie Chleb dicimus.

Hammerschmid. histor. Klattov. P. 1. c. 10.

(b) Fragmentum Mſ. Chronici B. Gerlaci e Bibliotheca Reverendissimi ac Excellentissimi Domini Episcopi Litomericensis omnino locum *Beron* appellat. Ad annum enim 1193. cum Przemyslus Dux obviam iret Henrico Episcopo cum exercitu venienti inquit: *Cum veniſſent ad locum Na Beron, cum Epiſcopus eſſet Na Zdice.* E quo quidem loco nihil certi eruitur urbsne jam tum, an oppidum, vicus, aliudve fuerit. Id tamen constat a Carolo IV. locum hunc multis immunitatibus donatum, & verosimillime tum primum in Regiarum civitatum numerum adscitum. Is vero in diplomatibus Caroli passim *Verona* jam scribitur, quam urbem tanto opere excoluit amavitque Carolus, ut non dubitaret eam *Veronam ſuam* appellare. Ceterum civitas ista & hodie Regia est, regionis Beraunensis caput supra fluvium Misam ad arcem Tetin sita, hac via regia est ad Imperii Germanici regiones ex Hungaria Polonia, Silesia ac Moravia per Bohemiæ regnum iter facientibus. Stranskius porro a figulorum officinis, vasorumque ejus artis bonitate, elegantiaque hanc commendat. Quoniam vero, inquit, figuli ad fornaces suas ignis quotidiani vehementia plerumque rubescunt, trahuntque colorem æneum, ea de causa proverbium inter Bohemos invaluit, ut quoties maculosum aliquem, aut faciem cujuspiam rubentem pustulis notare volunt, Beraunensem appellent.

B. Gerlaci Chron. ad An. 1191.

Dipl. Caroli IV. An. 1361. datum apud Glafeys Anecd. dipl. 447.

Stranskius Reipubl. Bob. c. 2. §. 9.

(c)

Digitized by Google

(c) Stranskius addit: hunc Slavomilum ditionem Moravorum irruptionibus aliquanto jam tempore obnoxiam parumque ſecuram Horzeslao filio reliquiſſe. *Stranskius Reipubl. Boh. c. 2. §. 3.*

PRÆTERMISSA.

Diximus ſupra Boemiam olim ad Ratisbonenſis Epiſcopi Diœceſin pertinuiſſe, non conticenda hoc anno mors primi Epiſcopi Ratisbonenſis Vichterpi octogenario majoris, qui plures libros poſteritatis commodo ſua ipſe manu ſcripſit. Sanctum Garibaldum igitur, quem S. Bonifacius Epiſcopum Ratisbonenſem ordinavit, Vichterpi coadjutorem fuiſſe multis probat Pagius. *Pag. Critic. Baron. ad h. a.*

ANNUS 757.

Annus ſeptingenteſimus ſupra quinquageſimum ſeptimus felix Melnicenſis urbis natalibus. Beſs Primorum nonnullus homo pecunioſus, multique pecoris ac ſervitii, qui vicum (a) Przwor ditione tenebat, contemplatus aliquando ex porrecta in occidentem ſpecula ſubjectam omnem monti Rzip amœnam planiciem; eaque locorum facie, quod ob glebæ fertilitatem, & ſilvarum aquarumque triplicium commoditatem peridonea ad habitandum videretur, mirifice delectatus, tertio poſt die, cum in eadem loca clientelis comitatus tranſiiſſet, arbores ſuccidi, ſaxaque in ſtructuram frangi præcepit; inde fundamenta prævalidæ arcis jacta, cui nomen (b) Bſſow indidit. Nam eum montem fluvius Albis Moldavæ paulo ſupra junctus alluit, amnis item iſthic in Albim ſe exonerat e Wruticze non longe remota rupe ortus, nullaque unquam aſperitate frigoris in glaciem rigeſcens, qui ab eodem loci conditore *Bſſow conditur.*

Digitized by Google

nomen Bſſowka invenit. (c) Quoniam vero amnis iſte molendinis percommodus, non æſtate magis atque hieme eadem aquarum ubertate decurrit, inde factum poſtea, ut a molendinorum iſthic excitatorum frequentia tum urbi, tum arci poſteritas nomen Melnik dederit. (d)

Melnik urbs.

ANNUS JESU CHRISTI 757.

PAULI PAPÆ I. CONSTANTINI COPRON. 38. LEONIS IV. 7. NEZAMYSLI 13.

(a) Ejusdem nominis duplex ſupereſt vicus, lapide non amplius Melnikо diſſitus, ſuperius & inferius Prziwor, ſeu Przibor appellatus, hodie in regione Boleslavienſi.

(b) Antiquiſſimæ ſunt regionis Bſſovanæ in hiſtoriis noſtris memoriæ, cujus mentionem Chriſtannus, Coſmas, & diploma Henrici III. Imp. de finibus Epiſcopatus Pragenſis facit; e quo nobis palam fit regionem hanc olim usque ad Srbiam, ſeu hodiernam Luſatiam porrectam fuiſſe, cum Imperator illam terminum Epiſcopatus Pragenſis ex plaga aquilonari conſtituat. Nec dubito longe vetuſtiorem hujus regionis eſſe memoriam, quam eam hic Hayecius adſtruat, cum ex Porphyrogenito ad annum 644. relato conſtet, hos terrarum tractus jam ineunte ſæculo ſeptimo a Chrobatis, antequam in Dalmatiam Croatiamque tranſiiſſent, fuiſſe habitatos. An vero regio hæc nomen ſuum invenerit ab amne Bſſovka hieme nunquam obdurari ſolito, an a vetuſto Slavico vocabulo *Bſſov*, quod ſambucetum ſeu locum ſambuci arbuſtis obſitum ſignificabat, definire ob monumentorum defectum nolim. Id certo, quod de *Beſi* ariolatur Hayecius, ad ea pertinere videtur, de quibus queruntur viri quique eruditi, & nos jam alias commemoravimus, quod Ferdinandi I. ævo is genius errorque ſcriptorum pene communis fuerit, ut locorum omnium nomina a cognomine fundatore ac conditore detorſerint. Tam incerta etiam omnia ſunt, quæ Balbinus de Beſi iſto tanquam originario ſtirpis Guttenſteinianæ olim apud

Chriſtan. in Vita SS. Ludmillæ & Wenceſl. Coſmas ad Annum 1086.

Frencel. in Nomenclatore utriusque Luſatiæ.

Balbin. in

Digitized by Google

apud nos divitiis & auctoritate ſpectatiſſimæ refert. Conſtat enim Guttenſteinios ſemper titulo *Comitum* referri, quod vel ipſe Balbinus teſtatur; at vel iſtud ipſum oſtendit ſtirpem hanc exteram fuiſſe, cum ad annum 720. luculenter oſtenderimus originariis noſtris familiis ante Ferdinandi II. tempora Comitum titulum in uſu non fuiſſe. Tum Balbini præcipuum fundamentum c. 5. allatum ruit, cum e Privilegio Wladislai Ducis Sileſiæ *Raczlaum Comitem de Mielnik* ad annum 1274. profert. Nam monumentum hoc vitioſe a Paprocio allatum, eodem vitio deſcripſit Balbinus, hallucinationemque amanuenſis intercurriſſe vel mox infra ibidem poſitum alterum ejusdem Wladislai diploma ad oculum oſtendit; in quo idem *Raczlaus* non de Melnik, ſed *Drzemlik* ſubſcriptus legitur, & ſuo loco pluribus diplomatibus a Sommersbergio in ſpecimine Codicis diplomatici Sileſitici, Mantiſſaque diplomatum prolatis demonſtrabitur, ubi porro palam fiet *Militienſes* hujus terræ dynaſtas perperam pro *Melnicenſibus* acceptos. Ceterum autem nominatiſſimæ vetuſtiſſimæque Guttenſteinianæ familiæ antiquiora ſunt in Auſtria, quam apud nos monumenta, quæ a caſtro Guttenſtain ita appellata, jam ſæculo XII. Comitum titulo nobilitata legitur; ut ita veroſimillimum ſit jam tum in Bohemiam tranſiiſſe, cum Ottocarus II. Rex Bohemiæ Auſtriæ ducatum obtinuit. Nam eo plane tempore, exteras quasque familias Germanas, ac cumprimis Auſtriacas ab Ottocaro in Boemiam receptas eſſe lamentantur omnes Scriptores noſtri. Hincque eſt, quod Carolo IV. antiquiores memorias de Guttenſteiniana ſtirpe ne quidem ipſe produxerit Balbinus*, & queratur contra Paprocium, eum tam tardas paucasque notitias de ea attuliſſe. Quare jam ſive dicamus gentem Guttenſteinianam cornua ſua cervina in Bohemiam attuliſſe, ſeu ea nuptiis locupletioribus cum quadam ex illuſtriſſima Wrtbæa ſtirpe, aut hereditate aliqua aſſumſiſſe, id certum Wrtbeæ ſtirpis apud nos antiquiora ſupereſſe monumenta ſuo tempore proferenda, & perperam a noſtris factitatum, dum pleraque Guttenſteiniis adſcripſerunt, quæ propria hujus, hodie etiam cum gloria florentis, familiæ erant.

Origin. Guttenſtein. c. 2.

Balb. cit. loc.

Paproc. in Ord. Domin. c. 15. p. 292.

Chron. Claustro-Neoburg. ad An. 1230. Chron. Anon. Leobienſ. ad Ann. 1329. Chron. Zwetlenſe ad Ann. 1326. Collectanea ex Archivo ſtatuum Inferioris Auſtriæ c. 24. Heinecc. in antiq. Gosl. in diplomate. Adelber. Marchionis ad An. 1155. Balbin. Orig. Guttenſtein. c. 5.*

(c) Paulo altius quam a vico Wruticze hodie etiam perſiſtente Bſſovka amnis ſcaturiginem ſuam ducit, duobus enim ſupra Wruticzen milliaribus inter Woleſchne & Ribeich naſcitur in plaga ſeptentrionali, curſumque in meridiem dirigit, dum ad pagum Aujeſt pertingat: hic flexa via in occidentem vergit, ac prope cœnobium RR. PP. Eremi-

Digitized by Google

mitarum S. Auguſtini, quod ab eodem amne nomen habet, in Albim illabitur. Aquæ illius prædivites ſunt optima trutarum ſpecie.

(d) Ad hunc locum hæc adnotat noſter P. Victorinus: urbs hæc quatuor Praga milliaribus in agro Boleslavienſi peramœnó, ac propulſandæ hoſtium vi opportuno loco condita, refertur in numerum urbium, quæ Reginarum Bohemiæ ſunt dotales. In ejus arce poſt maritorum Regum obitum reliquum, quod erat, vitæ tranſegerunt, cum aliæ Principes ac Reginæ, tum imprimis Barbara Sigismundi Imp. & Joanna Georgii Regis viduæ. Immunitates ſuas ac libertatem urbibus Regiis parem, jam inde a vetuſtiſſimis temporibus ſemper habuit, & adverſus invidas plerorumque arcis ſuæ Præfectorum machinationes egregie defendit. Quamvis porro urbs ipſa hucusque dotalis ac libera perſeveret, potiora tamen ejus bona, diverſis olim Proceribus pignoris titulo obærata hodie Comites de Czernin (nunc Celſiſſima Princeps de Lobkowitz nata Czerniniana) cum illius arce obtinent. Præterea hæc urbs a vini præſertim rubri ſuavitate ac ſalubritate generoſa, non in Regno ſolum, ſed in remotis quoque provinciis ad invidiam celebratur Burgundici, quod in ejus pomœriis allatæ ex Gallia ſub Carolo IV. in melle vites usque adhuc progenerant. Hactenus P. Victorinus noſter. Sed quo demum circiter tempore Bſſov in nomen Melnik tranſierit, locusque urbis celebritatem conſecutus ſit, intricatior eſt quæſtio. Certum eſt: quemadmodum antiquitus a caſtro iſthic Bſſov dicto integra regio Bſſovane appellata, ita novo caſtri & urbis exorto nomine Melnik, totam regionem Provinciæ Melnicenſis nomen accepiſſe, quod vel ipſe teſtatur Chriſtannus. Jam: anno 1086. quo limites Pragenſis Epiſcopatus deſcripti ſunt ab Imperatore Henrico III. hæc provincia adhuc Pſovane nuncupatur, ut ita Melnicium tum adhuc conditum non videatur, *nova* ſcilicet illa *civitas*, ut appellat Chriſtannus. Cum vero circa annum 1124. Coſmas primum librum Chronicorum ſuorum jam inſcripſerit Severo *Melnicenſis* Eccleſiæ Præpoſito, plane liquet intra annum 1086. & mortem Coſmæ, quæ in annum 1125. incidit, exædificationem novæ urbis Melnik regionisque totius nominis immutationem accidiſſe. Nec obſtat Chriſtanni teſtimonium, qui paſſim Boleslai ſævi filius creditur; nam cum ad hæc tempora pertigerimus, oſtendemus non eum, ſed alium poſteriorem Chriſtannum hujus vitæ & paſſionis authorem fuiſſe, ut ejus demum poſterioris ævo congruat, quod ſcribitur: *Habuit uxorem nomine Lud-*

Chriſtan. in vita SS. Ludm. & Wenceſl. Diplom. Henr. apud Coſmam An. 1086.

Chriſtan. in Vita & Paſſ.

mil-

Digitized by Google

millam filiam Slaviboris Comitis ex provincia Slavorum, quæ Bſſov antiquitus nuncupabatur, nunc (provincia) *a modernis ex civitate noviter conſtructa Melnik vocitatur.* Id certe ante ſæculum undecimum non eveniſſe etiam mecum ſentit A. R. P. Eugenius Ord. S. Benedicti ſub rupe S. Joannis profeſſus, qui patria Melnicenſis hujus urbis hiſtoriam e vetuſto hujus urbis decanatusque tabulario compilavit typo digniſſimam. Noſtris temporibus domicilio RR. PP. Capucinorum, quod Hoſpitium vocant, urbs hæc aucta. *SS. Ludmillæ & Wencesl.*

ANNUS 758.

Anno ſeptingenteſimo quinquageſimo octavo Ctibochus egregius forma adoleſcens a Biela matre, patreque Koſſalo opportunum condendi arci locum juſſus quærere, vagatus aliquamdiu nequicquam ſilvis, tædio tandem ſolitudinis infecto negotio revertit. Reducem, ac malle ſe paterna domi conſeneſcere, quam incertis ſedibus vagari dicentem pater, ut erat non ſtulte mitis, ſolito aſperius excepit, atque „ non pudet, inquit, fili id ætatis „ roborisque juvenem a materno lacte, ſinuque patris avelli „ non poſſe? ſic veſtigia patris ſequeris? ſic te movent „ exempla matris? potuit illa cum immanibus urſis congredi, tu comtulus ac delicatulus paternis laribus efferre „ pedem pertimeſcas? apage hinc indignam ſanguine noſtro „ animi molliciem, ac primo quoque tempore paterna „ egreſſus domo penates tibi agrosque circumſpice; aliter „ tibi æternum paternis aſpectibus interdictum ſcias. „ In hunc modum objurgatus adoleſcens abjecto tandem languore animi egregiam poſt multos errores arcem in orientem ſo- *Ctibochi.*

lem

lem a fundamentis extulit, quam ſervorum alii Koſtial, alii porro a conditore Ctiboch appellavere, at ipſe a matre Bielam æternum nuncupatam voluit. Germani vero poſtea Weißwaſſer ſeu *Albæ aquæ* nomen indidere. (a) Ctiboch ſubinde firmatis domi rebus ad patrem reviſens a matre tenere ob ſui memoriam novo caſtro inditam amplexus ſimul in ſpem erectus eſt, fore ut generoſam divitemque ſponſam cum amplo patrimonio quamprimum ferat.

Biela ſeu Weißwaſſer.

ANNUS JESU CHRISTI 758.

PAULI PAPÆ 2. CONSTANT. COPRON. 39. LEONIS IV. 8.

NEZAMYSLI 14.

(a) Bielam a præterfluente pellucido amniculo nomen inveniſſe pleriſque videtur; Biela enim olim idem, quod hodie Bilá alba, ſignificabat. Ad hunc locum porro hæc adjicit noſter P. Victorinus: caſtrum Biela, quod in agro Boleslavienſi ſeptem milliarium intervallo ab urbe Praga aberat, Miſnenſes primum Germani 1121. expugnarunt; verum haud multo poſt a Wladislao Bohemiæ Duce recuperata arx perdiu in ditione Michaloviciorum Procerum fuit, quam ubi Pragenſes recepiſſent, crebras inde in Miſniam excurſiones fecerunt. Sigismundus tandem Saxoniæ Dux ſuſcepto adverſus hæreticos bello captam anno 1431. arcem flammis exuſſit. Poſtea tamen cum civitate quadrati fori egregie reſtaurata auctaque cœnobio Eremitarum S. Auguſtini in ditione hodie eſt Comitum de Waldſtein. Plura de civitate hac præoccupari poſſent, ſed ea hiſtoriarum temporumque ordini relinquimus.

PRÆTERMISSA.

Pipinus commiſſis pluribus cum Saxonibus præliis eo redegit fuſos, ut ſe ſe ejus voluntati permitterent, pollicerenturque ſingulis annis tre-

Digitized by Google

trecentos equos ad generalem ejus conventum miſſuros. Eodem anno Thaſſilo Dux Bajoariorum Compendii in villa publica cum ſuis fidem juravit Pipino ſuper corporibus S. Dionyſii, Ruſtici, & Eleuterii. Quo pacto Boemiæ majus ſemper periculum a Francico Imperio incubuit. *Annales Francofurd. ad h. a. Annales Metenſes ad h. a.*

ANNUS 759.

Ineunte anno ſeptingenteſimo quinquageſimo nono indictis Wiſſehradum comitiis cum ingens hominum multitudo conveniſſet, egreſſum palatio Princípem pro concione dixiſſe ferunt. „ Tertium decimum & eo amplius „ annum eſſe, quod ipſe majus in ſe populi ſtudium amorem„que deſideraret. Scire cunctos, quam frequentibus ma„jores eorum quam prope armatis precibus condendarum „ arcium atque urbium copiam a prædeceſſoribus ſuis Bohe„miæ Principibus poſtulaviſſent; at ſe nullo ſuo merito „ tam infelicem, tamque ſuis inamabilem eſſe, ut cum princi„patus ſui jam propemodum anni decem & tres decurriſſent, „ tamen neque nomini ſuo, neque publicæ ſaluti dicata urbs, „ communi omnium voluntate ſurrexerit. Itaque orare ſe „ obteſtarique univerſos, induerent majorum ſuorum promta „ erga Principem ſtudia, urbemque loco idoneo communi„bus animis munirent, quæ contra hoſtium omnium me„tum ſibi populoque ſit præſidio. „ Juſta querimonia & æquiſſima Principis poſtulatio eſt omnibus viſa, ſed de loco muniendo ſententiæ variabant. Quibusdam Wiſſehradum ipſum placebat, planiciem alii proxime Wltawam ex ad- *Comitia Wiſſehr. ad.*

Digitized by Google

verſo Wiſſehradi præferebant, cum ita diſceptarent, converſus ad eos Princeps: „ Ecquis vero permuniet nobis, in„ quit, eam urbem, de qua Libuſſa mater mea, mulier emi„ nentiſſima, paterque meus per omnia Diis, quam homi„ nibus ſimilior magnifica omnia ac ſumma certiſſimis vati„ ciniis polliciti ſunt? „ at populus plauſu ſuo ſententiam Nezamysli probans: „ Praga! Praga! exclamant, commu„ nienda eſt, quæ Principi, nobis, poſterisque certum per„ fugium ſit rebus quibusque deſperatiſſimis. „ (a) Communibus ergo ſtudiis ad urbem hanc munimentis ſolidandam itum, cœpitque peraltus murus a Wltawæ orientali plaga duci, inde contra meridiem in occidentem circumductus eſt. Accidit vero, dum fundamenta moliuntur, ubi propius eum locum ventum eſt, quo lignator ille Klenus primum limen, primamque domum locare Przemysli ac Libuſſæ imperio eſt juſſus, inciderent in altiſſimum terræ hiatum, ad ſummum os quernis tabulis ſaxisque opertum. Abraſa ſuperficie ſtupentibus nempe ſtabant ſimiles, ignari quis mortalium id baratrum contexiſſet, quibusve ex cauſis hæ fauces ſe diduxiſſent. Scribunt nonnulli occultos hic repertos eſſe ignes humana induſtria non exſtinguendos. Compluribus ſæculis baratrum id patulo hiatu ſpirabat, dum diuturnitate temporis in ſe corruit, ſuaque mole ſe implevit. (b)

Praga munitur.

Ingens baratrum.

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 759.

PAULI PAPÆ 3. CONSTANT. COPRON. 40. LEONIS IV. 9.

NEZAMYSLI 15.

(a) Pragam hodie minorem dictam primis sæculis a Bruska rivo inter duos montes Suillum Petrinumque arctatam stetisse, ac ab occidentali plaga non ultra hodiernam domum ad *aureum unitorum* appellatam exporrectam fuisse, jam supra innuimus multorum diplomatum fide testatum esse; sique Ms. sæculi XVI. fides: alter in urbem hanc ingressus erat e regione Ecclesiæ Parochialis S. Nicolai, Nemini ipse pueritiæ meæ annis post domum sic dictam Walderodianam exstitisse veterem arcum portæ simílem talem, qualis hodie ad unicornu perstat, vestigium procul dubio illius veteris urbanæ portæ. Tertiam ejusmodi vetustam portam supra RR. PP. Cajetanorum Ecclesiam ævo suo dirutam fuisse memorat noster P. Victorinus, ut dubium vix sit his olim finibus Micro-Pragam fuisse inclusam, scilicet eo usque dum altius, eoque loco (quo hodie persistit) pons Moldavæ fuisset a Carolo IV. instratus, atque mons Petrinus ab eodem in urbis circuitum receptus. *Anonym. amplificator Calendarii Weleslavini.*

(b) Ms. paulo allatum loco huic Capellam Deiparæ sacram imposítam adstruit post trecentos primum annos, eoque pene tempore, quo S. Procopii Ecclesia condita est. Sed si Hayecio fides: Ecclesia S. Procopii post quatuor demum & medium sæculum excitata est, atque ante eam annis decem & octo prius Capella B. Mariæ Virginis, ex qua hodie Melitensium Ecclesia est. *Ms. cit.* *Hayecius ad An. 1213.* *Idem ad An. 1195.*

ANNUS 760.

Annus septingentesimus sexagesimus tam immensam tota passim Bohemia omnis generis frugum tulit copiam, ut consecuta summa annonæ vilitate pleri- *Summa annonæ vilitas.*

Digitized by Google

que ab agris ad fodienda metalla operam ſtudiumque in Auſtros potiſſimum ſpectantes verterint; tenuioris contra fortunæ homines puriſſimi auri glareas in rivulorum ſabuletis collucentes proluebant, ignique in maſſam colliquantes longam egeſtatem præſentiſſimis opibus vincebant.

Sed eminebat ceteros inter rivos amnis quidam in ortum ab occidente ſole decurrens (a) tam ditibus ſabuletis locuples, ut conditam in ejus ripis urbem Bohaty Piſek (b) id eſt divites arenas appellarint. Et vero quantum auri circum eam urbem conſederit, ex eo quis colligat, quod ſint, qui ſcribant: tres non omnino ſolertiſſimos auri liquatores unius ſpatio diei auri pondo, ſeu libram numulariam, quæ noſtris *Hrzivna*, germanis Mark dicitur, collegiſſe ſimul & concoxiſſe. (c)

Urbs Piſek.

ANNUS JESU CHRISTI 760.

PAULI PAPÆ 4. CONSTANT. COPRON. 41. LEONIS IV. 10.

NEZAMYSLI 16.

(a) Amnis iſte Wottawa eſt, oritur in meridionali plaga Bohemiæ e montibus Bavariæ vicinis, primum montanam civitatem Bergreichenſtein prætergrediens ſerpentino curſu in ſeptentrionem vergit, ad Suſchize ſeu Schirtenhofen viam in occidentem flectit, ad Horazdiowitz ponte inſternitur, tum Strakonizii Wolnicæ ex montibus ad Winterberg exorti aquis augetur, rurſum ad Butin Blanicze amnem recipit, ac demum cum Piſecam alluiſſet, paulo infra Klingenberg in Moldavam ſe conjectans nomen amittit.

(b)

Digitized by Google

(*b*) Ad hunc locum ista noster P. Victorinus: aurum arenarium, a quo prædicta civitas ortum & nomen habet ex rivis & fluviorum arenis collectum, est primæ notæ, purumque & probatissimum, cujus feraces permultos in Bohemia fluvios enumerans Balbinus, de Chomotovienſi territorio addit: aurea hæc vicinia etiam Venetis ad nos venientibus, nota est, & locum hunc duo Regna ob divitias arenarum auri nuncupare sunt soliti. At unde aureæ illæ arenæ proveniant demonstrat Athanasius Kircherus in hunc modum: *Experientia docet*, inquit, *in Tyrolenſi Principatu, & in Bohemia, Saxonia, Ungaria, aliisque regionibus, in quibus montium uterus auro gravatur, ibidem & rivulos auri ramenta ab auriferis venis abrasa, arenisque mixta ostendere.* Quod ad Pisecam attinet ea & hodie in numero Regiarum est urbium, sita in regione Prahinenſi tredecim Praga milliaribus recedens, multa historiarum memoria in Annalibus nostris inclyta. Sub annum 1280. Cœnobio RR. PP. Prædicatorum sub tit. S. Crucis a Bohemiæ Regibus fundato decorata est, quod post triumphale suorum Religiosorum ab Hussitis fidei odio trucidatorum Martyrium, debellata hæresi Phœnicis instar revivisœns etiam nunc perseverat.

Balb. Dec. 1. l. 1. c. 14.

Kircher. in Mundo subterran. T. I. l. 3.

(*c*) Quænam vera fuerit ponderis ratio primis sæculis patriæ nostræ nullis coævis paulumque posterioribus documentis proditum est. Nam quæ Stranskius, Balbinus & Carpzovius de pondere monetarum nostrarum & valore referunt ea passim jam Wenceslai II. ætatem respiciunt, cum grossi illi notissimi Pragenses invecti sunt. Ceterum cum marcæ nomen non infrequens sit in nostris vetustis quibusque memoriis, credibile est, si non simillimam, aliquam tamen ejus rationem fuisse, qualis his temporibus apud Germanos fuisse perhibetur; nam Germanicum hoc vocabulum esse scribit Georgius Agricola aliique. Ejus autem usum in ponderatione auri & argenti plerique Scriptores ad tempora Philippi Augusti referunt; antiquiorem merito esse observat D. Le Blanc, & quod gentem nostram concernit: ejus usum jam Caroli M. tempore ostendit Cosmas cum 500. Marcas eidem pendi solitas asseveret. Wichbild Magdeburgicum Slavonicam marcam asfirmat appendere 12. solidos; sed rursum res perobscura, qui & cujus ponderis hi solidi fuerint, & num Slavonica marca Magdeburgica Bohemicæ responderit, præsertim cum posterioribus sæculis duplicis marcæ genus apud nos fuisse constet, scilicet usualis, & gravis. *Usualis* solum pondus puri auri argentique respiciebat, *gravis* vero jam ad au-

Stransky Reipubl. Boh. c. 18. Balbin. Dec. 1. l. 2. Carpz. Lauß. nitzer. Ehren-Tempel c. 11.

Agricola de restituendis ponder. p. 243.

Le Blanc Tract. de Monet. Cosmas ad Ann. 1040. Wichb. Magdeb. art. 44. §. 3.

Digitized by Google

rum argentumque cupro mixtum. scilicet pecuniam pertinebat, quæ quidem valore intrinseco auri argentique marcam exæquabat, at pondere superabat, hinc appellata *gravis*. Lymneus ad Aur. Bullam docet & auctoritatibus tuetur: Marcam denotare 16. lotones seu 8. uncias, quod est pondus dimidiæ libræ, sed cum pondera etiam hodie æqualia non sint, res intricatissima. Nos tamen ad annum 806. cum de tributo Carolo M. a gente nostra constituto egerimus, conabimur marcæ nostræ pondus valoremque monetarum superstitum appensione dilucidare.

ANNUS 761.

Siccitas & fames.

Superioris anni ubertatem tanta in præsens excepit siccitas, atque ex ea nata cum sterilitate fames, ut mortales non pauci, auri præsertim fossores, esurie enecti jugulatique sint. Ex duplici fonte ea penuria manavit: alter erat inopia aquæ pluviæ, præterquam enim quod cœlum ipsos octo menses omnem pluviam pertinacissime negarit, ardentissimus præterea æstus, quidquid infra humoris erat, decoxit. Alter ex insana auri cupiditate agrorum neglectus; ac nisi Princeps tempori acerrimis edictis eam fodiendi, proluendique auri aviditatem coercuisset, magna sine dubio Bohemiæ pars fame contabuisset.

Salsulæ Bilinenses.

Sub exitum præsentis anni Kossali clientelæ ex oppido Bilina venatum egressi haud procul inde salsulas offenderunt; aquis diligentius exploratis acciti continuo sub manu salinatores nonnulli Slanenses, posteaquam coquinis constitutis liquido didicerunt Bilinenses salsulas & longe probiores

&

Digitized by Google

multo locupletiores Slanenſibus eſſe, relictis patriis eo loco ſalinas novas condiderunt, coctoribus ſociis eo certatim quoque confluentibus. Ita Slanenſes ſalſulæ ſive exhauſtis venis, ſive ſalinatoribus Bilinam commigrantibus deſiere, (a) Bilinenſibus conſequente mox anno idem fatum ſubeuntibus, nec deinceps, quamlibet frequentibus locis ſalſulæ erumperent, coctiones ejusmodi reſtitui poterant. (b)

Slanenſes ſalſulæ deficiunt.

ANNUS JESU CHRISTI 761.

PAULI PAPÆ 5. CONSTANTINI COPRON. 42. LEONIS IV. 11.

NEZAMYSLI 17.

(a) Verba P. Victorini noſtri ad hunc locum hæc ſunt: tametſi vero cum pereuntibus Slanenſibus ſalſulis emolumenta quoque ſalinarum ceſſarint, Slanenſes tamen conditam a ſe urbem neutiquam deſeruerunt; ſed verſi ad hortorum agrorumque cultum, ac cereviſiæ domi coctæ celebratæ vulgo bonitate in ſpes novas paulatim rem familiarem ſuam pariter & publicam inter ſuos confirmarunt, locumque ita excoluerunt, accedentibus præſertim bonarum literarum magiſtris, ut & humanitate ædificiisque niteret, & vitæ tuendæ neceſſariis rebus abundaret.

(b) Rurſum noſter P. Victorinus: Plures præterea in Bohemia ſalis puteos (ut ad urbem Cadanam in agro Zatecenſi, ad Hradiſtium in Provincia Neo-Boleslavienſi, ad Reginæ Curiam in Regino-hradecenſi) recenſens Balbinus, ad pagum ait Auſſoviz, qui eſt in ditione Teplenſis Præmonſtratenſium cœnobii, emicat ſalſus fons inexhauſtis & abundantibus venis: ſalem ex eo probiſſimum, aqua per artem vel ſalem ſiccata, & durata confici poſſe, & olim confectum eſſe, constat inter omnes vicinos, agnovitque & Cæſar Ferdinandus I. qui Pragam miſſis curſoribus aquam hanc ſalis in lagenis ad ſe deportati juſſerat. Deprehenſum eſt, ſalem eſſe, qualis optari poſſet, puriſſimum.

Balb. Dec. 1. l. 1. c. 12.

Hoc

Digitized by Google

Hoc subinde negotium conficiendi salis a Cæsare Abbati Antonio commendatum per plures annos felicem successum habuit; sed abalienata ad vicinos dominos de Pflug ditione, abruptum, iterumque Teplensi monasterio post rebellionem hæreticorum restituto a supremo Schlakenwaldensis officii administro instauratum, pauco post tempore ab eodem, consentiente Regia Camara est abolitum: quia videlicet salina haberet aquam, ut appellant, crudam Wildwasser annexam, sine magnis sumtibus inseparabilem, & quia opus istud his partibus erigi & exerceri non posset, nisi cum grandi jactura stanni fodinarum, quibus promovendis deficerent ligna in salis coctionem convertenda. Hæc fere Balbinus, enumeratis vicinis etiam aliis salinis, tum addens: sed mihi nulla narratio gratior esse potuit, quam nupera Viri e societate nostra gravissimi, qui paterna sua ditione in Prachensi provincia 15. milliaribus ad Nehossovicium, montem stare salis terrei (qualis ex Polonia ad Silesios vertitur) pleniissimum mihi significat, eum salem se suis oculis vidisse, manu tractasse, & gustasse religiose affirmat. Sed jam Salisburgo & Gemunda ex Austria superiore de sufficiente sale, qui per Budvicium secundo Moldava devehi solet, universo Regno Bohemiæ affluenter pretioque tolerabili providetur. Hactenus P. Victorinus.

PRÆTERMISSA.

Baron. Pagius ad h. a. Sanct. Garibaldus II. Episcopus Ratisbonensis moritur, cujus festus dies 8. Januarii colitur.

ANNUS 762.

Teplicenses thermæ deteguntur. Fugientium salsularum damna calidi bullientium aquarum fontes nonnihil sarsere. (a) Has balneas Kolostugius a pastoribus suis in quodam saltu detectas communito ad fontium capita castello, occupaverat, nec eas distulit adversus Kossalum hominem in ea vicinia præpotentem tutari. (b) Nam Biela Kossali uxor, ut rem compe-

Digitized by Google

perit, earum balnearum ardentiſſime cupida, eo maritum quotidianis blanditiis, ac non nunquam jurgiis impulit, ut coacta robuſtiſſima quinquaginta famulorum manu deturbare inde Koloſtugium tentarit. Sed Koloſtugius inſidiarum alicunde admonitus Koſſalo prævertit, ſaxisque ingentibus in ſuperiora caſtelli comportatis ſuos ad repulſandam vim admonitos in caſtri defenſionem collocavit, hoſtis impetum exſpectans. Et adfuit biduo poſt cum ſua cohorte Koſſalus, ſpeculatusque poſt arborem pinum, quo facillimus ad caſtellum aditus eſſet ſuis poſt terga relictis, dum incautius nudum galea caput explicat, a Koloſtugio agnitus, temeritatis ſuæ pœnas dat. Nam Koloſtugius tam dextere diligenterque ab arce in eum telum contorſit, ut diverberato capite ſupinum proſtrarit. Inde ad caſum Ducis effuſa primo manipularium fuga, mox Koloſtugianis inſequentibus ſaxaque e ſuperioribus locis confertim jaculantibus, cædes non parva. Qui peſtem effugerant, cum triſtem infauſtæ expeditionis exitum Bielæ nunciaſſent, mulier ægritudine ſimul iraque paulo poſt emarcuit.

Koſſalus occiditur.

Biela moritur.

ANNUS JESU CHRISTI 762.

PAULI PAPÆ 6. CONSTANT. COPRON. 43. LEONIS IV. 12.

NEZAMYSLI 18.

(a) Thermæ hæ Teplicenſes ſunt non modo a circumſitis regionibus, ſed remotis etiam frequentari ſolitæ, quas porcorum volutabro inventas nonnulli ſcribunt. Earum naturam

Digitized by Google

ram his verbis describit Kircherus: *Teplicenses in Bohemia thermæ sulphure, nitro, alumine, bitumine, & saxo calcario constant, nullum est fere morbi genus, cui non prosint.* Casparus Schwenkfeldius Medicus Gœrlicensis, qui anno 1609. obiit, scripsit tractatum de his Thermis, quem Magdalenæ Waldsteinianæ natæ Zezimianæ de Austi an. 1607. dedicavit. Recentiorum plures de usu, natura, virtuteque hujus balnei exstant descriptiones. Balbinus præterea memorat: aquas balnei Teplicensis, dum olim quæstui haberi cœpissent, statim amissas ex oculis fugisse, nec recuperari potuisse nisi summo fossionum labore, sublato vectigali.

Balb. Dec. 1. l. 1. c. 24.

(*b*) Hoc loco postea excitata civitas, eaque instar caldarii describitur; arcem habet insignem, quæ cum universa regione ad Comites de Clari spectat, in agro Litomericensi sita est, decem milliaribus Praga distans. Hic prima Wladislai Regis conjux Gertrudis S. Leopoldi Austriæ Ducis filia, vel ut alii malunt, altera cognomento Judith sacris D. Benedicti Virginibus anno 1146. Parthenonem excitarat, amplissimo Teplicensi tractu iis in dotem assignato; sed Hussiticus turbo illud claustrum ita prostravit, ut ne vestigium quidem illius reliquum sit. Divitem deinde illius loci dominatum Georgius Rex Wrssoveciis Equitibus anno 1467. in perpetuum transcripsit, quibus postea Comites Chinskii, his alii successerunt, dum ad Clarianos, quorum in manu hodie est, transiit. Hactenus noster P. Victorinus.

ANNUS 763.

Bydus filius Slavimili Kurimensium dynastæ, seu ut alii malunt Principis vale patri dicto cum servitiis suis triginta numero, centum itidem vaccis, centenis bobus, pluribusque ovium ac caprarum gregibus in septentriones profectus, flexo inde in orientem solem itinere apud rivum quendam substitit. Trium dierum spatio cum fessa hic refocillassent corpora, ad laborem conversi succisis arboribus sepimentum posuerunt, propterque villam Kratono-

Kratonoby villa.

no-

Digitized by Google

nohy, (a) quasi brevipedem dicas, quod longa viarum difficultate pedes sibi attrivisse viderentur. Ipse cum aliis plusculum ultra progressus simillimam castello domum Bydzow ad pedem montis constituit. (b) *Bydzow urbs.*

Fabricatis ædibus, domesticis mox turbis involutus Bydus est. Kraska, a venustula facie sic dicta, Bydi uxor animique mulier inquieti, marito obstrepere, accusare viros, damnare se, quod in tempora Wlastæ non incidisset, magno fastu animique licentia cœpit. Objurgata a marito adeo illius minis, virorumque clamoribus exterrita non est, ut ab conjuge fugiens cum ancillarum manipulo silvas furiosa multumque minax petierit. Ibi Chlumezio, (c) quæ vox prisco illo & horrido loquendi genere collem significabat, vallo, fossaque communito, terribilem viciniam latrociniis pastorumque cædibus faciebat. Jamque nemini erat dubium, quin eadem, quæ Wlasta moliretur. Et spectabant sane eo mulieris consilia, sed fortuna tumentem non aliter quam inflata venti vela, in medio cursu destituit. Namque mariti jussu ad silvæ illius exitus ab servis excepta insidiis, altero post hæc anno jugulata est. *Kraska Bydi uxor inquieta.* *Chlumezium munit.* *Occiditur.*

ANNUS JESU CHRISTI 763.

PAULI PAPÆ 7. CONSTANT. COPRON. 44. LEONIS IV. 13.

NEZAMYSLI 19.

(a) Kratonohy fortaſſis locus is eſt, qui hodie Alt-Bydczow appellatur; niſi Kratenau vicum dicamus altero prope lapide Bydczovio diſſitum.

(b) Locus hic in liberam Regiamque urbem jam excrevit, jus hoc anno 1570. a Maximiliano II. Imp. & Rege Bohemiæ conſecuta, numeraturque inter dotales Reginæ. Praga decem milliaribus diſſita eſt ad agrum Regino-Hradecenſem hodie pertinens. Inſigni olim Monaſterio Conventualium fuit inclyta, quod Huſſi tumultus cum ipſa civitate evertit. Eo in monaſterio præcipuas quasque familias ſepulturas ſuas delegiſſe teſtantur ibidem ſaxa quæque perantiqua ſepulchralia hodiedum ſervata, ut inquit Balbinus.

(c) Ad hunc locum P. Victorinus noſter: villa Chlumec nunc civitas eſt in Regino-Hradecenſi territorio ditionis Comitum Chinskiorum vaſtiſſimis circum ſilvis, & agris obſeſſa. Ejus arces duæ ſunt: in urbe altera, altera in ſuburbano colle, utraque ſplendida & magnifica amœniſſimos hortos ſaltusque late deſpiciens. Carolus VI. Imp. Auguſtus anno 1723. Chlumecii venandi gratia triduo moratus, utrumque collaudavit, ſuburbanam etiam a ſe Carolinam vulgo Carlsberg vocari juſſit.

PRÆTERMISSA.

Hoc anno immanis hiems toto orbe ac cumprimis ſeptentrionalibus plagis graſſata, de qua ad annum 771.

AN-

Digitized by Google

ANNUS 764.

Quo tempore Kurimenſes deducendis coloniis operam dabant, iisdem prope diebus Lucenſis Wrſſoyecius cognomento Krotbog filius Hoſtislai rerum amplificandarum ſatagebat. Miſſus Pachta egregius id ætatis architectus cum ſervorum manu locum idoneum conſtruendo caſtro e cujusdam fluminis ripa exquiſitum. Pervenere illi ad Egram, (a) repertoque quam opportuniſſimo colle, mox manum labori admovere, excitatam tum venuſtam ſimul & ſolidam domum famulitio atque pecore impleverunt, ſimul Krotbogium perfectis rebus omnibus ad colendas ædes e pago Wrſſoviz, ubi cum patre commorabatur, evocarunt. Krotbogius poſt ſupremos patris amplexus cum uxore familiaque ad deſignatum locum proficiſcitur. In itinere de nomine recentis arcis quæſtione, ut fit, mota, converſus ad comites Krotbog: „ Potuit „ Przemyslus ac Libuſſa, inquit, dubio lignatoris „ reſponſo appellationem Pragæ permittere, cur idem „ Krotbogio non liceat? certe quem primum in portis „ novæ arcis offenderimus laborantem quidpiam, is loco „ nomen dabit. „ Placuere dicta comitibus. Itaque ſtudio eventus accelerata ambulatione, dum caſtrum ſubeunt, ipſas intra portas ſedentem humi virum in conſpectu habent, ad quem converſus Krotbogius: „ quid, inquit, rerum „ agis, optime? „ at ille: „ *Poſtoly prtugi* „ ſeu prtam

Krotbog arci locum exquiri facit.

Digitized by Google

inquit, id latine erit: vitium ocrearum farcio. Magno clamore excepta dicentis vox est, *Postoloprti Postoloprti* geminantibus sociis, idque nomen arci dantibus. (b) Vocabant autem osca illa tempestate Bohemi calceum *Sskarpal*, & ocream *Postola*, sutorii vero opifices *Prtacy* (c) dicebantur inde Postoloprti castro nomen. (d)

Arx Postoloprti hodie Postelberg.

ANNUS JESU CHRISTI 764.

PAULI PAPÆ 8. CONSTANTINI COPRON. 4. LEONIS IV. 14.

NEZAMYSLI 20.

(a) Egra fluvius omnium unus est, qui extra Boemiam oritur; nascitur ex occidentali plaga Bohemiæ in Franconia ad nominatissimos pinniferos montes Füchtelberg appellatos ad pagum Heidles ex monte Heida dicto, Boemiam per Egranam regionem ingreditur, primumque Egram civitatem alluens variis rivis torrentibusque augetur, infra Kœnigsbergam Leibitsch, supra Libau rivos accipit moxque tertium Ransbach appellatum. Ad Falkenaviam ex septentrionibus decurrentem amnem Tzwoda, a meridie rivum Labesbach absorbet, vix emensus lapidem prope Cubitum civitatem torrentem Geyersbach haurit, tum vario flexu procedens infra Thermas Carolinas e ripa sinistra amne Rohla, e dextra Tepla locupletatur, abhinc arcu veluti formato Cadanam adit Zatecitumque civitates regias, ad Postelbergam amne rursum auctus prope Launam Litomericensem regionem ingreditur, tum ad Budynam cursum, quem hactenus in occidentem direxerat, rectissimo calle in Aquilonem flectit, atque ex occidentali urbis Litomericii latere se se in Albim exonerat. Fluvius hic a Cosma & Henrico III. Imp. in descriptione limitum Pragensis Episcopatus *Cheb* appellatur.

(b) De hac fabula jam prælibavimus quidpiam alibi, nomenque loci hujus ex illis est, quæ Scriptores nostri ex Slavica ejus signi-

Digitized by Google

ſignificatione ad integras hiſtorias detorſerunt. Conſtat ex monumentis autographis locum *Poſtoloprti* pluribus ſæculis poſterius excitatum fuiſſe. Nam conditum iſthic eſt Cœnobium in hiſtoriis noſtris ſæpe memoratum ordinis S. Benedicti, quod *Apoſtolorum Porta* vocabatur; hoc latinum nomen, cum rudis latinarumque literarum ignara plebs enunciaret difficiliſius, corrupit, atque per ſyncopen *Poſtoloprt* appellavit. Quam eandem Hayecii narrationem jam pridem exſugillavit Paprocius & Balbinus. *Paproc. in Monaſteriis p. 357. Balbin. Dec. 1. l. 1. c. 9.*

(c) Valde dubito Sſtarpal vetuſtam primigeniamque vocem Slavicam eſſe, conſtat enim *Scarpa* vocabulum eſſe Italicum calceum ſignificans. Dalmatæ, qui omnium fidiſſime veteris linguæ Slavicæ puritatem primam retinuere, calceum & calceamentum hodiedum *Poſſtol*, ſutorem vero *Poſſtolar* appellant, ocream demum *Skornya*, quæ etiam nobis adhucdum Sſtorne vocatur. Ceterum cum hic ſutorum nominis mentio fiat, non prætereundum in diplomatibus noſtris vetuſtiſſimis *ſutorum alborum & nigrorum* ſæpe memorias fieri; ſic nominatim habet diploma Spitignei in fundatione Eccleſiæ Litomericenſis circa annum 1056. *Igitur ſive mellis ſolutores, ſive campanarii, aut ſutores nigri & albi, ſive ceteri qualiscunque artificii homines ad uſum ſepe dicte eccleſie ſint per nos mancipati.* Et rurſum: *Sutores quoque, ut ſupra dictum eſt, albi & nigri.* Miratus magnopere ſum in tam vaſto Caroli Dufreſne Gloſſario medii ævi vocem hanc nec prolatam, nec explicatam, eam vero ſynchronum pene diploma Brzetislai in fundatione Eccleſiæ Boleslavienſis explicat, ſeu potius clarius exprimit, dum ait: *Sutores pelliones mardurinarum pellium, ſuterem corii.* Ut ita: *Sutores albi* non alii fuerint, quam qui pelles pilofas ſeu hirſutas ſuerunt, quos hodie pellifices & pelliones appellamus. *Sutores nigri*, qui proprie dictum corium cumprimis bubalum tractarunt, quos Coſmas his verbis etiam diſtinguit: *Sutores pellium diverſarum, & coriorum.* Num vero hi *ſutores nigri* jam tum apud nos ut hodie in lorarios, ſeu qui lora diverſi generis ac camprimis equorum phaleras ſiunt, atque calcearios diſtincti fuerint, num unum idemque opificium ſimul tractaverint, luculenti nihil eſt. Apud exteros diverſa jam fuiſſe multis monumentis proditum eſt, ſic enim Codex traditionum S. Emmeramenſium ſæpe in teſtium ſubſcriptione eos diſtinguit: *Hartmannus ſutor, Hecil calceator*, quos Charta Leduini Abbatis ad an. 1036. proprie *ſutores vaccæ* vocat. *Lodereker in Vocab. ſeptil. Diploma in Archivo Litomer. Balbin. in Epit. p. 191. Coſmas l. 1. edit. Frcb. p. 6. Bernard. Pez Anecdotor. T. I p. 3. Dufreſne vocab. ſutor.*

(d)

Digitized by Google

(d) Oppidum id hodie est cum arce, nomine Postelberg notum, in regione Zatecensi situm, octavo ab urbe Praga lapide remotum, pertinens ad ditiones Celsissimi Principis a Schwarzenberg.

PRÆTERMISSA.

Pagius ad h. a.

Hoc anno Roma in Gallias deportatæ sunt reliquiæ S. Viti Martyris, præcipui Regni Bohemiæ Patroni, ex calculo Pagii, quod factum memorat vetustus Anonymus Monasterii Novæ Corbejæ Monachus de Translatione Reliquiarum ejusdem sancti sub Pipino Rege, & Fulrado Abbate S. Dionysiano.

ANNUS 765.

Nezamyslo ubique ab auro atque argento locupleti, tum pacis securo ea præcipua hoc currente anno opera fuit, ut persuaderet populo: prostratis longe maximam partem silvis cultum solo inducerent, prædiaque collocarent. Atque is erat eorum temporum genius gentis, ut se sat beatos ducerent, modo pane satiati ac expleti pace tuta ac tranquilla uterentur.

Wissehradum munitur.

Eodem anno Princeps ad Wissehradum muniendum versus, pro lignea maceria altos saxeos muros, loricamque substituit; arci præterea magnificas atque eminentes portas opere itidem lapideo, cæsis e monte Petrzin saxis, (a) addidit, ut jam moles omnia ejus ætatis regionisque ædificia splendore ac firmitate superaret.

Hruba moritur.

His occupato rebus uxorem Hrubam (b) exeunte anno fatum rapuit. Demortua cadaver post solis occasum in Hrob-

Digitized by Google

Hrobka communi Principum busto solemnes inter multitudinis lacrymas ac ritus terræ mandatum. Remanserant ad busta pediſſequæ, cumque triduo ſuper tumulum ditibus alimentis ignes foviſſent, (c) averſæ denique & ipſæ a tumulo, jactis gentili ſuperſtitione poſt terga ſaxis diſceſſere.

ANNUS JESU CHRISTI 765.

PAULI PAPÆ 9. CONSTANT. COPRON. 46. LEONIS IV. 15.

NEZAMYSLI 21.

(a) Ex ejus montis (qua parte meridiem reſpicit) lapide univerſæ pene Pragæ ædificia, ſi coctos lateres excipias, condita ſunt, condique hodie ſolent. Lapis eſt albicans, non admodum gravis, calcis tenaciſſimus, tum adeo tractabilis, ut levibus malleorum ictibus cedat. Cum effoditur, ſua ſponte paſſim in quadra fruſta diffilit, ut pene negotio nullo in juſtam tetragoni figuram formetur; quod majoribus noſtris magno in lucro fuit, cum præſertim Caroli IV. temporibus ſumtuoſiſſimas illas pontis, templorum, turrium plurimarumque ædium ingentes moles, nonniſi hoc quadrato lapide, ut hodie videre eſt, conſtruerent.

(b) Verius illa ex veteri Ortographia Slavica *Gruba*, quod majoribus noſtris *ingentem* ſignificabat, appellata eſt. Nam in Prodromo jam præmonuimus Slavos Græcorum more, puram literam *b* in commercio linguæ ſuæ non habuiſſe. (Admonendusque hic lector typographi oſcitantia factum fuiſſe, quod in Prodromo noſtro pag. 60. linea poſtrema vocem *puræ* omiſerit.) Litera autem *ch* uſi ſunt, eoque fere modo illam ſcripſere X ſeu χ uti Græci, quemadmodum ex alphabeto Cyrilliano videre licet. Inde profluxit, quod non raro, uti ex diplomate Spitignei Eccleſiæ Litomericenſi dato liquet, puram literam *b* loco *ch* poſteriores quique ſcribæ adhibuerint: *Homutone* id eſt Chomutone, *Kopiſſteh* id eſt Kopiſtech. Leſkah id eſt Leſkach, quod ho-

Digitized by Google

hodiedum in multis vocabulis perstitit Buh, Brzch, Dluh &c. quæ pe[illegible] enunciantur.

(c) Ethnicis non modo Slavis, sed etiam Germanis ignem inter sacros ritus fuisse pluribus locis testatum est. In synodo a S. Bonifacio anno 742. celebrata prohibentur ignes sacrilegi, qui *Metfres* vocantur, alius erat *Nodfyr* appellatus index superstitionum quarumque paganiarum. Et ignis ille solstitialis, neque hodie in vigilia S. Joannis Baptistæ infrequens, passim a Slavis paganis originem suam habere creditur.

Baron. ad h. a. Concil. Liptin. anno 743. apud Lalandum Chron. Slav. septent.

ANNUS 766.

Civilis discordia (quemadmodum scilicet metus atque æmulatio attentiores ad rem homines facit) Bohemiam nonnihil muniit, auxitque. Luczani aliter Zatecenses dicti perpetuo erga Nezamyslum obstinato animo, propriumque Principem (a) aspirantes castri Wissehradensis nuper tanto opere muniti æmulatione urbem & ipsi suam, qua poterant, fortibus capacibusque muris vallarunt, quo emergente quantocunque periculo regionis universæ populus certum securumque haberet receptaculum.

Zatecenses se muniunt.

Sed & privata odia duobus rursum prædiis locum dederunt: Slicko & Chara erant quam opibus potentiaque Zatecensium facile primi, tam immortalibus inimicitiis inter se clari. Jamque servitia etiam in mutuam perniciem armaverant, cum Chara æstimatis potentioris æmuli viribus cedere tempori statuit, raptimque in occidentem profectu

præ-

Digitized by Google

prædio vasto elegantique Charwaticze fundamenta jecit ad Egræ fluminis ripam. (b) Slicko adversarii quidem conspectu, non item metu levatus convocato ad diem unum famulitio eminentem locum ostendit, eique validam domum castello similem insterni fecit, indito nomine Slickow. Scribunt alii conditorem Lyczko appellatum fuisse, ab eoque nomen Lyczkow habere in hodiernum diem. (c)

Charwaticze, Slycko prædia.

ANNUS JESU CHRISTI 766.

PAULI PAPÆ 10. CONSTANTINI COPRON. 47. LEONIS IV. 16.

NEZAMYSLI 22.

(a) Verosimillimum ex relatis Cosmæ fit: Luczanorum provinciam separatam a Pragensi semper fuisse rempublicam, atque a peculiaribus Principibus gubernatam eo usque, dum ultimo stirpis insidiose simul scelesto sublato, Principatus ad Pragenses recidisset. Nam ut jam ad ann. 718. ostendimus ex Cosma ac Dubravio: gens hæc origine fuit alia a Slavis Bohemiæ, & Principatus illius fines, quod vix usquam alias a Cosma factitatum reperitur, his verbis graphice describuntur: *Distinguitur provincia quinque regionibus locorum: Prima regio est sita circa rivum nomine Gustna. Secunda est ex utraque parte fluvii Utka. Tertia extenditur per circuitum torrentis Brocnika. Quarta, quæ & Silvana dicitur sita est infra terminos fluminis Msa. Quinta, quæ in medio est, dicitur Luka pulcherrima visu, & ultima usu, ac uberrima satis, nec non abundantissima pratis*, inquit Cosmas.

Cosm. Chron. Boh. l. 1.

(b) Supereſt hodiedum in Satecensi territorio vicus Charwaticz plerumque Karbatez in tabellis Geographicis consignatus, is tamen uno pene lapide ab Egra fluvio remotus; neque e regionis Satecensis plaga occidentali: an igitur is, de quo hic sermo, dubito.

Digitized by Google

(c) Lyczkow hodie Liczkau appellatum adhuc egregia arce, ad Illustrissimum Comitem Carolum de Breda pertinente, splendet, justo milliario Sateçio discretum.

PRÆTERMISSA.

Chron. Herveld. ad h. a. Hoc anno victos fuisse Slavos a Francis in Weidahaburg refert Chronicon Herveldense. Quodnam hoc Weidahaburg sit, nuspiam nobis explicuit Abbas Gotvicensis diligentissimus cetera in pagis locisque vetustis Germaniæ exquirendis consignandisque, nisi forte idem esse dicamus cum Veda aut Weita pago inter fluvios Salam & *Elistram*, quos sub litera V. & W. refert. Tam tectum etiam est, qui Slavi hi fuerint, & an hujus belli etiam Bohemi partem habuerint. Id tamen certum, ex posteriorumque annorum historiis palam fiet, illud ipsum jam tempus fuisse, cum Slavi vicini omnes de securitate sua, libertatisque tuendæ jure omnia præsidia sedulo circumspexere. Cum enim viderent Bajoariæ Ducem a Francis victum, ac prope captivum teneri, Frisones jam debellatos, Saxones vicinissimos sub tributum missos tot ab iis relatis victoriis, de adunandis viribus contra Francorum succrescentem vim constituendoque uno rei bellicæ administratore cogitandum fuit.

Chron. Gotvicense l. 4.

ANNUS 767.

Argentea virga index argenti fodinæ.

Annus hic novitate miraculi insignis. Argenteus quidam fulgor e densissimis virgultis promicans, forte cujusdam mancipii in silvis prope Beraunam erratis perstrinxit oculos. Ille fortunatus rem exploraturus diligentius, dum reluctantia virgulta submovet, puri puti argenti virgam (a) in staturam justi hominis luxuriante via jam pullulasse reperit. Lætus oblatis tam insperato divitiis sed lætior gratia, quam initurum se ab hero sperabat, virgam, fortunas suas ab radice avellit, signatoque diligenti loco rem ad Bytizium (b) (id hero nomen erat) defe-

Cum

Digitized by Google

Cum incredibilia narraret, producta virga dubitanti Bytizo fidem fecit. Tum vero herus oneratum ingentibus promissis famulum ducere se cum fossoribus ad eum locum jubet. (c) Ibi saxorum contumaciam cupiditate heri vincente, cum ad centum cubitos deorsum versum montem persodissent, tantas inde opes Bytizius exhausit, quantas ex una fodina Bohemus ante ipsum nemo.

Interea temporis Pragenses muros ex adverso montis Petrzin ad finem Nezamyslus perduxit. (d) Sed ea fuit silvarum camporumque dulcedo, ut pauci admodum provocati licet immunitatibus maximis, campestres solitudines horridumque vivendi genus urbanæ frequentiæ deliciisque prætulerint. Ergo Princeps plerasque domos ex ærario ædificare, suisque implere servitiis coactus. *Pragenſis murus perficitur.*

ANNUS JESU CHRISTI 767.

SEDES PAPALIS VACAT. CONSTANTINI COPRON. 48. LEONIS IV. 17.

NEZAMYSLI 23.

(a) Argentum purum putumque in diversas sæpe formas virgæ, filorum, spicæ, culmi, arboris, crucis, equelli efformatum seu antris, seu etiam in terræ superficie in Bohemia non sed repertum plurimis productis exemplis docet Balbinus; quibus cabus non modo singula pene loca auri argentique feracia, sed plerque alia ad materiem hanc spectantia copiose tractat. *Balb. Dec. 1. l. 1. c. 16. c. 17. & 18.*

(b) Hammerschmid hujus Bytizi primas memorias jam ad annum 745. collocat, quo eum indulto Principis Nezamysli ait in Bemenses silvas concessisse, isthicque ingens prædium excitasse. *Hammerschmid hister. Klattov. P. 1. c. 1.*

Digitized by Google

Balbin. hist. S. Montis l. 2. c. 3. §. 3.

(c) Balbinus locum hunc Bytiz a conditore suo appellatum inquit, eumque vix medio milliari a sacro monte distare; at nominis hujus vicus oppidumque nullum in hoc regionum tractu, nisi Pitschin dicamus, quod lapide a S. Monte distitum est. Hammerschmid prædium Bytizi vocat. Si vero Hayecius primus hujus historiæ prolator consulatur, ex eo colligitur, eum tam vicinum S. Monti locum nequaquam intellexisse, cum fodinas has prope Beraunam statuat, quas procul dubio Przibramio vicinas scripsisset, cum non multo ante Przibramii originem retulerit.

Hammerschmid cit. loco.

(d) Recte hic Hayecius primos muros urbis Pragæ ad radices & ex adverso montis Petrzin constituit, secus quam alii quique, qui incinctum hunc montem jam ante Caroli IV. tempora scripsere, inque ambitum urbis Pragenæ relatum.

ANNUS 768.

Anno septingentesimo sexagesimo octavo missi a Radmilo Slavimili Kurimensium Ducis filio Bydi fratre, ita jubente patre, nuncii ad exploranda orientem versus idonea habitatoribus loca, renunciarunt: plurima a se visa esse non incommoda, non injucunda habitationi, at nihil aptius ad condendam urbem longe lateque vagantibus occurisse, quam editiorem quendam montem vetustissimæ alicujus urbis manifesta adhuc vestigia servantem. (a) Præterquam enim quod in humanas calvas atque ossa non uno loco impegissent, disturbatas etiam ac male materiatas parietinas, fossasque murorum ruinis oppletas spectasse, imo non longe abhinc inter silvas reperisse subactæ aratro olim terræ indicia & silvescentes agros. Delectatus ea narratione Radmilus, missa paterna domo cum universa clientela illac

Digitized by Google

illac iter arripuit, reque, ut nunciata erat, comperta, e vestigio quosque operi destinavit, qui veteribus fundamentis mœnia nova injicerent, repurgarent fossas, restauratisque sedibus novam urbem Rodaun (b) appellarent, Infelix cui maturantibus fatis perductam ad exitum urbem videre non licuit. *Urbs Rodaun.*

Per eosdem dies Slavimilus Rozhonis antecessoris fratrisque exemplo Principem se spreto *Gospodini* (c) nomine salutari dicique edicto jussit, magis quod populosæ civitatis dominatum teneret, quam quod revera seu natalibus, seu populi suffragio Princeps esset. Nec stomachatus inania hæc ventosaque nomina pacis studiosissimus Nezamyslus, monuit solum hominem, teneret se finibus suis, si narium quoque jacturam nollet facere.

ANNUS JESU CHRISTI 768.

STEPHANI III. PAPÆ 1. CONSTANT. COPRON. 49. LEONIS IV. 18. NEZAMYSLI 24.

(a) Plura vastata desertaque castella, & urbes olim a Bojis Marcomannisque his locis condita sub Slavorum in Bohemiam ingressum inventa esse nullus dubito, cumprimis post funestum illud Attilianum totius prope Europæ excidium.

(b) Hodie vicus est templo insignis in regione Boleslaviensi duobus milliaribus Melnicio dissitus, passimque Radaun appellatus; alter ejus nominis vicus est in provincia Bechinensi. Alterque item in Litomericensi.

(c)

Digitized by Google

(c) *Gozpodin* proprie *Dominum* majoribus noſtris connotabat, ut ex vetuſtiſſimo hymno S. Adalberti Goſpodine pomilug ny id eſt *Domine miſerere* liquet. Dalmatæ & Croatæ hodiedum hanc ſignificationem retinent. Apud nos Goſpodin vero nonniſi Deo jam tribui ſolet.

Wuſſin Lexicon Triparticum.

PRÆTERMISSA.

Demortuus hoc anno Pipinus Francorum Rex æquali inter filios ſuos Carolum & Carolomannum, dum adhuc viveret, regnum diviſit. Auſtraſiorum regnum Carolomanno juniori, Burgundiam, Gothiam Aleſazim id eſt Alſatiam & Alemanniam Carolo tradidit. Aquitaniam denique, quam nuper acquiſierat, inter utrumque diviſit. Nomine autem *Auſtraſiorum* Anonymus apud Pagium non ſolum Auſtraſiam, ſed & Neuſtraſiam, Thuringiam & Bajoariam intelligit. Tam vicinarum itaque ditionum Franci Domini, paulo poſt etiam fortunam in gente noſtra experiri attentarunt, ex ejusque ſpoliis & terris locupletes fieri.

Pagius in Critica Baron. ad h. a.

ANNUS 769.

Præſens annus novas Nezamyslo, qui annum jam tertium ſupra quadrageſimum egerat, nuptias conciliavit. Quanquam enim initio adduci non poſſet; ut defunctæ Hrubæ uxorem aliam ſuperinduceret, vel hac ratione motus: quod præter filium Mnatam integrum vigentemque & annis ſedecim majorem, tres præterea filias Libkam, Pohogkam ac Slavienam (a) florentes omnes ſuſcepiſſet, poſtea tamen Procerum conſilio ceſſit. Ii enim ſimillimis argumentis Principis aures pulſabant: „ Serio reputaret cum „ animo ſuo, quam res plena eſſet periculi omne reipublicæ „ fulcrum in uno reponere homine; dubia eſſe fata, incerti „ tos vitæ dies, Mnatam filium quanquam vigentem eidemque „ fatorum ſubjacere legi, nec oraculis quibusdam proditum „ eſſe

Digitized by Google

„ esse eum certo patri superstitem futurum. Velletne
„ igitur, si acerba ac præmatura mors filium sibi hunc unum
„ eriperet, imperii habenas rursum recidere in muliebres
„ manus? velletne novam rursum Wlastam Boemiæ inveherе,
„ quæ omnia divina humanaque pessumeat, virosque
„ omni calamitate compleat? at nulla, inquiunt, re ma-
„ gis stat respublica, quam pluribus principum filiis, bono-
„ rum filiorum numerus firmissimum est Principatus fulcrum;
„ ad novas festinandum nuptias, si salus populi cordi
„ tibi est. „ Perculit ea oratio Nezamysli animum, flexitque, nam triduo post Lidomiram Pietislai de pago Wolan (b) filiam principalis thalami consortem fecit. (c)

Nezamyslus alteram conjugem Lidomiram superinducit.

ANNUS JESU CHRISTI 769.

STEPHANI III. PAPÆ 2. CONSTANT. COPRON. 50. LEONIS IV. 19.

NEZAMYSLI 25.

(a) Neminem hactenus ante Hayecium authorem reperi, qui etiam ethnicorum Ducum nostrorum recenseret filias, si solas Croci filias excipias. Quod unde is hauserit, mihi incompertum; certe authorum eorum, quorum catalogum sub frontem Chronicorum suorum texuit, & e quibus Annales suos se compilasse memorat, nemo unus est omnium, qui earum meminerit.

(b) Hujus nominis superstitem locum nuspiam amplius reperio. *Wolanitz* in regione Regino-Hradecensi, similiaque Woplan, Wolschan, Wolen, Wolyn in aliis Bohemiæ provinciis est legere.

(c) Ante Brzetislaum sub sæculi XI. ingressum nemo e Ducibus nostris legitur alienigenam mulierem sibi devinxisse matrimonio, quod

Digitized by Google

procul dubio locum olim inter leges Slavicas habuit, quemadmodum etiam de Francis in actis Ludovici Pii legere est. Ceterum autem ante Germanorum expetita connubia gentem nostram affinitates cum Ungaris contraxisse docet nos Porphyrogenitus his verbis: *Affinitatem cum Turcis & amicitiam contrahunt.*

Porphyr. de adminiſt. Imp. c. 31.

ANNUS 770.

Bytizi immodici ſpiritus.

Effossæ nuper opes, & quod fieri amat, immodici cum iis spiritus, Bytizo capite steterunt. Nempe non capiebat præsentem felicitatem rudis ad alteram sortem hominis animus, ac veluti si digito jam cœlum attigisset, ipsamque manu cepisset fortunam barbarico quodam fastu in servitia sævus, æqualibus gravis, in Principem contumax, nec inferiorum obsequia, nec parium amicitias, multo minus superioris imperium æquo animo pati poterat, jamque desciverat aperte, vectigalisque non modo esse Principi recusabat, sed & nocumenta quæque imprudens adferebat. Itaque patuit nihil esse neque tam dirum, neque tam atrox, quam fallaces pecunias, si incidant animo rudi, seque inexperto. Sed nihil eo indignius, quam quod in Principis exactores ausus est homo vecors. Misit Nezamyslus vectigalium curatores, (a) qui hominem mediocritatis officiique sui commonerent, & de more tributum exigerent. Quos ille verbis indigne tractatos cum ejusmodi responso ad Principem remisit: „ Irent, Nezamyslo indica- „ rent, si molestus tributorum exactor esse pergat, tributi „ loco se se ei argenteam parare restem, qua in furcam ac-

„ tum

Digitized by Google

„ tum honoris causa appensurus sit, ac Wissehradensem „ Principatum sibi vendicaturus. „ Miseratus hominem Princeps manifeste jam insanientem, cum lenia non proficerent, ad acriora, sed necessaria remedia versus, non nescius arrogantiam nutriri venarum metallicarum divitiis; missis itaque satellitibus Beraunensem fodinam, unicum illud Bytizani fastus irritamentum injectis jubet molibus ad summum oppleri. (b) Tanto magis insanus ille furere, viasque quærere occidendi Principis. Tum demum Nezamyslus non jam adversus perduellem, sed manifestum parricidam cum armatis progressus, obsessum domi suæ ac dein protractum e cubili in conspectum suum: „ Qua fronte, in- „ terrogat, ausus argenteam tuam minari restim, furcam- „ que Principi, atque ad perduellionis contumelias etiam „ parricidii crimen adjungere hominum insanissime? „ cum is obmutescceret, hominem corripi imperat, sublatoque in furcam sub ipsis prædii portis viminea resti gulam præfocari. Publicata deinde Bytizi bona, (c) prædio Lessa quidem de ministris aulicis donatus, cautusque alieno malo prudentius se pecuniis, fidelinsque Principi credidit.

ANNUS JESU CHRISTI 770.

STEPHANI III. PAPÆ 3. CONSTANTINI COPRON. 51. LEONIS IV. 20.

NEZAMYSLI 26.

(a) In primis vetustissimisque nostris diplomatibus ejusmodi vectigalium exactores seu quæstores vocantur *villici*, iique per urbes *Diploma Beleslai Brevn.*

Digitized by Google

vienſi. Monaſt. datum An. 993 apud Ziegelb. in hiſt. Brevn. p. 13. & 14. Car. Dufreſne Gloſſar. vocab. Villicus.

diſtributi erant, ita legere eſt in diplomate Boleslai Pii *Villicus Pragenſis*, *Villicus Pliſnnenſis*. Carolus Dufreſne oſtendit ſignificationem vocabuli hujus eſſe vetuſtiſſimam, & jam S. Hieronymo epiſt. 151. quæſt. 6. item Iſidoro l. 9. c. 4. fuiſſe uſitatam.

(*b*) Prope Beraunam olim fuiſſe metalli fodinas, ſed ſæculis poſterioribus, alio loco docebimus, quarum venis dein deficientibus Kninam metallarii tranſiere.

Hammerſchmid hiſtor. Klattov. P. 2. c. 1.

(*c*) Hammerſchmid ſæculi hujus Scriptor addit: Nezamyslum omne argentum iſthic repertum Wiſſehradum tranſtuliſſe, eoque ærarium ſuum locupletaſſe. Burkam vero Bytizi conjugem filiam Sudyrohi ex pago Radliçe & ſtirpe Klenoviorum prognatam bona Nezamisli gratia amiſſis mariti bonis migraſſe in occidentalem plagam cum Kraſone ac Tuhone ſuperſtitibus filiis, filiaque Klatowka, iſthic ad torrentem Drnow aliter Pyckam appellatum Deorum monitu villam condidiſſe Bahnow ſeu Benow appellatam (quæ propter Klattoviam poſita hodie Benjow nuncupatur) atque hoc fuiſſe Klatoviæ poſtea urbis regionisque hujus quaquaverſum cultæ principium. Quæ ſi quis fuſius legere optat, ejusdem hiſtoriam Klattovienſem adeat. Sed qua fide hodie excipi ſoleant hiſtorici, qui omni antiquitati, Scriptoribusque ſe prioribus incognita, nullo producto fonte, primi proferunt, ſatis cognitum eſt.

ANNUS 771.

Anno ſeptingenteſimo ſeptuageſimo primo Lidomirus Koſſali e Biela filius adoleſcens forma prorſum eleganti annum agens quartum ſupra vigeſimum in eo quantus quantus erat, ut novum commodisque ſuis idoneum habitaculum exquireret. Evocato quodam die famulitio ſuo, ceterisque patris Clientelis in arcem Bilinam, in frequente concione Ludipravo fratri minori caſtrum Bilinenſe, urbem-

Digitized by Google

hemque ceſſit, tum orientem verſus in locum jam multo ante delectum (a) propius vicum Radicz, atque infra prædium Pokratez (b) coloniam deduxit, quem undequaque exciſis arbuſtis, ſubactisque circum agris omni frugum genere conſevit. (c)

Litomericii urbis initia.

Eodem anno, ut auctor eſt Weleslaw, fœdiſſima hiems tam ſævum atque immane frigus dejecit, ut per Bohemiam jumenta, mortalesque innumeri adſtrictis gelu corporibus obriguerint. (d)

Seva hiems.

ANNUS JESU CHRISTI 771.

STEPHANI III. PAPÆ 4. CONSTANT. COPRON. 52. LEONIS IV. 21.

NEZAMYSLI 27.

(a) Locus hic a Lidomiro iſto Litomeriz appellatus plerisque creditur. Alii tamen nomenclaturam urbis hujus a Slavico **Lito** & **Mierzice** deducunt, ajuntque: cum molitori iſthic modius, quo frumentum admenſurari ſolet, in Albim incidiſſet, isque exclamaſſet: **Geſt mi ljto te mierzice** Ludomirum excepta voce urbem, quam condebat, Litomerice vocari juſſiſſe. Alii ab hominibus, inquit Stransky, reconciliandis, quod **Lidi mirzjti** dicimus, derivant. Illud de molitore Balbinus & Hammerſchmid inter fabulas rejicit, in eo tamen ipſus Balbinus, quod hujus fabulæ authorem Hayecium faciat, cujus ille non meminit. Sed nec illud de Lidomiro, aut *conciliandis hominibus* idem omnem meretur; conſtat enim ex diplomate Henrici III. Imp. e diplomate Spitignei Ducis Eccleſiæ Litomericenſi dato locum, reponemque antiquitus *Lutomiriz* non *Lidomeriz* appellatum. Atque ſi conjecturæ in hac antiquitate locus eſſe poteſt, malim ejus denominationem a nominatiſſima illius provinciæ ſilva, cujus Ditmarus meminit, ſumere, quamque *Miri Kide*, id eſt *Miri ſilvam* appellat, *Kide* enim ma-

Stransky Reipubl. Boh. c. 2.

Balb. Dec. 1. l. 3. c. 8. §. 1. Hamerſchmid Prodrom. Gl. Prag. c. 1. Balbin. Dec. 1. l. 1. c. 9. Coſmas ad An. 1086. Archivum Capit. Litom. Ditmarus l. 6.

Digitized by Google

Lodereker vocab. septil. majoribus noſtris fruteum arbuſtaque ſignificabat, Dalmatæque *Kita* hodiedum frondem nuncupant. Conſtat autem primis ſæculis plures Slavorum respublicas & populos fuiſſe in Bohemia, interque eos præcipuos Luitos ſeu Luiticios & Luticios, Dacianos, Charvatas, Glomaczos. An fortaſſis *Lutomeriz* inde dictum, quod Liuti ſeu Liutitii hunc ſilvarum *Miri* appellatarum tractum incoluerint, aut ob vicinam Luiticiorum regionem ita appellatum fuerit? Coſmas certe plerumque locum Liutomeriz nuncupat.

(*b*) Vicus is hodie ſupereſt, proxime Litomericio ex *aquilonari* parte adſitus.

(*c*) Ad hunc locum P. Victorinus noſter: eſt hæc civitas in dextro Albis latere ſita, ſeptem milliaribus Praga in Boream declinans, Wrſſoveciorum olim vetuſta poſſeſſio, hodie urbs Regia, ſuique circuli caput: Epiſcopali ſede, Cœnobiis Conventualium S. Franciſci, Dominicanorum, Capucinorum, Collegio Societatis Jeſu, ponte lapidea baſi non minus operoſe, quam ſumtuoſe Albi recens injecto, piſcatu marinorum piſcium, portorii jure, ſeu ut vocant ſtapula, frequentia navium inde ab Saxonia & ſuperiore Bohemia venientium nobilis. Ex hac urbe originem natalium traxit Boemicus ille Florus Paulus Stransky[1], mira voluminis ſui de republica Bohema inſcripti brevitate laudem maximam Balbini elogio meritus, ſub Ferdin. II. Imp. cum aliis Heterodoxis exul anno 1626. Regio vero Litomericenſis reliquis Bohemiæ melior, amœnior, & amplior ab omnis generis frugibus, hortorum deliciis, fluctuantibus frumento vallibus, montibus vino coronatis, fluviis, fodinis, arcibus, civitatibus ac cœnobiis commendata, merito quibusdam dicitur & Horreum & Torcular & Tempe Bohemica. Figuræ eſt ex ſententia Stranskii pyramidalis; at juxta Balbinum cornucopiæ formam refert, eamque hi ipſi auctores diligenter curioſeque deſcribunt. Hactenus P. Victorinus.

Weleslav. præfat. in Silv. (*d*) Quis iſte Weleslaw ſit, haud conſtat. P. Victorinus Welelavinam Calendarii compilatorem credidit, aſt hic 5. annis poſterius (ut ipſe fatetur ſcilicet 1546.) poſt editum Hayecii Chronicon natus eſt, ac facile 50. annis poſt Hayecium primum opera ſua publicare cœpit. Quod autem author hic de rigore hiemis refert, veroſimillime 8. annis prius, & quidem anno 763. reponendum erat. De eo enim an-

Digitized by Google

anno scribit Theophanes: *Eodem pariter anno mensis Octobris exordio frigus ingens & asperrimum non in hac modo regione, sed & per orientem, septentrionem, & occidentis plagam incubuit, adeo ut in Borealibus Ponti maritimis mare ad centum millia in longum, in profundum vero cubitis 30. præ frigore in lapidis duritiem concreverit.* Horridam hanc hiemem pluribus describit Nicephorus, ejusque etiam meminere plerique Annales Francorum. *Theophan. ad An. 23. Constant. Imp.* *Nicephor. in Brev. p. 43.*

PRÆTERMISSA.

Hoc anno Carolomannus Caroli frater obiit; quare universum Francorum Regnum ad unum Carolum devolutum. *Annal. Metenses ad h. a.*

ANNUS 772.

Miloslaus & Kotenus juvenes & corporis proceritate eximii, & virium robore impigri eodem patre Rosmislao ex pago Ladvag nati (a) Principem supplices adiere, veniam exquirendo habitationi apto loco ex plaga australi daret. Promtus in beneficia Nezamisli animus, neque satis limitum imperii sui gnarus tantum occupandæ hoviter terræ concedit, quantum seu opus fuerit, seu libuerit. [illegible] vero hac Principis indulgentia muniti jam nihil cunctandum [illegible] relictis quibusdam clientelis solitario patri, maximam [illegible]orum ancillarumque manum, nec non gregum multitu[illegible]nem secum abduxere. Altero die cum iter in meridiem [illegible]rigerent, in vallem quampiam pertigerunt. Hic data [illegible]poribus requie loca circumspiciunt, habitoque consilio [illegible]itiei castrum præeminens insternunt, quod a corylorum [illegible]ic frequentia coryletum Slavice *Lessino* appellant. (b) [illegible]c fatigata hic eorum industria in extirpandis nemoribus, *Arx Lessino conditur.*

tel-

Digitized by Google

tellureque percolenda, quæ a prope decurrente aqua, cui nomen (c) Byſtricze indiderunt, plurimum incrementi accepit. Sed ea fratrum adunata opera diuturnitatem non habuit; quodam enim die communi utriusque ſententia decretum eſt hanc ſedem ſtabilem & propriam ſoli Miloslavo permanſuram, Kotenum alia terrarum ſpatia quæſiturum, quæ & conſtruendæ arci opportuna eſſent, & ad capiendam ſat amplam domus ſuæ familiam ſufficerent.

ANNUS JESU CHRISTI 772.

HADRIANI PAPÆ I. CONSTANT. COPRON. 55. LEONIS IV. 22.

NEZAMYSLI 28.

(a) Ladvag pagum eum eſſe exiſtimat noſter P. Victorinus, qui hodie in regione Litomericenſi ſupereſt, & paſſim Laday vocatur, inter Litomericium & Auſche ſitus.

(b) Arx Leſſtno hodie Liſſna in agro Kurimenſi quinque milliaribus ab urbe Praga & medio Beneſchovio remota ad ditiones hodie pertinet Illuſtriſſimæ Familiæ Comitum de Kokorzowa. Antiquiſſimis temporibus Berkarum poteſtatis fuiſſe legitur, procedente tempore ad Sternbergios tranſiit, a quibus hodieque oſtendit vetuſtiſſima de Tartaris trophæa, quos Moravi fortiſſimo Duce Sternbergio memorabili ad Olomucium clade poſtrarunt.

(c) Non magni nominis, breviſſimique curſus hæc aqua eſt, quæ veroſimillime ab oppido Biſtricz, pone quod præterfluit, nomen accepit, abhinc unum plus minus lapidem interjectis lacubus emenſa apud Porzitz in Sazavam ſe conjectat.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆTERMISSA.

Ad hunc annum ponit Chronicon Mellicense Tassilonis Ducis Bajoariæ a Carentanis obtentam victoriam. Eginhardus vero initia belli contra Saxones a Carolo M. suscepti, quod continuos triginta tres annos varia fortuna gestum, exitu tandem felicissimo Carolo cecidit. Eodemque anno meminit Eresburgum castrum ab eo captum, idolumque *Irmensul* appellatum, eversum. De hoc idolo diversi diversa, fusissimoque calamo, quod cum ad Germanorum historias pertineat, præterimus. Illud tacendum non est a quibusdam perperam pro idolo Slavico habitum, cum Eginhardus clare dicat Saxonum idolum fuisse, quos Germanos non Slavos fuisse constat; & profecto vel ipsum nomen *Sul* hodie Saul statuam seu columnam connotans ostendat. Procul dubio autem inter tot sententias palmam meretur illa, quæ Arminii invictissimi illius Germanorum Herois statuam arbitratur, quam ex illis adhuc Augusti temporibus reliquam Saxones in terras has immigrantes errore aliquo divinam autumantes Dei instar coluerunt. Nam apud Sigebertum aliosque nonnullos veteres *Hermensul* scriptum reperitur. Quæ sententia etiam Spalatino, Meibomio juniori, & Gerardo Vossio plurimum arrisit. Ceterum qui plura de idolo hoc legere volet, consulat Jacobi Andr. Crusii Widekindum, & Commentatorem in Joannem de Essendia*, apud quem typos hujus idoli reperturus est.

Chron. Mellic. ad h. a. apud Hier. Pez. T. I. Eginhard. in Annal. ad h. a.

Monumenta vetusta apud Ludevig. T. 8. reliquiar.

Meibom. de Irmensula c. 8. Vossius de origin. idolol. l. 2. c. 32. Apud Heinecc. antiq. Goel. c. 6. & 12

In Biblioth. histor. Gott. p. 34

ANNUS 773.

...s ipse Koten, de quo superiore anno, cum bona Miloslai pace mense Aprili magis in Austros cum non parva ... famulorum turba recedens, quarto die pecora sua ad ...minis cujusdam ripas adaquatum deduxit. Explorata re...ne gressum hic figere jussit, ac super edito loco prædium ...tum atque capax condidit, illudque circa circum signea ...pe, ut pene oppidi magnitudinem æquaret, cinxit; quod

quia denſis dumis undiquaque obſitum erat, Hauſſti ſive Auſtam nominavit. (a) Aquæ vero præterlabentis fluvii, quod lixivii maxime ſpeciem referret, Luznice quaſi lixiviæ paludi nomen dedit. (b)

Auſta ad Luznice.

ANNUS JESU CHRISTI 773.

HADRIANI PAPÆ 2. CONSTANT. COPRON. 14. LEONIS IV. 23. NEZAMYSLI 28.

(a) Hæc etymologia minime reſpondet veteri Ortographiæ Slavicæ, præterquam enim quod alias ſæpe innuerimus majoribus noſtris dyphtongos non fuiſſe, civitas hæc in omnibus antiquis monumentis (quemadmodum & altera cognominis ad Albim) *Uſta* reperitur ſcripta. Dumetum autem ſeu locus arbuſtis obſitus, ante ex Coſma vidimus, ſignificabat *Naruſten* item & *Kyde*. Tesque id eſt loca horrida & deſerta magis ſeptentrionalibus Slavis dicebantur Goſt, quod hodie Poloni retinent, inde Czerny Goſt Schwarzwald, Zagoſt *arida ſilva*. Alii Slavi etiam Gaſt vocabant inde Tuggaſt prolixa ſilva, Denſitas vocabatur *Guuſti*, denſum ſpiſſum *Guuſt*, quod & hodie Dalmatis in uſu eſt. Ut igitur Uſta longe aliam derivationem portendat, quam hic Hayecius innuit, & veroſimillime quidem a Slavica voce *Uſt*, quæ os, orificium & oſtium connotat; conſtat enim mappis accuratioribus Geographicis eodem loco, quo ſtetit vetus civitas, ſe ſe duos confluentes amniculos exonerare in fluvium Luce, hinc ab oſtio, quod Slavi *Uſt* vocabant, perquam credibile nomen civitati Uſta enatum, quæ etymologia ipſi etiam Stranskio ridet. Probat id aliorum locorum in Bohemia ita appellatorum men. Sic Uſtæ in agro Litomericenſi urbe ad Albim ſit a ſe ſe flu Biela, & alter a ſeptentrionalibus montibus veniens in Albim erat, ita in regione Hradecenſi ad Auſtam olim quoque Uſtam d inter Lomnizium & Neupakam jacentem tres rivi conveniunt, & taſſis Auſta ad Aquilam inde etiam nomen traxit; ibidem enim qu alius rivus in prætercurrentem fluvium ſe immergit. Neque o Epitome Librorum Erectionum a Balbino concinnata, & alia nonn ſer.

Diploma Boleslai Pii 993. Brevn. datum. Diplom. Spitignei Litom. Eccleſ. Meninsky in theſauro linguar. orient. Frencel. in Nomenclat. ſtr. Luſat. Loderecker vocab. ſept. Frencel. eis. l.

Stransky Reipubl. Boh. A. 2. ſ. 15.

Digitized by Google

ſæculi XIV. & XV. monumenta, quæ civitatem hanc uti & alteram ad Albim paſſim *Usk* ſcriptam referunt; nam hæc poſteriora ſunt, & autographis ſæculi X. & XI. cedere debent. Et certe Slavos ab ejusmodi fluminum oſtiis nomina locis impertiri ſolitos docet nos Ditmarus; qui de *Volmerſtidi* loquens ait: *Volmerſtidi Slavonice Uſtvice* (quaſi oſtiolum dicas) *ubi fluvii ara & Albis conveniunt.* Ceterum Auſta hæc, de qua ſermo, plerumque ſcripta reperitur *Uſta Sezymi* a Sezymis hujus ditionis dominis, ad diſtinguendum eam ab *Uſta* altera, quæ ad Albim erat. Hodie tota in ruderibus eſt ad Taborium, vulgoque Alt-Tabor audit, quo nomine etiam in mappis Geographicis plerumque exprimitur. *Ditmar. l. 6.*

(*b*) Stranskius fluvium hunc nomen inveniſſe ait a ſaltibus, quos transgreditur, alii a flexuoſo curſu autumant, at veroſimillime nomen accepit a vico Luznice, prope quem fontes ſuos habet. *Stransky Reipubl. Boh. l. 1.*

PRÆTERMISSA.

Annus hic ſecundus eſt belli Saxonici, quo Carolo in expeditione contra Deſiderium Longobardorum Regem in Italia morante, Saxones in confinia Francorum effuſi omnia vaſtarunt. *Baron. & Pag. ad h. a. ex Annal. Eginh.*

ANNUS 774.

Idem ipſe Koten Miloslavi frater animo perſentiſcens omnia ſibi iſthic ad votum fluere, familiam gregemque augeri, tranquillitate ac ſecuritate nimium quantum beari, in ſummo rerum otio perfectam omnibusque numeris abſolutam lapideam arcem Kotnow ſuper edito monte ad flumen Luznice (*a*) in præſenti molitus, additis altero mox anno muris, humanis ſuperiorem viribus reddidit. Erat tum in ore omnium caſtrum Kotnow, ferebatque conſtans per Bohemiam fama non aliam huic arci, ſive munitionum genere, ſive operis magnificentia parem, ſuperio- *Arx Kotnow.*

Digitized by Google

remve esse. Accedebat ad claritatem loci, quod plurimi mortales operis visendi gratia certatim accurrerent; hos inter publico rumore excitus etiam frater venit, molemque admiratus. Horum laudibus excitatus Koten aliis præterea munitionibus castrum amplecti constituit; verum, ut humanis consiliis nihil infirmius est, occupavit industriam hominis invida mors, filioque Chwalbog, quod patri negavit, quinquennio post conficiendum dedit. Atque hæc ipsa arx est, in cujus fundamentis (b) evoluta sexcentorum sex & quadraginta annorum intercapedine Zisska cocles victricia sua castra posuit, eaque montem Tabor nominavit. (c)

ANNUS JESU CHRISTI 774.

HADRIANI PAPÆ 3. CONSTANTINI COPRON. 55. LEONIS IV. 24.

NEZAMYSLI 30.

(a) Fluvius hic in Bechinensi provincia e paludibus Rosenbergicis medius inter Guldenfluß seu Guldenbach & Nescharkam oritur ad vicum, qui hodie Luschniz audit, quanquam fontes illius jam altius e rivo Altbach dicto, qui in paludem Rosenbergicam se exonerat, repetendi. Cursum suum a meridie in aquilonem dirigit, atque non multo infra vicum Wlkow fluvium Guldenbach recipit, mox inde vix quartam partem lapidis emensus ad Mezymosti Nescharka augetur. His duobus quasi spoliis ditior recto itinere Sobieslavæ civitatis muros vix non allambit, unde flexo aliquantum calle Taboritam descendit; hic in modum spiræ reflexo cursu ad meridiem prope viam relegit, Bechinamque civitatem hujus regionis caput præterfluit. Pluribus instratus pontibus, rivisque absorptis non longe infra Moldavo-Tynam in flumen Moldavam se præcipitat. Fertur olim sumptuosis auri glareis prædives fuisse.

(b)

Digitized by Google

(b) Quiqui res Taboritarum diligentius Scriptores ecævi posteritati tranſmiſerunt Laurentius Brzezina, Bartoſſek, & ipſe Hayecius demum anno 1420. nuſpiam mentionem faciunt arcis iſtius Kotnow ab ædificatam civitatem Tabor; ſed hoc ipſo in monte caſtrum *Hradiſſe* dictum ſtetiſſe, ad quod urbs ipſa condita ſit; niſi forte dicamus nomen Kotnow jam tum amiſſum, & nomen appellativum Bohemicum *hradiſſté*, quod caſtrum ſignificat, remanſiſſe. *Mſſ.*

(c) De Taborio hic multa poſteriorum ſæculorum præoccupat auctor P. Victorinus; ſed quandoquidem hæc aliunde ſuo loco temporique proferenda ſunt, ſuperfluum æſtimavimus hiſtorias has hic præoccupare, bisque coctam cramben lectori ad alia properanti proponere.

PRÆTERMISSA.

Dum Carolus in evertendo Longobardorum Regno occupatur in Italia, ultimumque eorum Regem Deſiderium obſidione cinctum tenet, tertio Saxones in Haſſorum terras irrumpentes longe lateque vaſtant omnia; ſed a reduce Caroli exercitu egregie mulctantur. *Eginh. in Annal.*

ANNUS 775.

Huic anno urbs Piſna initia ſua debet. Radauſs generoſa Horzyslai ex vico Radauſs (a) ſoboles patris ſui permiſſu cum quinquaginta famulorum, triginta puellarum vulgo, centum boum armento, quingentarum ovium, bis centumque caprarum gregibus, omni item ſua pronie, motis in occidentem tentoriis ad radices editæ cuiusdam rupis conſedit, jactis in ea rupe arcis Radinie (b) fundamentis vallem ſubjectam repetens, dum prædium moliretur, magnam lumbricorum cochlearumque vim effodit; eas quia patria lingua *Pize* vocabant, ab iis recenti prædio Piſnæ nomen fecit, (c) ejusque late ſe diffundentem ambi- *Arx Radinie.* *Piſnæ initia.*

Digitized by Google

tum ſeptingentorum paſſuum finibus coercuit. Cunabula Plſnæ ſecuta hoc anno locuples auri foſſio in obliqua valle
Aurum. ſub monte Gilow. Magnum ejus auri pondus in octo palas aut lateres conflatum Hoſs filius Sylci Nezamyslo muneri miſit. Octo erant auri portitores, quorum ſingulos loricis textis (quas tum Proſſywanice dictitabant (d)) cum gratia remiſit. Aurum deinde rude in ſimulacrum Kraſſatinæ (e) artificis manu efformandum dedit, quod in palatino
Dea Kraſſawina. ſacrario intra tellurem poſitum eſt. Primo quoque ſub novam lunam die (f) culeum patriis ceremoniis, holocauſta quæque odorifera fumantiaque a Nezamyslo & Lidomyra oblata, corollæ piceæ, (g) capillique candentibus injectis prunis. Scribunt nonnulli portentis ſimillima ſub hos ſacrificiorum ritus non raro accidiſſe, & perſæpe idolum hoc oracula fudiſſe, tum ſi quando illud jacens repertum eſſet, vicinam alterutri Principi mortem portendiſſe.

ANNUS JESU CHRISTI 775.

HADRIANI PAPÆ 4. LEONIS IV. IMP. 25. NEZAMYSLI 31.

(a) Hujus pagi ne quidem nominis ulla amplius exſtat memoria, niſi Radoſchitz, aut Radochow in eadem regione dicimus.

Balb. Dec. 2. l. 3. c. 8. §. 2. (b) Arx illa Radine, inquit Balbinus, in provincia Plſnenſi undecimum a Praga milliarium triſtibus ruinis deformata creditur ſi in cellaribus e viva rupe exciſis ingentes occultare theſauros, qui eruptionibus nonnunquam flammis ſe produnt. In tabulis Geographi Rattina ſcribitur,

(c)

Digitized by Google

(c) Plſna, inquit noſter P. Victorinus, egregium ſub Radin prædium in oppidum deinde tranſiit, vocaturque hodie Plzenez ſeu Plſna vetus ad Bratawam fluvium, ditionis hodie eſt Excellentiſſimi Comitis Hermanni Czernin. Procedente tempore vetus hæc Plſna evocatis a Joanne Rege civibus in novam Plſnam migravit, quæ Mizam inter, Radbuzam, Bradlankam & Bratawam fluvios, adjectis ad locum natura munitum operibus recens contra Bavaros firmata. Urbs hodie eſt Regia, Provinciæ ſuæ Princeps, pietate in Deum, in Reges fide, in Romanam Eccleſiam religione, nobilitate civium, ſapientia magiſtratuum, civili regimine, nulli omnium per Bohemiam civitati ſecunda, indeque ob incorruptam in Catholicis ſacris conſtantiam a ſummis Pontificibus ſuisque Regibus immunitatibus maximis exornata, id quod vel urbis iſtius inſignia clariſſimis imaginibus aucta declarant, quæ Paprocius eleganti carmine deſcripſit. Ceterum præterquam quod hæc urbs magnificis reſplendet ædibus, lapidem etiam æditem in ſuo territorio colligit, qui alium item in ſe lapidem callimum continet intus agitabilem, quem quia aquila ad promovendum partum adhibere creditur, Aquilinus vulgo appellatur. Sic ſe res urbis habent; nec interea urbis ager, patria lingua Plzensko capiti ſuo quicquam cedit. Omnis regio cochleæ maxime formam refert, eſtque nobilitate, populi multitudine, rerumque omnium copia, una omnium Bohemiæ provinciarum maxime conſita; ovium præſertim læta paſcuis, atque a ſcita caſei coagulatione longe lateque celebris. De ea pluribus Stransky & Balbinus. Hactenus noſter P. Victorinus. Ceterum quod de veteri Plſna ſcribit, id quidem hodie nonniſi oppidi nomen habet; at ante novam Plſnam conditam inter urbes ſemper numerata, ab eaque ut hodie integra regio appellationem habuit, urbis hujus jam meminit Ditmarus aliique veteres, & diploma Boleslai Pii Brevnovienſi Eccleſiæ datum jam iſthic Villicum ſeu Quæſtorem Ducalem conſtituit ſæculo decimo. Quæ tamen in his monumentis paſſim *Plſni* & *Plſen* audit. Hiſtoriam urbis Plſnæ ſuperiore ſæculo ſcripſit R. P. Joannes Tanner S. J. quæ in Mſſ. paſſim proſtat. Locupletior nunc concinnatur a quodam hujus urbis ſenatore rerum patriarum pergnaro, ut a viris fide dignis accepi.

Stransky Reipubl. Boh. c. 2. Balb. Dec. 1. l. 2. c. 4.

(d) Proſliwanice, inquit noſter P. Victorinus, recens id erat indumenti militaris inventum, progredientiumque in prælia thorax e denſa tela coriove intertextis filis ferreis, lorisque pice interlitis, egregie adverſus telorum vim cataphractæ inſtar loricæ munitus.

(e)

Digitized by Google

Stransky c. 6. (e) Stranskius Nezamysli præcipuam Deam *Crafatinam* appellatam memorat. Kraſſatina item Kraſſina & Kraſſa noſtris plerumque pro Dea Venere explicatur, non alio fortaſſis argumento, quam quod *Stredovsky* Kraſſa pulchritudinem aut venuſtatem ſignificet. Stredovskius Kraſopani illam appellat, Brunæque in inferiori curte Regia cultam ſcribit, *ſacr. Mor. hiſt. c. 8.* cujus etiam imaginem ibidem exhibet. Sed quam deluſus is fuerit Hoſemanni fabuloſa narratione jam ſupra retulimus, vitiumque hoc eſſe plurium ſcriptorum, ut paſſim Romanorum Deos Deasque Slavis affingant.

(f) Etiam Hunnis uſitatum fuiſſe prima luna ſolemnia ſacrificia peragere; & quinta luna cœlo, terræ & majorum manibus litare ſcribit *Pray Annales Veter-Hungar. p. 15. Dismarus l. 8.* R. P. Pray S. J. Ditmarus Slavis præcipue menſem Februarium *luſtrationibus ſacrum fuiſſe* prodit, *& muneris debiti exhibitione venerandum.* Eoque menſe apud Abotritos & Waros ſuperſtitionis ſuæ zelo omnes Chriſto dicatas Eccleſias fuiſſe everſas.

(g) Hayecius vernacula lingua Smolnicžky appellat. Smolæ majoribus noſtris non modo picem & reſinam, ſed gummi etiam, *Lodereker Votab. ſeptil.* quemadmodum hodie Dalmatis, connotabat. Peridonee hic Hayecius materiem hanc retulit, thure, ob commerciorum infrequentiam, vix adhuc apud nos uſitato. Solent inter formicarum cumulos reſinæ purioris grana reperiri thuris ſpeciem & odorem imitantia, quæ vulgus *thus Silveſtre* appellat. Refert præterea iſthic Hayecius aliud vetus Slavicum vocabulum Hřiwky ſeu Hřiwky quod nec Sandelius, nec noſter P. Victorinus propria ſignificatione reddidit, & me quoque fugit; niſi etiam corollas ex jubis equorum dicamus, Hřiwa enim hodieque noſtris jubam ſignificat, veteres, uti hodiedum Dalmatæ *Griva* appellarunt. *Lodereker cit. loco.* Nec id incredibile, cum Hayecius ipſe pro capillis hoc loco explicet: Hřiwky to geſt wlaſy.

PRÆTERMISSA.

Eginhard. in Annal. Quartus hic annus eſt belli contra Saxones a Carolo geſti, quo ter cæſos ſcribit Eginhardus.

AN-

Digitized by Google

ANNUS 776.

Anno ſepties centeſimo ſeptuageſimo ſexto Hes (a) Slavoſſii ex Tetka egregia proles arce Heskow (b) ſupra Slavoſſiam aucta patria, velut ſidus quoddam inter ſuos effulſit. *Heskow arx.* Erat is vir multi pecoris, ſervitiorum potens, agrorum frumentique ſupra omnes locuples, & pro opum magnitudine in omnes comis, liberalis, gratioſus. Has viri virtutes claras per ſe ac nobiles fatalis hominum neceſſitas illuſtriores fecit. Diræ ſuperioris anni ſiccitates extremam famem invexerant; regnabat undique egeſtas, *Fames.* unus Hes repletis horreis atque areis abundabat. Ad hunc igitur quotidiani famentium concurſus, tendentium manus ſupplices, locantiumque operam, & panem poſtulantium. Et ille gnarus ocioſos validosque mendicos præſentem reipublicæ cladem eſſe; quo & inopiam tolleret, nec daret locum ocio, aut rapinis ad conſtruendum ſupra flumen Mſa ſeu Miza eminente in loco caſtrum concurrentem illam famem duxit. Merces diurni laboris erat ingens hordeacei panis fruſtum, quantum non modo ad ſedandam famem, ſed explendum etiam ventrem ſufficeret, dulces in tanta egeſtate, rerumque inopia cupediæ. At octavo quoque die panis e tritico, pannicoque coctus dabatur, & non raro carnium aliquid. Ab his famentibus operis conſummata arx ab architecto poſtea quodam tam calcis urendæ, quam cædendi lapidis experiente Nizbor (c) appellato nomen invenit. *Arx Nizbor.*

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 776.

HADRIANI PAPÆ 5. LEONIS IV. IMP. 26. CONSTANT. 1.

NEZAMYSLI 32.

(c) Hessum istum Dynasten primisque Bohemiæ Principibus cognatum ferunt nostri gessisse in gentilitio scuto Fritillum latrunculorum, seu ut nunc vocant: tabulam lusus Schach, qua hodieque complures de nobilitate Bohema gloriantur, ut sunt Klenovii Comites, Dohalskii, Janowskii aliique in Bohemiam translati, ac diversis Ecclesiæ, militiæ, Ordinisque politici honoribus insignes, quos in Stemmatographia Klenoviorum Bartholomæus Paproczky de Glogol Eques Polonus, & originem clypei seu insignis gentilitii Schach in hæc fere verba risu potius, quam relatione digna adducit: Quidam de gente Slavorum, inquit, nomine Columbus (mirum ni Christophorus ille Ligur, novique orbis inventor sit) nominis sui gloriam in exteris provinciis quæsiturus, pervenit usque ad Æthyopiam: ubi filiam Regis in lusu Schach adeo exercitatam audiit, ut neminem a se dimitteret, quin victrix tabulam Schachidis in capite victi confringeret. Columbus magno honori ducens cum virgine regia ludere, accedit eam, & inquirit: quidnam mercedis lucranti daretur? responsum accipit: pridem jam ita sancitum, ut victor tabula Schachidis percutiat victi lusoris caput. Accepta cum gratiis conditione Columbus offert se ad ludendum, victoriamque referens, absque multa deliberatione acceptam Schachidis tabulam diffringit in capite victæ virginis. Atque hanc ob causam, dum & postea multos in Aula Regis exercuisset actus heroicos, cum Rex insignivit tabula Schachidis, quam regia virgo coronata in byssina veste, ligato capite, manibus præfert. Redux in patriam Columbus, fratri suo mediam Schachidis tabulam in clypeo gestare permisit, integram ipse retinens, prout in posteris eorum hucusque observatur. Hactenus Paprocius. At miror virum hunc tot nugas tantaque somnia obtrudere ausum inclytæ nobilitati nostræ, digniora rustica plebe, quæ cum apud nos potu incalescere solet, non raro inter lusum urceos, vitra tabulasque in mutua capita impingit, diffringitque. Ceterum terna ejusmodi latrunculorum lusus victoria

Ezo-

Digitized by Google

Ezonem Comitem Palatinum demeruisse sibi sororem Ottonis III. Imperatoris filiam Ottonis II. in conjugem, ejusque filiam Richenzam postea Polonorum Duci in matrimonium datam docet nos vetustus Scriptor Monachus Brunwillerensis. Quæ cum procul dubio Polonicarum rerum Scriptoribus non incognita sint, Paprocius Polonus id ad insulsam fabulam clypeumque transtulit, qui ea tempestate nullum usum obtinuit. Aliam vero originem interpretationemque tabulæ Schachidis, quantum non raro clypeorum ornamentum est, dant rerum Heraldicarum Scriptores, qui videri possunt. Inde prærogativas suas meritaque repetere longe magis glorioſum erit inclytis familiis nostris. *Leibnit. Script. Brunsw. T. I. p. 315.*

(*b*) Castri hodie vix quidpiam reliquum, vicus hoc loco superest plerumque Hiskov appellatus e læva ripa Mizæ seu Berauncæ fluminis ad limites ipsos Rakonicensis provinciæ ac vix medio lapide Berauna civitate remotus.

(*c*) Hodie Ninsburg e regione vici Hesko w est trans fluvium Mizam, pertinet ad ditiones Celsissimi Principis Egonis de Fürstenberg his diebus, cum hæc scribo, ob summa sua merita, familiæque suæ ab omnibus retro sæculis Principum titulo gaudentis prærogativas, inter S. R. I. Principes relati.

PRÆTERMISSA.

Annus quintus is est belli Saxonici, quo cum Carolus in Italia Ducem Foro-Julienſem Rotgandum sibi Longobardorum regnum vendicare volentem premeret, Saxones sacramentis ruptis Heresburgum aliaque Francorum loca vastant; sed dein ad Lippam fluvium cæsi, innumerabilis prope eorum multitudo sacris baptismi aquis abluta est. *Annal. Loiseliani.*

ANNUS 777.

Hes superioris illius misericordiæ & humanitatis insigne mox tulit præmium. Præsente siquidem anno in ar-

Digitized by Google

Nizborensis ferri fodina.

ce Nizbor (a) effossum metallum ferrarium ad eum perlatum est, qui missis eo illico fossoribus diligenter erui, erutaque in cumulos cogi fecit, interea de exquirendis metalli hujus liquandi hominibus gnaris sollicitus; sed ea erat Nizborienſium indiligentia, atque inscitia, ut nullus esset, qui informi ferro faciem induere nosset. Percontatus igitur sedulo, qua regione ferrum apportaretur, cumque intelligeret Zdechovicium (b) & ferri & artificum ejusmodi ferax esse, Zdechovicenses magnis præmiis invitavit ferrarios, qui aqua & igni, ipsoque ferro domitum ferrum aliud in omnes hominum usus ingenti sane commodo servire docuerunt. Atque cum hoc metalli genere, non alio mortalibus necessario magis, magisque utili, exultavit omnis Slavossienſis regio gaudio, ac ad festinandam operam addixit industriam suam, qua id effectum est, ut plures ferri strictura his locorum confinibus detegerentur; quo summo ad ipsum aurum argentumque eruendum adjumento, quantum profecerit metallicorum conatus, quantaque nuncium hoc voluptate exceperit Princeps, vix verbis satis explicari potest.

ANNUS JESU CHRISTI 777.

HADRIANI PAPÆ 6. LEONIS IV. IMP. 27. CONSTANT. 2.

NEZAMYSLI 33.

(a) Si Slavica significatio castri hujus attendatur, composita vox est ex *niz* inferius & *boor* munimentum, quasi *inferius munimentum* dicas; hodierno Ninsburgi situi convenit, non item relatis Hayecii, qui olim castrum monti vicino instratum asserit.

(b)

Digitized by Google

(b) Primum ifthic inventum esse ferrum ad annum 677. ex Hayecio retulimus. Ceterum quemadmodum olim, ita hodieque regio Beraunensis a ferri fodinis officinisque est nominatissima, facile viginti earum enumerare fas esset: infra Mauth oppidum tres, ad Horzovitz totidem, ad Dobrziw duæ, item tot ad Hluboss & Carlshütten. Tum ad Wossek, cœnobium S Benignæ, Ninsburg, Hrzedel, Hostomitz, Przibram, alibique.

PRÆTERMISSA.

Hoc anno conversionis Slavorum orientalium fundamenta jacta: Terlerus enim Bulgarorum Dux ad Leonem Orientis Imperatorem confugit, & sacris Christianis initiatus est. Ita Theophanes ad ann. incarn. secundum Alex. 769. qui huic anno respondet. Belli vero Saxonici is sextus erat annus, quo Paderbrunnæ habita synodo Saxonum plurimi convenere, excepto Widichindo, qui novas res molitus trans sivit in Daniam. *Theophanes. Eginhard. in Annal. & Annales Loiselliani.*

ANNUS 778.

Hes supra quidem, at nunquam satis laudatus vir, ferri jam ultra modum dives, nihil antiquius habuit, quam constitutis officinis ferrariis ligones, palas, circula, rastros, vomeres, & cetera id genus ferramenta rustica fabricari, quin & primus ingentia cum oneribus plaustra ferratis vehi rotis ostendit. (a) Hujus generis quinque onustos ferro currus observantiæ suæ fideique testes, cum Hes Nezamyslo consobrino suo submisisset, magna donum a Principe voluptate acceptum, majores grati animi significationes per nuncios largiter præmiatos Hesso renunciatæ. Aliquanto post convocatis in palatium proceribus Nezamyslus ea plaustra explicari jussit; atque iis ad rem antea Wis- *Ferrati currus.*

Digitized by Google

ſehradi non viſam admiratione defixis: (b) „ Hæc, inquit, „ nobis beneficiarius noſter cliens & cognatus Hes muneta „ miſit: quid eo ferro nobis faciendum auctores eſtis? „ Ibi Nekolo quidam quam cani capitis, tam maturus conſilii: „ Ego, inquit, vocandum huc Princeps cenſeo Blehan „ fabrum magiſtrum, qui ferrum hoc in præferratos vectes, „ dolabras, ſcalpra, & ceteram ejuſcemodi montium ſa„ xorumque perniciem conflet. Ea tu deinde Hoſtbogio „ ad Giloviæ montem, & Hoſſo ad vallem obliquam mitti„ to, magnam pro iis auri vim, me augure, recepturus. „ Factum quod Nekolo ſuaſerat, aurique magna pondera hac nova ferramentorum vi eruta, quæ Hoſtbogium, Hoſſum, ærariumque Principis maximis divitiis cumularunt.

Bleha magiſter fabrorum.

ANNUS JESU CHRISTI 778.

HADRIANI PAPÆ 7. LEONIS IV. IMP. 28. CONSTANT. 3.

NEZAMYSLI 34.

(a) Plauſtrorum uſum Slavicis populis antiquiſſimum eſſe, imo eorum quoſpiam plauſtra domorum loco, quæ quoquo vagarentur, ſecum aſportare poſſent, adhibuiſſe, Procopius, atque alii quique veteres teſtes ſunt; an tamen hoc primum anno moinoleverit plauſtra ferro munire ſeu inficiari, ſeu propugnare noli ob vetuſtiorum omnium ſilentium. Id certum: hodiedum in regionibus ferri ſtricturarum minus feracibus plauſtra adhiberi nullis ferramentis adſtricta, quemadmodum paſſim neque equos calceari ſolet ferreis.

Procop. de bello Goth. l. 3.

(b) Hanc ferri raritatem admirationemque inconcinne demum ad hæc poſteriora tempora rejecit Hayecius, poſtquam multo ante tam fre-

Digitized by Google

frequentes auri argentique fodinas, tanta hujus metalli pondera, ut gravitatem hominis ſuperarent, ut in ingentia idola conflarentur, enarravit, imo in Wlaſtæ bellis ferreos pene exercitus depinxit.

PRÆTERMISSA.

Annus ſeptimus belli Saxonici, quo cum Saxones intelligerent Carolum longe abeſſe in Hiſpania, ibidemque bello diſtineri, prædabundi Duce Vidichindo usque Colonias progreſſi ſunt. Reducem autem Carolum ſalvum & victorem audientes in fugam prolapſi, a Francis cæſi ſunt. *Annales Metenſes.*

ANNUS 779.

Anno ſeptuageſimo nono ſupra ſeptingenteſimum Wicemil, Mnohoslai de Oskorzin, illius nempe, cujus nuper genus Sſarka Cztirado eſt mentita, filius, homo inter regionis ſuæ populares multum amatus, multarumque clientelarum ſæpe cum famulitio in confines terras egreſſus condendæ urbi ſpatia opportuna quærens, tandem eo plane ad Albim loco, quo denſas inter ſilvas apros in ingenti lacuna volutantes conſpexerat, civitatem Wicemiloviam proſtratis late ſaltibus orſus eſt, exſtructis pluribus ligneis ædibus, iisque ſæpe lignea vallatis. Quæ tamen non perdiu conditoris nomine eſt gaviſa, apris enim volutabra ſua magno grunitu repetentibus **Swini Brod** volutabrum ſuillum habitatores dixere. At neque ſic loco nomen manſit, Germanis poſt multa tempora occupatam armis, urbem Nimburg appellantibus. (a) Ad eam prope urbem (b) adjacet præterea prædium Welelib appellatum, quod *Nimburgum civitas.*

Digitized by Google

quod a conditore ſuo ejusdem nominis, Wicemilique ſervo nomen traxit. Eodem pariter loco detectus fons vivis aquis ſcatens potui, ceteroque civium uſui perſalutaris, isque ipſus plane ſimili appellatione Welelibka donatus eſt.

ANNUS JESU CHRISTI 779.

HADRIANI PAPÆ 8. LEONIS IV. IMPER. 19. CONSTANT. 4.

NEZAMYSLI 35.

(a) Iſtud poſt Ottocari II. cædem accidit ſub Ottone Marchione Brandeburgico, qui rerum ſummam tutoris nomine in Bohemia adminiſtravit, quo quidem ſæculo appellationes quæque Germanicæ tum locorum tum nobilitatis enatæ, cum Ottocarus occupata Auſtria Germanos acervatim in Bohemiam traduxit, quod ultimo exitio illi fuit, cum in prælio a noſtris deſereretur; de quo *lamentabile carmen* Petri Abbatis Zbraslavienſis eſt in nuper invento fragmento ſui Chronici *Spineæ Coronæ.*

(b) Nimburgum, inquit hoc loco P. Victorinus noſter, urbs in campeſtri eſt planitie ſita, loco percommodo, atque ad propulſandos hoſtium inſultus idoneo (cujus rei experimentum anno 1632. ſub Saxonum obſidione dedit) Merlinæ inter Albisque confluentem egregio muro, duplicique foſſa in fluminis alveum excurrente firmata. Cerealibus omnis generis juxtaque leguminibus præſtans, deliciæ quondam Wenceslai II. Regis, a quo muris cincta ampliſſimisque immunitatibus exculta regiarum urbium auxit numerum. Sub exitum ſæculi decimi tertii Cœnobio ordinis Prædicatorum ſplendere cœpit, quod novis præſtea cenſibus, liberalitate, ac munificentia Comitis de Bernek ditatum Huſſitæ anno 1425. exſtincto jam Ziſska, flammis & innocentiſſimorum fratrum ſanguine deleverunt. Inde a paucis inter ſqualentes ruinas habitatum anno demum 1694. Jus Prioratus recepit. Hactenus Victorinus.

Pulkavæ Mſ. ad ann. 1308

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆTERMISSA.

Annus octavus belli Saxonici, quo Carolus rursum in Westphalia cæsos in deditionem accepit. Albericus Monachus Trium Fontium ait Carolum hoc anno multas feroces & barbaras nationes, quæ ad septentrionalem oceanum a Danubio distenduntur, adeo potenti virtute domuisse, ut inde multa spolia revexerit. Proximi quidem adsiti Danubio Slavi Boemiæ & Moraviæ, sed contra hos nihil adhuc anno isto a Carolo gestum, ut itaque Albericus de Slavis Obotritis ditionisque hodiernæ Meklburgensis incolis verosimillime explicandus sit, nam anno sequente jam memorat Eginhardus Carolum res Slavorum, qui ripas ulteriores Albis tenebant, composuisse. Hi vero Slavi Obotriti erant, qui deinceps Francorum fœderati permansere, tanto opere a Carolo culti, ut pro illorum fortunis etiam postea contra Wilzos bellum susceperit. *Eginhar. l. ad h. a. Albericus ad h. a.* *Eginhar. l. ad An. 780.*

ANNUS 780.

Dobromirus, alter filiorum Slavomili Kurimensium Ducis ex fratris Bydi abitu penitus animo prostratus ad orientem cum non modica famulorum gregumque turba patri valè facto profectus est fratrem vestigatum. Post multas ambages & silvarum anfractus arcem Bydczow tenuit. Peregre venienti fratri obviam processit Bydus, comiterque inter amplexus & oscula exceptum per plures dies liberaliter habuit, tum ei pascendo pecori, feminique capiendo maxime idoneam regionem ostendit. Huc cum suis progressus, pertingensque ad nonnullam aquarum scaturiginem potum ex ea porrigi sibi jussit, multumque loci amœnitate delectatus, illico villam in altum efferri jussit, quæ ab eo nomen Dobroniz, seu Dobrzenicz (a) ac-

(a) *Dobronizium.*

Digitized by Google

accepit. Erat Dobromiro uxor Domaslava, filiusque pupulus cognomento Libez magnis patri in amoribus; quare eodem adhuc anno ejus quoque nomini prædium, domumque opere lapideo Lipczan (b) nuncupavit, quam edito præruptoque monti, unde omnem quaquaversum provinciam circumspicere posset, inædificavit.

Lipczan.

ANNUS JESU CHRISTI 780.

HADRIANI PAPÆ 9. CONSTANTINI IMP. 5. IRENES 1. NEZAMYSLI 36.

(a) Arx hic hodieque, & nobilitatis nostræ sedes est in regione Regino-Hradecensi ad ipsos limites Chrudimensis provinciæ, Bydczowio duobus lapidibus disjuncta, inter ditiones numeratur Illustrissimi Baronis Dobrzensky de Dobrzenitz.

(b) Lipczan ad ipsos fines regionis Chrudimensis situm, atque a Dobrzenitz mediæ horæ spatio dissitum hodie ad Illustrissimum Baronem Straka de Netablitz spectat.

PRÆTERMISSA.

Eginhard. ad h. a.

Annus is nonus belli Saxonici est, quo Carolus magna Saxoniæ parte cum exercitu peragrata ad locum usque, ubi Ora seu Hora & Albis confluunt, pervenit. Ora vero fluvius juxta Chronici Gotvicensis tabulam Geographicam is ipsus est, qui paulo supra Magdeburgum in Albim se exonerat, cujus hodiernum nomen hactenus in ulla Geographica mappa ipsius Ducatus Meklburgensis & Magdeburgensis reperire non licuit. Ceterum hoc anno inter res gestas Caroli M. ab Eginhardo descriptas prima Slavorum memoria, aitque Carolum cum in hunc locum pertigisset, castra collocasse ad habenda stativa, operamque dedisse tum ad res Saxonum, qui citeriorem, quam Slavorum qui ulteriorem fluminis ripam incolebant. Annales Moissacenses asserunt Carolum anno hoc divisisse Saxoniam inter Episcopos, Presbyteros, & Abbates, ut in ea habitarent, & prædicarent, nec non Vi-

Annales Moissacenses.

ni-

Digitized by Google

nidorum, seu Slavorum & Fresonum paganorum multam partem baptizatam fuisse. Quo eodem tempore anonymus vetustus Carantanos Slavos opera S. Virgilii Episcopi Salisburgensis ad Danubium, ea parte, qua Dravus in eum se conjectat, Christi præceptis imbutos esse, ait. *Anonym. in vita Eberhard Episc. Salzburg.*

ANNUS 781.

Annus septingentesimus octogesimus primus afflictas Polonorum res non nihil erexit. Poloni a Vandæ obitu hoc trium & quinquaginta annorum intervallo diversos Duces, judicesque numeravere. (a) Hoc tandem anno comitia indicta, in quibus deliberatum sedulo, quibusnam artibus tot Hungarorum Moravorumque prædationibus præverteretur, qui Polonorum patientia tamdiu abutentes, pluribus jam annis terras patrias ac cumprimis Cracovienſem agrum misere lacerarent, vastarentque. Communibus igitur consiliis Przemyslus vir fortis bellique sciens Princeps creatus. Assuetam rapinis populatorum manum non uno loco adortus astutia magis, quam militum robore contrivit, victorque omnibus præliis exulem diu pacem in patriam postliminio revocavit, a suis passim Lesko appellatus. At in Bohemia Nezamyslus nepotum cupiens, eodem anno de optimatum sententia Strzezislavam Rahnonis ex prædio Hlazow filiam, (b) Mnatæ filio despondit. Nuptialis dies & repotia deinde magnifico luxu celebrata, spectaculo etiam fuit adducta Wissehradum novæ nuptæ dos: præcedebat ingens auri argentique vis, sequebantur deinde ducentæ cum tauris boves, oviumque greges multiplices, dotaliciam

Przemyslus Dux Polonior.

Mnatæ uxor Strzezislava.

Digitized by Google

postremo pompam festiva servitiorum turma concentu rustico (c) claudebat.

ANNUS JESU CHRISTI 781.

HADRIANI PAPÆ 10. CONSTANTINI IMP. 6. IRENES 2. NEZAMYSLI 37.

Dlugoss. Annal. Polon. l. 1. fac. 8.

(a) Dlugossus memorat a Vandæ obitu usque ad Primislai, qui ab astutia Lesko dein dictus sit, Poloniam per duodecim Wogewodas seu Palatinos gubernatam fuisse, Primislaumque nomen & munus Principis sibi meritum, cum Pannonios Moravosque egregie delusos magna clade affecisset; conveniuntque Polonici Scriptores plerique in commemorando hoc Primislai merito astutia sibi parto. At quemadmodum in Chronologia totis sæculis inter se discrepant, ita alios atque alios populos statuunt, cum quibus bellum gestum, & qui calliditate Primislai victi palmam Polonis cesserint. Vincentius Kadlubek primus historiarum harum prolator, atque paulo posteriores, qui eum secuti sunt, Boguphalus, Joannes, & Anonymus Primislaum hunc in tempora Alexandri M. rejiciunt, eumque ex humili aurifabri conditione, cujus artis præsidio hostes deluserat, in Regem electum scribunt; quod cum recentiores sustineri vix posse viderent; historiam hanc sæculis multo posterioribus, gentibusque eo tempore Polonis conterminis accommodarunt.

Apud Sommersberg in Scriptoribus rer. Silef.

(b) Laznow in Chrudimensi, Hlasiwo in Bechinensi provincia reperire est, eorumne alterutrum Hayecius intenderit, an vicum alium? cum ignorantissimis scio.

(c) Slavis septentrionalibus cytharam musici instrumenti genus in usu fuisse prodit Theophanes, id majores nostri quemadmodum hodie Dalmatæ Gusle appellabant, inde appellatio Gausle profluxit, qua hodie fides vulgo dictas connotamus. Idem prorsus instrumenti genus tribuit Hunnis Rufus. Nec dubium suas cantilenas odasque fuisse majoribus inter festivos ejusmodi plausus, de Hunnis, Slavorum concivibus habemus luculenta documenta ex Prisco, quæ veteris illius ri-

Theophan. in Chronograph. ad IX. Mauricii annum.

Digitized by Google

ritus ergo exscribere libet: *In hunc*, inquit, *vicum adventanti Attilæ, puellæ obviam prodierunt, quæ per series ante gradientes sub linteis tenuibus, & candidis, quam maxime in longitudinem extensis, ita, ut sub unoquoque linteo manibus mulierum ab utraque parte in altum sublato (erant enim multi hujusmodi mulierum sub illis linteis ordines) sex puellæ, aut etiam plures, dum iter pergerent, odas & cantilenas Scythicas canerent.* *Priscus in Excerpt. leg. p. 39. & 40.*

PRÆTERMISSA.

Hoc anno, qui decimus belli Saxonici est, Thassilo Bojoariæ Dux interveniente Rom. Pontifice in publico placito Wormatiæ sacramentum fidelitatis Carolo renovavit, quod pridem patri ejus Pipino juraverat. *Eginhard. ad h. a.*

ANNUS 782.

Florebat per Bohemiam post Wissehradensium Principum una omnium maxime Slavimilia Kurimensium domus, illustrium virorum mater, & longe jam lateque per regionem diffusa. Ex ea domo Dobroslaus Slavimiliorum vestigiis insistens, nominisque & ipse famæque appetens cum intellexisset, quam sapienter feliciterque sibi Bydus atque Dobromirus cognatus de regione ampla fertilique prospexissent, concesso fratri suo Przibo Stohoslavice (a) prædio, & ipse cum uxore Botka Kahuri filia, omnibusque necessitudinibus in orientalem Bohemiæ plagam movit Kolasska itineris duce. Decimo quam abierat die ad propinquos, necessariosque suos ex itinere divertit, ad Bydum primo, ubi junctis dextris liberaliter pro cognatione habitus ad Dobromirum deinde, inde ad Libeczium etiam deflexit. Ibi quoque nihilo minus quam apud Bydum cultus, dierum *Dobroslaw.*

Digitized by Google

octodecim spatio, omnem quaquaversum regionem diligenter oculis perlustravit. Eorum rogatu, ne longius abscederet, amplissimum in iis finibus Albim inter flumenque Aquilam piscium feraciſſimos (b) prædium super edito amœnoque loco constituit, sepemque ligneam condendæ aliquando urbi capacem erigens, huc singulis noctibus pecora sua cogere solitus. Sibi vero solidiorem domum conditurus, quoniam isthic saxum lapisque deesset, cocto latere munitissimum castrum, quod eum ab omnibus hostium minis tutum redderet, fundavit, idque suo nomine Dobroslaw appellari gestiit. At id a latericio rubore, quem procul intuentibus offundebat, apud alios *Czerweny Hradek*, alios item *Czybelny Hradek*, quasi rubrum seu latericium castrum, apud reliquos simpliciter Hradec (c) nomenclationem invenit.

Hradek olim Dobroslawia.

ANNUS JESU CHRISTI 782.

HADRIANI PAPÆ II. CONSTANT. IMP. 7. IRENES 3. NEZAMYSLI 38.

(a) Stohoslawice verosimillime id ipsum est, quod hodie passim Stoislowiz nuncupatur in eadem regione Kurimensi, nisi Kurimio magis vicinum Zdeslaviz libeat dicere.

(b) Aquila fontes suos habet in Comitatu Glazensi ad locum die Seefelder dictum, recto inde cursu in meridiem vergit, at prope Nekorz & Margarethenthal cursum flectit in occidentem, inde cum Senftenbergam, Kostelezium, Polnam alluisset, nonnihil attollit curriculum, ac pluribus minoribus receptis aquis, hinc atque illinc ex montibus defluis infra Regino-Hradecium Albi miscetur. Nostris voca-

Digitized by Google

catur Orlice, Germani harum regionum accolæ Erlitz item & Adler vocant.

(e) Locus hic in regiam civitatem transiit hodie nomine Regino-Hradecii gaudentem. Si porro idem ipsum castrum est (uti sentit Balbinus ac plerique nostri) quo Christannus refert Borzivogum primam Ecclesiam honori S. Clementis Papæ & Martyris construxisse, id sine ullo adjecto *Gradez* appellatum reperitur, usitato scilicet illis temporibus vocabulo, quo omnia castra *Grad*, & quæ seu vicis seu civitatibus adsita erant, *Gradez* vocabantur, quasi fabricas dicas, & munimenta, graditj, hodie Hraditj, majoribus nostris fabricare & munire significabat, quod Dalmatis usque adhuc in usu est, iisque hodiedum *Gradianin* civis seu oppidanus, & *Gradezky* civilis seu urbanus est. *Christan. in vita SS. Lud. & Wencesl.* *Lodereker in Vocab. septil.*

At in eo lapsus maximo opere est Hayecius, cum id de latericio opere seu *Czybelny* & *Czerweny Hradek* jam huic sæculo adscripsit. Constat enim in eadem urbe arcem latericii operis primum conditam sæculo exeunte decimo tertio ab Elisabetha Przemysli Polonorum Regis filia, & Wenceslai Boh. Regis eo nomine II. ac post illius obitum Rudolphi cognomento Mitis Ducis Austriæ & dein Boh. Regis uxore, quam ipsos triginta annos usque ad mortem suam inhabitavit, & unde illam *Czerweny Hradecz* nomen invenire contigit, dum denique ob dotem Reginis datam, Reginarumque viduarum proprium domicilium *Reginæ-Hradecium* appellata est. Arx hæc latericia tandem anno 1423. urbano tumultu a civibus Ziscæ in gratiam eversa hiantibus muris, inquit Balbinus, pristinum hodie decus implorat.

Urbs hæc, ait noster P. Victorinus, etiam nunc nobilis atque inclyta, ab agro suo ampliſſimisque pomœriis ab Insulis præterea, magnificaque Antistitis domo, Collegio Societatis Jesu, suburbano Conventualium S. Francisci Cœnobio celebrata, Pragæ item Kuttnæque singulari Wladislai Regis gratia, dignitate proxima. Id vero præcipuæ huic urbi gloriæ, quod Bohuslaum Balbinum S. J. a scriptis suis tota Europa nominatissimum gentis nostræ Historiographum in lucem edidit, quem virum eruditione maximum si in hanc ætatem nostram tot novis præsidiis a prælo & Mss. redundantem incidere contigisset, næ plura paulo aliter enarrata, exculta, dilucidataque legeremus, in quibus eum neque ingenii acies, neque diligentia, sed monumentorum authoritas defecit. Ceterum uti olim ita quoque ab hac civitate integra provincia nomen habet, colligatis ea in fascem floribus haud absimi-

Digitized by Google

similis est, inquit Balbinus, ab alite phasiana, ab generosa prægrandium equorum stirpe, piscinarum feræque numero, ad hoc giganteis montibus, in quibus fluvius Albis nascitur, castris, urbibus, nobilitatisque summæ sedibus inclyta. Urbes mœnibus cinctas tres, muris viduas totidem, oppida 43. nobilium sedes seu arces 53. arces hodie desertas 7. enumerat in hac regione A. R. P. Erber.

Erber in notitia Illustris Regni Bob.

PRÆTERMISSA.

Undecimus hic annus belli Saxonici est. Disposuerat Carolus exercitum Francorum & Saxonum contra Slavos Sorabos, qui campos inter Albim & Salam interjacentes incolebant, Saxonumque & Thuringorum fines prædandi causa ingressi erant, qui cum jam jam in itinere constitutus esset, corripiunt rursum Saxones arma suadente Vidichindo; quare idem exercitus relicta profectione in Slavos, adversus Saxones progressus eos ad deditionem rursum compulit. Soraborum amicos & plerumque fœderatos fuisse Slavos Bohemiæ ex consequentibus liquebit annis; an vero motuum istorum bellicorum partem quoque habuerint, nullo veteri documento proditum est. Buntingius quidem minime dubitat inter Sorabos hoc anno Bohemos socios referre. Nec vero ego dubitare velim, posteaquam traditiones vetustissimæ Fuldenses non obscure innuunt Bohemos jam sub Carolo M. antequam Romanorum Imperator esset electus adeoque ante annum Christi 800. latissime per hodiernam Franconiam excurrisse prædabundos. Sic vero illæ: *Emhilda cum in proprio domate sibi monasterium fecisset, ubi cum multis virginibus Deo servire decrevit in loco, qui Mileze nuncupatur, cunctaque prædia sua eidem loco in id opus titulasset, ab incursu Paganorum, Sclavorum videlicet, qui e regione Boemiæ sæpius irruptionem facere & homines abducere solebant, præpetita omnia prædia sua simul cum Ecclesia, quam construxerat sancto Bonifacio in Fuldensi monasterio contradidit.* Secundum mappam autem Geographicam medii ævi Abbatis Gotvicensis *Miliza* fuit in pago Grabfeld, qui in Ducatu Franciæ orientalis seu hodierna Franconia in vasta solitudine Buchonia jacuit, quem locorum situm etiam in tabula nostra fronti operis adjecta conspicere licet, unde intelligas, quam longe gens nostra excurrerit. Hæc autem ipsa verosimillime Bohemorum Soraborumque in hæc loca excursio causa fuit, quod hæ Boemiæ vicinæ regiones rarius habitatæ fuerint, & quidem non nisi a Slavis usque ad sæculi ipsius XI. quo Babenbergensis Episcopatus erectus est, initia. Nam Arnoldus Episcopus Halberstadensis in epistola ad Hen-

Eginhard. ad h. a. & Annal. Mettenses.

Bunting. in Chron. Brunsv. p. 26. Apud Schaten. & Krayfig Script. rer. Germ. T. I. p. 7.

Digitized by Google

Henricum Episcopum Herbipolensem paulo ante institutum Babenbergæ Episcopatum sic de his terris scribit: *Si Rex ibi facere vellet Episcopatum, facile illum Ecclesiæ tuæ, quod tibi utilius esset, posse tribuere: te parvum inde fructum habere, totam illam terram pene silvam esse, Sclavos ibi habitare, & in illa longinqua vel nunquam vel raro venisse.* Hallucinati igitur sunt Egrani nostri, & Vohburgici quique Scriptores, qui terras suas omni tempore jam a Germanis cultas senserunt sub Carolingorum temporibus. Certe vetustissimum *Egræ* fluminis & urbis Slavicum *Cheb* nomen ostendit a Sclavis eum terrarum tractum primitus occupatum fuisse. *Stephan. Baluz. Miscell. l. 4. p. 439.* *Cosm. Chron. Boh. l. 1.*

ANNUS 783.

Septimum jam & quinquagesimum actæ integre vitæ, principatus vero recte gesti unde quadragesimum Nezamyslus annum numerabat, cum fatali mortalium lege viventium numero evocatus, in Hrobkam ad patris latus appositus suorum perfusus lacrymis migravit. Pacificus Princeps, cujus optimis consiliis Bohema tellus, & ab latro, & prædiorum urbiumque structuris maxima incrementa fecit. (a) Peractis Nezamyslo inferiis Comitia ad Pistri Wissehradensis limina coacta sunt, communi omnium procerum populique suffragio Principem Bohemia Mnatam Nezamysli filium accepit annum jam tum trigesimum agen-tem; (b) nec mora in Ducalem sedem (c) repositio omnis circumfusa multitudo sacramentum dixit. Is ipsius vestigia patris premens tranquilitate publica nil habuit antiquius. Accessit ad communem multosque in dies protractam lætitiam, quod Strzezislava initio principatus Mnatam patrem pepererit, edito in lucem undecimo ab inauguratione die filio Vogeno forma elegante, ac viribus integro. *Nezamysli obitus.* *Mnata creatur Princeps.* *Nascitur ei filius Vogenus.*

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 783.

HADRIANI PAPÆ 12. CONSTANT. IMP. 8. IRENES 4. NEZAMYSLI 39. MNATÆ 1.

Weleslav. in geneal. Duc. & Reg. Boh. Balb. Dec. 1. l. 7. c. 5.

(a) Ad laudes Nezamysli hæc addit Weleslavinus, atque ex eo Balbinus: Nezamyslus nobilitatem omnem in quasdam classes partitus est, & aulæ munia divisit, ac certis temporibus illigavit, ut quisque nobilium quot annis stato tempore ad aulam veniret, agnoscere dominum, gratiam Principis obsequio mereri, & præmia ab eo accipere consuesset. Tum bellum etiam cum Romanis Germaniam vastantibus a patre relictum magno animo gessit, collectoque sexaginta millium peditum, quinque equitum exercitu, Romanos, Tudneho duce, Ratisbona capta ex Bavaria profligavit. Ita fere Weleslavinus majore audacia, quam veritate. Quis enim Romanos vel in Veleslavini Chronologia isthic amplius quærat? quis tanti exercitus numerum his sæculis genti nostræ tribuat? quis denique tot nobilitatis classes hoc ævo quærat? at Nezamyslum atriori depinxit calamo Æneas Silvius, appellans eum stupidi ingenii & prorsus inertis, qui inter scorta & concubinas ocio marcuerit, quem prope secutus est Dubravius, Boregk aliique: in Chronologia pariter variant nostri: Stranskius eum mortuum ait anno 691. ætatis suæ octogesimo. Weleslavinus anno ætatis 74. Puczalka anno Christi 558. Balbinus anno 598. & cum novem super quadraginta annos Bohemiæ præfuisset. MS. picturatum sub Wladislao Rege exaratum, mihi a Prænobili ac Clarissimo Viro Joanne Clauser Archivario Regio communicatum, anno Incarnationis 491. Ex quo hic quoque simulacrum Nezamysli & patris ejus Przemysli proferimus; non quod germanum sincerumque propugnemus, sed quod majorum nostrorum vestitum multum elucidet, cum author trium fere sæculorum asseveret se hæc e vetustissimis depromsisse, tantoque majorem fidem mereatur, quod nec Czechi, nec Lechi, nec Croci passim veteribus nostris incognitorum effigies referat, aut memoriam.

Æn. Silv. hist. Boh. c. 9.

Stransky Reipubl. Boh. c. 8. Weleslav. in Genealog. Duc. Puczalka in Navic. Eccles. Balb. Dec. 1. l. 7. c. 5.

(b) Hujus Mnatæ rursum memorias Cosmas, quique eum sequuntur usque ad sæculum XV. sola nominis prolatione complectuntur.

(c)

Digitized by Google

Ad Annum 804.

ГБЭѠѰЄѦ.
Premÿsl.

РЭѮѦѠѰЄѦ.
Nezamÿsl.

Saltzer Grat: Sc: Pragae.

Digitized by Google


Digitized by Google

(c) Hallucinati noſtri omnes ſunt cum Hagecio, qui neſcio quam auream magnificeque ornatam ſellam jam inde a Libuſſa & Przemyslo ſervatam depingunt, in quam ſub inaugurationem Duces noſtri collocati ſint. Sed non niſi rude ſaxum fuiſſe usque ad ipſa Wladislai Ducis tempora annumque Chriſti milleſimum centeſimum ſecundum ſupra quadrageſimum ſolicite a Ducibus noſtris cuſtoditum docet nos coævus author Vincentius Canonicus Pragenſis de Wladislao ob ſeditionem Praga excedente ita loquens: *Dux itaque Wladislaus, firmata prædicta civitate, fratrem quoque ſuum Theobaldum in ea cum domina Gertrude uxore ſua, cui maxime in hoc articulo confidebat cum quibusdam militibus valde bellicoſis pro tuenda civitate & principali throno, quodam ſaxo, quod eſt nunc in medio civitatis, pro quo non ſolum nunc, ſed etiam ab antiquo multa millia militum bello corruerunt, Pragæ dimiſit.* *Vincentii Mſ. ad An. 1142.*

PRÆTERMISSA.

Annus XII. belli Saxonici: quo Saxones bis victi a Carolo M. primum ad Thietmelle, quod Teutoburgium eſſe docet Cluverius, & rurſum ad flumen Haſa, qui Oſnaburgium alluit, ut eodem loco explicat Cluverius. Quo eodem anno memoratur bellum, quod Conſtantinus Orientis Imperator Duce Stauracio contra Sclavinos populos geſſit, & ob quod feliciter confectum poſtea triumphabundus Conſtantinopolim ingreſſus eſt. *Egìnhard. ad h.a. Cluver. l. 3. antiq. Germ. c. 19.* *Theophan. in Chronogr.*

Digitized by Google

ANNUS 784.

Primus novæ dominationis annus fame exemplo ac peſtilentia, id eſt duabus adverſiſſimis rebus Mnatam (a) exercuit, atque ad ulteriora firmavit. Mali caput erant infames ficcitates; quæ quidem cœleſtium aquarum penuria ſic æſtatem ſolidam tenuit, ut exuſto ubique pabulo cum jumenta ſimul atque homines ad alimenta fœda verterentur, correpta primum tabo jumenta, peſtem deinde in homines vulgarent. Cum tempore mali vires crevere, ac ſub hiemem demum mortem undequaque circumfuderunt. Itaque aliis longa fame tabeſcentibus, aliis ex obviorum attritu aut peſtilenti hau tu ſubito concidentibus miſerrima erat omni loco funerum imago. Nec Mnata ſe, uxorem filiumque tam periculo ultra finibus credendum ratus, in arcem nuperrime filii ne nati honoribus conditam, atque Oſtromecz (b) appellat tranſivit. Sed longe gravior futurorum metus: quoni nec ſemen erat, quo ſementis fieret, & aridiſſima tell arationem, ſationemque reſpuebat. Accedebat ad ha ma-

Fames ac peſtilentia.

Oſtromecz nox.

Digitized by Google

mala, quod tantis difficultatibus remedium nullum apparebat, partim quod plerique metallici, auri prolutores excoctoresque fame ac peſte interierint, partim in regiones vicinas deſperatis rebus dilapſi paſſim agros vicosque deſeruerint, inde nudam undique ab hominibus tellurem, & prata agrosque in ſilvas rurſum abire viſum. Hæc Mnata inter ſui Oſtromeczenſis caſtri ſolitudinem identidem animo agitans, non potuit non ſummo mœrore confici; quem quantumvis Principem ipſa fames non penitus intactum reliquit.

ANNUS JESU CHRISTI 784.

HADRIANI PAPÆ 13. CONSTANTINI IMP. 9. IRENES 5.

MNATÆ 2.

(a) Mnata veteri Slavica etymologia exiſtimantem, aut ſubdubitantem ſignificabat a radice vetuſta *mnati* hodie *mniti* Dalmatæ, nos domnjwati ſe dicimus, id eſt reri, exiſtimare. Idque animadverſione dignum, omnes primos Duces ethnicos noſtros a cogitatu, & animi affectibus nomen inveniſſe: Przemyslum quaſi *præmeditantem*, Nezamyslum *nihil meditantem*, Mhatam, *exiſtimantem ac ſubdubitantem*. Wogenum *audacem*, Krzezomyslum *acriter cogitantem* dicas.

(b) Oſtromecz nomen ſuum ab acie mucronis, quod patria lingua ſignificat, accepiſſe noſtri ſcribunt. Bello Huſſitico caſtrum iſtud in hiſtoriis maxime nominatum, quod aliquoties a Taboritis occupatum, munimentis maximis ſolidatum eſt, dum anno 1435. id geſtis ſuis clariſſimus militiæ Czechicæ Dux Ptaczek expugnavit, trucidatisque Taboritarum præſidiis, ferro & igne funditus evertit. Hodie nomen illius nec in ſyllabo deſertarum arcium, nec hodie florentium reperitur. Bechina id non longe abfuiſſe geſtorum narrata produnt. *Brzezius hiſt. Huſſit. Mſ.*

Digitized by Google

PRÆTERMISSA.

Annus XIII. belli Saxonici, quo cum usque ad Albim progressus esset Carolus M. bis cæsi sunt Saxones, primum ab illo, dein ab filio ejus Carolo itidem appellato. Weleslavinus hoc anno civitatem Launam, quæ hodie in agro Satecensi est, conditam ait a Launa filio Krosi, quo fonte, ignoro.

Weleslav in Geneal. Duc. & Reg. Bob.

ANNUS 785.

Gigantis ossa reperiuntur.

Fame hoc modo cum pestilentia de hominum pernicie certantibus, portentum aliud Boemia vidit. Tetinii non nemo subterraneæ concamerationi fundamenta aperiens, obvium inter cæmenta habuit tam inusitatæ magnitudinis humanum caput, ut ejus calvam viri duo ægre complecti possent. Vastitati capitis cetera quoque corporis ossa respondebant, crura præsertim viginti quinque pedum & dodrantis, seu cubitorum Pragensium duodecim & semis. Constabat alicujus vetustissimi gigantis exuvias esse. (a) Eæ ne interciderent, imperio Principis Tetinensibus portis affixæ, aliquamdiu miraculo pependere. Princeps quoque rebus continenter in deterius labentibus, ut tandem consuleret, gravissimis edictis per omnes regiones publicatis homines ab montium perscutatione, auri argentive quæstu in agrorum culturam compulit; terram præterea pertinaci labore verti, sementemque autumnalem fieri imperavit. Ei imperio cum omnes promtam subjeciissent voluntatem, deploratis pene rebus Bohemiæ saluti fuit.

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 785.

HADRIANI PAPÆ 14. CONSTANTINI IMP. 10. IRENES 6. MNATÆ 3.

(a) Naturam, ut in rebus aliis, ita in hominum genere ſæpe monſtra producere, nemo eſt, qui abnuat. Leguntur in hiſtoriis multa humanæ proceritatis exemplа; ſed huic vix alibi ſimile. At vero contendunt nonnulli noſtrorum, ut ait Balbinus, in montibus noſtris Riphæis, quos Krkonoſſios Slavice appellamus, portentoſæ magnitudinis & giganteæ proceritatis homines ejusmodi olim habitaſſe, atque inde Giganteorum montium Rieſengebürg appellationem profluxiſſe. Verum quis paulum literatior ignorat tropum in hoc loquendi genere quæſiviſſe majores noſtros, cum comparatione a gigantibus deſumta, ingentia hæc montana aliis multum ſublimiora, *gigantea* appellarunt. Ceterum de gigantum origine variæ priſcorum ſunt opiniones: alii namque Terræ & Titanis filios fuiſſe ſcribunt, alii ex ſanguine Titanum ab Jove interfectorum e que terra natos autumant; Hesiodus ex ſanguine Cœli genitos dixit. At Joſephus contendit eos ex dæmonum coitu cum mulieribus procreatos eſſe; cui quidem opinioni etiam Lactantius argumento ex ſacra hiſtoria depromto adſtipulari videtur. Sed ea pridem a Divo Auguſtino, quem hodie ſequuntur omnes Theologi, refutata eſt. Saniorum itaque hodiernorum judicium eſt, oſſa ejusmodi humanorum ſpeciem referentia, nil aliud eſſe quam foſſilia, & terra natos lapides, aut certe ingentium cete ac balænarum exuvias perperam a plebe pro gigantum ſceletis habita. Ea Sennertus lapides minerales vocat, aitque naturam in his ſenſu carentibus ludioſe animantium membra figuris imitari. Et Kircherus conatur ex naturalibus mechanicisque principiis, ut ait Balbinus, oſtendere humanum corpus altius, quam pedes octodecim non poſſe excreſcere.

Balb. Dec. 1. l. 1, c. 6.

Joſephus antiquit. Judaic.

Sennert. in Epit. ſocens. nat. l. 5. c. 4.

Balb. Dec. 1. l. 1. c. 49. & 50.

PRÆTERMISSA.

Annus XIV. belli Saxonici, quo, ut Annales Metenſes loquuntur, Carolus multis vicibus exercitum ſuper Saxones miſit, & eorum ſtra deſtruxit, aut ut Eginhardus: totam hiemem inquietam reddidit ndique diſcurrendo, atque cuncta cædibus & incendiis permiſcendo. uo terrore id tandem effecit, ut Widichindus ſe ſe ejus fidei permiſerit,

Annales Metenſ. ad h. a. Eginhard. ad h. a.

Digitized by Google

ſerit, Chriſtique jugo colla ſubmittens baptizatus ſit. Non prætereundum hic vero paſſim a rerum Saxonicarum, Widichindæarumque Commentatoribus, ac cumprimis Lazio, Reuſnero, Fabricio, Andrea Cruſio, ac noſtris cum Balbino affirmari eidem Widichindo ſecundam uxorem ſuiſſe Bohemam, Suataṇam, ſeu Suaternam dictam, filiam Zechii Izitzechorum, ſeu ut alii Izyhorum, Izechorum, & Izchorum Principis filiam, ex eaque progenitum Witikindum II. conditorem Comitum Wethini. Aſſertionis autem hujus fundamentum eo nititur, quod uxor Widichindi in vetuſtis documentis *Izechorum* Principis filia fuiſſe legatur. Et quanquam genti noſtræ perhonorificum foret, Widichindum, eum tam inperterritum Saxonicæ libertatis vindicem, ſummumque Saxonum heroem matrimonio junctam habuiſſe Bohemam; tamen quia veritas hiſtoriæ rebus omnibus præponderare debet, inquirendum hic ſtudioſius, num hiſtoriæ illorum temporum reſpondeat eam gente Bohemam fuiſſe. Et primo quidem nec in exteris, nec in noſtris Annalibus ulla memoria *Izechos* quondam ſediſſe in Bohemia, aut rempublicam aliquam iſthic hoc nomen geſſiſſe, nec uſpiam legimus, poſtquam Widichindus toties cæſus Saxonia exire compulſus eſſet, præſidium inter Slavos Bohemiæ quæſiviſſe, aut reparandarum virium ergo iſthic opem & ſubſidia imploraſſe, quin ut Annales Metenſes & Eginhardus fatentur, non alio, quam in Daniam commigraſſe, atque inde reducem reſtaurata fortuna plerumque novos exercitus Carolo M. objeciſſe, ut argumentari liceat ſocerum Widichindi Izechorum Principem non alibi, quam in vetere Dania, aut certe ejus regionis confiniis quærendum eſſe. Jam ſi locorum iſtorum hiſtorias conſulamus, vetuſtiſſimas eſt reperire memorias regionis & caſtri *Ezecho* ſeu *Izecho* (quod nomen etiam hodie in plerisque tabulis Geographicis retinet) in hodierna Holſatia. Helmoldus præſidium vocat. Arnoldus Lubecenſis locum Comitis appellat, ejusque rurſum memoriam facit l. 6. c. 13. Bangertus ex Reginone conjicit oppidum hic loci ad Stœram amnem a Carolo M. excitatum, in loco Eſſelfeld ſeu Eſſesfeld nuncupato; pro quo loco etiam habet Abbas Gotvicenſis in ſua tabula Geographica medii ævi. Nec fortaſſis Caroli M. in hæc locorum confinia annis conſequentibus incurſiones, uti in Annalibus Francorum legimus, alio fine ſuſceptæ, quam ut inter ceteros infeſtus Izechorum Princeps Widichindique ſocer ſub jugum mitteretur. Albericus certe Monachus Trium Fontium hoc ipſo anno, de quo agimus, Sclavis harum regionum accolis bellum a Carolo M. illatum ſcribit, Danosque vicinos Sla-

Laxius de migr gent. l. 9. Reuſner. in op. Gen. in ſtirpe Vitikind. Fabric. in Geneal. Sax. in orig. Cruſius in Witikindo c. 11. Balbin. Epit. c. 10.

Annal. Metenſ. & Eginh. ad An. 777. & ſeqq.

Helmold. Chron. Slav. l. 1. c. 19. Arnold. in Chron. Slav. l. 4. c. 19. Bangertus in Chron. Helm. l. 1. c. 19.

Alberic. ad h. a.

Digitized by Google

Slavorum fœderatos fuisse; ut ita conjecturam non levem capere liceat Suaternam inde potius esse repetendam, cum a Slavis quoque loca hæc habitata constet. Quanquam ingenue fatear, hactenus documentum vetus nullum in meas manus perveniisse, quo *Suaterna* hæc altera Widichindi uxor adstrueretur; veteres enim passim nonnisi unam, eamque *Gevam* seu *Ghevam* ipsi tribuunt. Sic Chronicon rhythmicum vetus: *Chron. Teut. rhythm. Brunsuicens. Principum apud Leibnit. T. III. p. 8.*

Ghewa sin weerde frowe
Wart to Bettelaheim to rowe
Begrawen bi Osenbrüke.

Quare etiam Hahnius inter res incertissimas reponendam existimat Genealogiam Widichindi a tot viris eruditis tractatam. Ceterum autem an Izechi isti ob nominis cum Zechis genteque nostra similitudinem colonia aut propago Zechorum fuerint, tam obscurum quoque in historiis, quam quod maxime. Si Slavica vetus connotatio attendatur, constat majoribus nostris ipsisque hodie Dalmatis vocabulum *Iz* præpositionem *ex* fuisse, ita ut Izzechos istos quasi extorres, seu exules Zechos dicas; quod qui tueri voluerint, præsidio etiam habent Broderi Chronicon, qui Pojemanos his locorum confiniis refert. *Hahn Reichs-Historie P. 1. c. 1. §. 10.* *Chron. Broder. Profess. ad An. 1113.*

Quibus præjactis ruunt illa, quæ passim nostri adstruunt, Suaternam a patre suo Duce Bohemiæ Widichindo marito in dotem attulisse Budissinensem provinciam. Neque momenti etiam alicujus illud est, quod Jacobus Ticinus adstruit: minime dubitans Widichindum regionis istius Principem dominumque fuisse, & Witgenaviam superioris Lusatiæ oppidum a Vitikindo conditam nomen inveniisse. Nam ostendit Frencelius nomen hujus oppidi *Kulow* vetustius esse, Witgenaviam recentius. Sic enim ille: *Nomen Sorabicum ei a pago vicino* Stary Bulow *German.* Beule *id est a veteri Kulovio accessit. Hinc* Nowy Bulow *olim dicta est civitas, id est recens atque rotunda seu sphærica,* Bula *enim Sorabis & Slavis globus, orbis, sphæra est, utrumque enim tam oppidum, quam pagus hemycycli figuram propemodum refert.* Unde autem, & quo tempore nomen *Witgenau* enatum sit erudite Schneiderus: verosimillimum videlicet esse: oppidum hoc nomen inveniisse a Witigone de Camenz Episcopo Misnensi, qui id ampliatum, elegantiusque conditum Cœnobio Mariæ-Stellensi tradidit, ut fundationum literæ ostendunt. *Ticin. hist. Rosenthal. c. 7. §. 3.* *Frencel. in Nomenclat. utriusque Lusat.* *Schneider. in script. hist. Lus. P. 4.*

Digitized by Google

ANNUS 786.

Salubritas & abundantia frugum.

Factas ſuperiore autumno ſationes, tam mite cœlum toto præſente anno nutriit, ut fugiente peſtilentia, non modo plena ſalubritas, ſed & rerum omnium abundantia ſit conſecuta. Atque hæc potiſſimum cauſa fuit, cur recreatis ex diuturna fame viribus optimatium plerique, ne plebs præſenti ſagina torperet, ad ſtructuras arcium animum verterint. (a) Strzih filius Klaſonis inprimis, evocatis undique operis, caſtrenſe prædium Strzihow (b) nova arte conſtruxit. Cænaculis enim ac habitationibus ſeorſum ſibi, ſeorſum famulis, ſeorſum item uxori Borcæ, ſeorſum etiam uxoris gynecæo conſtitutis, bubilia præterea, equeſtria ſtabula, harasque & ovilia ſuis quæque ſingularia locis exædificavit; quæ ſcite omnia diſpertita, ac tum primum in Bohemia viſa magnæ laudi conditori fuere, certatimque ſpectatores excivere.

Strzihow caſtrum nobile.

ANNUS JESU CHRISTI 786.

HADRIANI PAPÆ 15. CONSTANT. IMP. 11. IRENES 7.

MNATÆ 4.

(a) Non ſemel miratus ſum, mecumque plures alii, undenam Hayecius tot urbium, caſtrorum, vicorumque epochas, & hiſtorias tranſcripſerit, de quibus apud omnes authores illo vetuſtiores altiſſimum ſilentium. Sed forte diebus iſtis in Chronica impreſſa Hayecii multum mutila priori parte incidi, quibus poſterius facile triginta phyliræ adjectæ ſunt anno 1602. ſcriptæ a quopiam Geor-

Digitized by Google

Ad annum 786.

HOC COLLEGIVM DIONISIANVM IN DEI OPT: MAX. HONOREM PRIVILEGIIS
REDITIBVS q3 DONATVM FVNDAVIT ET CONFIRMAVIT OB IIT AÑO
CHRISTI DCCC VII RELICTO FILIO ETREGNI HERE DE WIGB ER TO

MONVMENTVM WITIKINDI WARNECHINI FILII ANGRIVARIORVM
REGIS XII SAXONIÆ PROCERVM DVCIS FORTISSIMI

OSSA VIRI FORTIS CVIVS SORS NESCIA MORTIS ISTE LOCVS MVNIT EVGE

SALVAT ET ORBIS

HONE SPIRITVS ANDIT ONNVS ET ANNVS

MONVMENTVM WIDICHINDÆVM
IN VICO ENGEREN

Saltzer Frat: Sculp: Pragæ.

Digitized by Google

Digitized by Google

Georgio Berger Equeſtris Ordinis; qui in fronte manuſcripti ſui fatetur magno ſe ſe labore Familiæ ſuæ memorias etiam adnexis quibusque diplomatibus collegiſſe, atque his paginis Hayecio agglutinatis adjeciſſe. Præcipere ſe itaque atque ſanctum obſervari cupere appendicis hujus collector ſcribit, ne hæc Hayecii Chronica ab heredibus Bergerianis alienentur, imo penes ſeniorem, & quidem marem ſtirpis perpetuo inſtar fidei-commiſſi permaneant. Inter alias autem plures memorias refert etiam epiſtolam Hayecii ad Burggravium Regino-Hradecenſem (is veroſimillime Joannes Lithoborzky de Chlum fuit, cujus etiam clypeum Hayecius & nos ipſi ex eo in Prodromo noſtro dedimus) exaratam vernaculo ſermone; quæ cum nunquam lucem aſpexerit, hic fideliter ac ſimpliciter, ut concepta eſt, in latinum traductam exhibemus; ut appareat, unde ſeges hæc conditarum urbium caſtorumque, quæ ſteriliſſima omnibus ante eum viſa eſt, profluxerit. Sic autem habet:

Prodrom. Annal. Hayec. p. 42. Tab. II.

Epiſtola Venerabilis Sacerdotis Wenceslai Hayek a Libotzan horum Chronicorum authoris ſcripta ad Burggravium Regino-Hradecenſem.

Amico nec aurum, nec quamvis terreſtrem felicitatem paria eſſe deputo. Gratias Illuſtri Dominationi tuæ maximas ago, quæ meam cauſam tantoopere Domino Wezlik (ſed fortaſſis Venzeſik ſcribendum erat, is enim eo tempore Fiſcus Regius, ſummusque Hayecii patronus erat, ut in Prodromo meminimus) *præter meritum meum commendaverit. Effecit is patrocinio ſuo apud Regni ordines, ut non modo ſcripta copiata mihi ex Tabulario Regni tradantur, quam in rem jam tres ſcribæ deputati ſunt, ſed etiam decretum ad omnes Burggravios, Capitaneos & Conſules civitatum emanarit, ut operam meam adjuvent, ſeduloque inquirant per omnes civitates, caſtra, vicos & Eccleſias, ſi quæ documenta ſuperſint de originibus locorum hujusmodi, aut ſi certas quaſpiam traditiones, aut aliquam hiſtoriam regni habeant, quæ mecum quantocyus, interpoſita tamen fide mea de reſtituendo, communicent. Hoc Illuſtri Dominationi tuæ notificare volui, ſcio enim illam multum delectari hiſtoria Boemiæ, & mihi ſæpe ſtimulo fuiſſe ad ſcribendum; eam igitur jam Deo auxiliante brevi conſpectura eſt. Simul etiam Perilluſtrem Do-*

Ibid. p. 29.

Digitized by Google

minationem tuam oratam volui, ut, cum decretum istud ad te quoque pervenerit, inquiri diligenter facias de arcibus dirutis & desertis, quarum magnus numerus est in Regno-Hradecensi provincia. Et quanquam vix aliqua documenta ibi reperientur, faciat tamen tua prudentia, ut convocentur maxime grandævi homines illorum locorum, habent illi nonnunquam insignes traditiones, quæ ab ipsorum atavis ad illos pervenerunt. Ego pro tua Illustri Dominatione quotidie Deum oro.

Hactenus epistola Hayecii, quæ notis Chronologicis destituta est, at verosimillime anno 1533. seu 1534. scripta, cum hoc tempore Hayecius Chronica sua compilare cœperit. Qua jam intellecta quis amplius miretur tantam rerum segetem ei obtigisse, ut nullis unquam Scriptoribus cognita proferret. Earum autem maximam partem traditionibus nixam vix dubium.

(*b*) Hujus arcis nulla exstat memoria, nisi Strzizow dicamus, quorum alterum in Bechinensi, alterum in Czaslaviensi regione est.

PRÆTERMISSA.

Eginhard. ad h.a. & in Caroli M. vita. In Bibliorh. Gœrting.

Annus XV. belli Saxonici, quo ingentem conjurationem adversus Carolum M. in Germania ortam memorat Eginhardus, authoresque honore, fortunis, & visu privatos. Eodem anno mortuum Widichindum VII. Idus Januarii tradit Joannes de Essendia in historia belli a Carolo M. gesti, sepultumque esse in Choro Canonicorum Regularium in villa Angaria, quod tum maxime præcipuum castrum erat totius Westphaliæ. E quo loco probat Commentator in Joannem de Essendia eum verum & geminum esse annum mortis, secus quam recentiores fere omnes doctissimi quique viri senserint, & ipsum monimentum Widichindi a Carolo IV. excitatum statuat. At vero Carolus IV. Imperator & Bohemiæ Rex, ut refert Fürstenbergius & Meibomius, cum anno 1377. Bilefeldam venisset, & in vico vicino Angaria Witikindi sepulchrum supereste comperisset, ejus visendi gratia eo divertit, cumque tumbam vetustate deformatam reperisset, rei indignitate motus, renovari, marmoreamque apponi jussit, ad pedes leone aureo cum cauda bifurcata, quæ arma sunt Regni Bohemiæ, addito. Ita fere Fürstenbergius & Meibomius. Istud quidem monumentum cum ad Regis patriæque nostræ gloriam spectet hic a calcogra-

Fürstenberg. in monumentis Paderborn. Meiborn. in notis ad Chron. Schaeuburg.

Digitized by Google

grapho exſculptum reddimus, quale in vico Engeern in Weſtphalia hodie ſpectatur; ſimile forma & architectura illis eſt, quorum adhuc aliqua a Carolo IV. in Bohemia, & cumprimis in Eccleſiis Pragenſibus ſpectamus.

ANNUS 787.

Tertius jam annus effluxerat, quod Mnata Princeps in ſeceſſu Oſtromeczenſis caſtri poſtpoſita reipublicæ cura deliteſceret. Ea occaſione veluti ſibi a fortuna in manus data Krzeſomil Borzislai Wrſſovecii filius (cui Princeps Oſtromeczium abiturus Wiſſehradenſis caſtri præfecturam mandarat, quique omnia occupandi Principatus, momenta dudum circumſpiciebat) utendum ratus, evocatis Principis nomine in arcem optimatibus, Mnatæ ſocordiam, neglectumque communis boni, quam poteſt diſertiſſime ob oculos ponit, oſtenditque, ut alii diuturnam Principis abſentiam juſtiſſimis querelis accuſarent, dictionem juris, cauſarumque cognitionem deſiderarent alii, univerſi reipublicæ negligentiam indignasque latebras damnarent. Hortatur denique, ut quandoquidem Mnata imbecillitatis ſuæ ineptique ad imperandum animi conſcius in Oſtromeczio mavelit otio diffluere, quam pro officii ſui munere jus atque æquum adminiſtrare; ſat manifeſta ſuppetere argumenta ei nec Wiſſehradenſem principatum cordi eſſe, neque in eo retinendo magna eum momenta ponere. Alium itaque crearent Principem, quem ſi ſe feciſſent, tum vero & ipſos multo beatiores, & longe feliciorem, quam nunc ſit, rem-

Krzeſomyl Wrſſovecius Principi inſidias ſtruit.

Digitized by Google

rempublicam fore. Perculsi tam atroci sermone optimates tum quidem prorogari sibi tempus, eumque diem ad deliberandum concedi postulabant, redituros Wissehradum, cum primum illuxisset. Ceterum sacramenti memores submittunt continuo integerrimos ex suo numero, qui Principem de Wrssovecii insidiis doceant, moneantque, ni prima luce insidiatorem occupare maturaverit, perditas sine dubio res fore. Nihil tam acuit animos mortalium, quam amittendarum rerum timor, quam perfidia ingratorum. Territus ergo, ut par erat, Princeps prehensó illico itinere Wissehradum subit, atque per centurionum fidissimos nihil minus cogitanti homini catenas injici jubet, (a) moxque loco hoc ut moreretur, sibique ipse esset carnifex statuit. Perfidus nec Principis oculos ferens, nec veniam sceleris sperans adacto manu sua in latus mucrone exanimis ante pedes corruit. (b) Sublato e conspectu cadavere rogavere Mnatam proceres: in paternis & avitis ut sedibus morari rursum occipiat, præsentiam Principis desiderari, id utilitatem reipublicæ, id tot arduas causarum conflictationes exposcere; quodsi faceret, neminem obsequentiorem habiturum populo Czechico. Et vero Mnata ultro cessit æquæ postulationi, benigneque procerum votis subscribens, Wissehradum porro sempiternum sibi fore domicilium fidejussit.

Krzesomili tristis exitus.

AN-

ANNUS JESU CHRISTI 787.

HADRIANI PAPÆ 16. CONSTANT. IMP. 12. IRENES 8.

MNATÆ 5.

(a) Acrem & invectivam orationem Mnatæ in Wrſſovecium hoc loco refert Dubravius. Balbinus hoc Krzeſomili ſupplicio concepta aliunde odia in Wiſſehradenſes Principes magis magisque in gente Wrſſoveçia exarſiſſe, & demum poſterius in flammas nulla virtute exſtinguendas erupiſſe exiſtimat. At jam ante innuimus nimis mature hæc odia a recentioribus fuiſſe præoccupata, de quibus ante Hayecium & Dubravium nemo vetuſtiorum mentionem fecit. *Dubrav. hiſt. Boh. l. 2. Balb. Dec. 1. l. 7. c. 6.*

(b) Dubravius & Paprocius ajunt Wrſſovecio optionem datam, vel ſe ipſum gladio jugulet, vel id ab alio exſpectet. Non rara ejusmodi apud nos leguntur ſupplicia; quæ nobiles de ſe ipſis ſummere cogebantur, quod in lictorum, carnificumque manus incidere nobili universæ dedecoroſum videretur. Itaque de rupe, de pontibus præcipitare, ſibi ipſis laqueos nectere, pugiones pectore demergere digebantur. Memorant quique poſterioribus temporibus inventa peculiarem ſupplicii machinam *ferream virginem* appellatam, quæ nobiles ulnis complectens præfocabat, eamque in atrio ſic paſſim *Albæ turris* ſtetiſſe. *Dubrav. loco cit. Paproc. in Diad. c. 13.*

PRÆTERMISSA.

nnus XVI. belli Saxonici: quo eodem anno Thaſſilo Dux Bojoariæ omni parte a Caroli exercitu petitus, ducatum, quem a patre Pipino quondam acceperat, victori filio Carolo tradidit cum baculo regiminis ei prius attributi ſymbolo, in cujus capite ſimilitudo hominis erat. Et effectus eſt Vaſſus ejus, inquiunt Annales Nazariani. Chronicon Fontanellenſe coævi inquit: *Sine bello ac ulla exercitus ſui moleſtia tradidit fortis præliator Deus regem Bajuariæ in manus invictiſſimi Regis Caroli.* *Annal. Nazariani ad h. a. Apud Lucam d'Achery T. II p. 178. Nov. edit.*

AN-

Digitized by Google

ANNUS 788.

Mnata doctus ſuperiore periculo, quam non tuto vicaria cuique poteſtas permittatur, quamque momento pene temporis firmatum longo die in domo ſua Principatum, unius hominis perfidia rapuiſſet, ad demerendos deinceps optimates, quorum fide præſentiſſimum diſcrimen evaſerat, conciliandamque tum ſibi, tum filio Wogeno populi gratiam, animum inclinavit. In eum finem & quo præſentior ipſe virorum commodis ſerviret, lapideam uxori domum in Suillo monte, ſeu ut nunc vocamus Hradczan, (a) eo prorſus loco, quo ligneæ quondam Libuſſæ aviæ ſuæ ædes ſtabant, (b) a fundamentis magnifice erigi, atque in eo quaſi prætorio uxorem ſuam cum decem virginibus tribunalis iſtius adminiſtris jus feminis dicere juſſit, (c) ſervato ſibi ſolum jure in viros de cauſis illorum ſtatuendi. Sed fefellit Principem conſilii ſui ratio, mirumque, quam ſtudia optimatum ſciderit, vociferantibus multis: „Id unum defuiſſe, ut Bohemiæ Principatus rurſum „ muliebri impotentiæ in manus daretur, quem Wlaſta multis certe partibus Strzezislava illuſtrior ſeptenni bello a „ viris impetrare non potuiſſet. Vix durum Libuſſæ feminеumque imperium patres depoſuiſſe, fumare adhuc per „ Bohemiam muliebris incendii reliquias, & nihilo magis, „ quam ſi Wlaſta victrix potiretur rerum, prætoria, tribunaliaque mulieribus erigi, femineæque tyrannidi ſupra vi-

Arx lapidea in Hradczan.

„ ro-

Digitized by Google

„ rorum capita trophæa ſtatui. „ Alii rem mitius interpretabantur, dicebantque: „ Serviendum hic voluntati „ Principis, vel maxime, quod neque ea res ad viros quic„ quam attineret, neque diuturnitatem ullam habitura eſſet, „ quodque vel arbitratu ſuo nullo negotio hæc feminea tribu„ nalia diſturbari poſſent. „ Ita conſilium Principis aliquamdiu incertum manſit.

ANNUS JESU CHRISTI 788.

HADRIANI PAPÆ 17. CONSTANT. IMP. 13. IRENES 9.

MNATÆ 6.

(a) Hradczanum jam a Carolo IV. in muros urbis Pragenſis receptum pridem urbis nomen ſuſtinuit. Wladislaus Bohemiæ Rex anno 1512. id peculiari duarum annuarum nundinarum jure aliisque gratiis nobilitavit, Rudolphus vero II. in regiarum civitatum numerum adſcripſit. Noviſſime denique Auguſtiſſima Imperatrix & Regina noſtra anno 1746. ob innumera ſua merita quartam urbium Pragenarum clementiſſimo ſuper id dato diplomate conſtituit, & nominari præcepit, ſimul ei omnes prærogativas & privilegia cum ipſo jure voti & ſeſſionis in Comitiis Regni, & Commiſſione Regia vulgo Landes-Ausſchuß appellata, quibus aliæ tres urbes fruuntur, gratioſiſſime concedendo. Ita diplomata Mſſ. vidimata mihi ab ampliſſimo hujus urbis Magiſtratu benevole communicata.

(b) Hæc ipſa, inquit noſter P. Victorinus, ædificata a Mnata arcis eſt area, quam hodie juxta ſacris profanisque ædibus ad ſummum ornatam conſpicimus, eadem ab omni retro antiquitate Chriſtiana caſtrum S. Wenceslai Bohemis vocatur, quod in ejus majore Baſilica, quæ Metropolitana eſt, ſanctiſſimus iſte Princeps mortalibus ſuis exuviis vetere Boleslavia huc translatis quieſcat. Arx vero ipſa poſterius a Carolo IV. magnificentius ad exemplum domus Regum Franciæ, denique a Rege Wladislao ad eum ſplendorem, quem nuper adhuc

Digitized by Google

conſpeximus, perducta eſt; dum denique his annis auſpiciis & ſumtibus Auguſtiſſimæ Imperatricis ac Reginæ noſtræ una cum adjecto, liberaliterque dotato Regio nobilitatis Gynecæo in longe ſuperiorem magnificentiam, fabricam procurante Excellentiſſimo Comite Franciſco Pachta, provehitur.

Balb. Dec. 1, l. 7, c. 6.

(c) Balbinus ſcribit id ſibi videri incredibile, quod Hayecius hoc loco refert, propter Amazonum recentem memoriam, & ſumantia adhuc ab illis buſta; ſed exiſtimo omnem Amazonum hiſtoriam ei minus credibilem videri debuiſſe, niſi quandoque ipſe traditionibus plus æquo tribuiſſet.

PRÆTERMISSA.

Eginhard. ad h. a.

In Thaſſilonem Ducem Bojoariæ læſæ majeſtatis reum capitalis proclamatur ſententia, quem tamen Carolus M. miſeratione motus in monaſterium una cum filio Theodone attinendum retruſit. Hunni dein (quibus ſocios fuiſſe Moravos plerique ſcribunt) quemadmodum Thaſſiloni promiſerant duobus exercitibus comparatis, altero Marchiam Foro-Julienſem, altero Bojoariam aggreſſi ſunt, utrobique cæſi, cladem vindicaturi majoribus copiis Bajoariam petierunt; ſed in primo congreſſu a Bojoariis jam pro Carolo dimicantibus pulſi, innumeraque multitudo cæſa, multi etiam ex eis, qui per fugam evadere conati, Danubium tranare voluerunt, gurgitibus fluminis abſorpti ſunt. Ita fere Eginhardus. E cujus ultimis verbis liquet Hunnorum eorum non paucos fuiſſe transdanubianos, cum fuga per Danubium in propria ſalutem quæſierint; ut ii aberraſſe non videantur, qui Moravos, harum partium incolas, hujus belli complices aſſeruerunt.

Annal. Laurisheim. ad h. a.

ANNUS 789.

Aurea virga reperta.

Homo quidam obſcuri nominis, & quo nihil egentius repertam forte fortuna in monte (a) Krzeſna auream digitali craſſitudine virgam ab imo leni gracilitate ad ſummum definentem, avulſamque a ceteris venis

ad

Digitized by Google

ad Principem tulit. Collata cum principis corpore, mentum altitudine æquavit, cetera egregie proceri, ut tum plerumque Bohemorum erant eximie porrecta in altum corpora, Principis humeros ſuperavit. Nec donum aſpernatus, & ut erat Princeps liberalis ac munificus, paratus vel cum fortuna ipſa muneribus certare, omni eo monte hominem donavit, libertate data, ſeu illum perfodere, ſeu gregibus depaſci mallet. Gratiis peractis Principi, fodere ſine dubio ſatius eſt viſum homini inopi, jamque in montem pervenerat ſpe aurea, at quoniam locum, ubi virgam carpſerat, propter feſtinam cupiditatem ſignare neglexit, nuſpiam indicium abruptæ venæ reperire potuit. Altero die plurium comitatu montem repetit, ſed omnem quærentium diligentiam vena fruſtrata eſt.

ANNUS JESU CHRISTI 789.

HADRIANI PAPÆ 18. CONSTANT. IMP. 14. IRENES 10.

MNATÆ 7.

(a) Mons is in regione Prachinenſi eſt proximus civitati Winterberg, ei ſeu nomen dedit ad ejus pedem poſitus vicus Krzeſſane, ſeu is vico.

PRÆTERMISSA.

Hoc anno Eginhardus bellum Caroli M. contra Wilzos, ſeu Weletabos refert, quorum vaſtata terra Wilzam ceterosque earum regionum regulos in deditionem accepit, fidemque pollicentibus provinciam in beneficium dedit. Wiltzos hos eundem populum fuiſſe cum Luiticiis ſeu Lenticis multis probat Abbas Gotvicenſis, atque cum variorum authorum ſententias de eorum ſitu protuliſſet, dein eruditiſ- *Chron. Gotvic. l. 4. vocab. Luiticia.*

Eginhard. ad h. a.

Digitized by Google

sime hos limites huic genti statuit: scilicet versus orientem utramque Oderæ ripam usque ad ejus ostia, versus meridiem Hevellos usque ad fluvium Fuhram ejusque conjunctionem cum Odera inclusa hodierna Ucro-Marchia, versus occidentem ad Morim vel Muriz seu usque ad fluvium Nabaliam (Nebel) & Vaharnam; versus septentrionem usque ad oceanum, itaque integram hodiernam Pomeraniam anteriorem ad sinistrum latus Oderæ, una cum Ucro-Marchia, dynastia Stargardensi, parte principatus Gustrovienſis, & dynastia Rostokiensi ad dexteram Vaharnæ inter regiones Wilzorum censita fuisse. Quæ ideo hic proferimus, ut jam appareat Boemiam a Francis tum a meridie, tum occidente, tum septentrione pene cinctam, eamque quasi mediam inter terras suas nonnisi limis oculis Franci ferre potuerint. Goldastus adductis multis recentiorum testimoniis, & ex eo Balbinus bellum hoc Caroli contra Bohemos gestum affirmant, nec dubitat Sarnicius hos ipsos Wilzos Bohemos facere, imo Balbinus in Epitome ait Neklanum (quem jam anno hoc Bohemiæ imperitantem facit) Srbiam hoc ipso anno contra Carolum tuitum fuisse, Neklano belliducem alterum fuisse Lechum seu Leschum Suaternæ patrem Widichindique socerum, quin potius Ducem aliquem Bohemiæ hactenus nobis incognitum, alterum Mildruchum, quorum uterque hoc bello ceciderit. Manlius plane Neklanum a Carolo M. feudum accepisse scribit. At pugnant universa hæc contra vetustissimos, coævosque Scriptores, Eginhardum, Annales Nazarianos, Pithœanos, & Francofuldenses, qui bellum hoc contra Wilzos, quos longius a Boemia remotos mox supra ostendimus, nulla Slavorum Boemiæ facta commemoratione susceptum scribunt. Neque enim vero Duci nostro, quisquis demum is fuit, Srbos contra Carolum tueri opus erat, quandoquidem Annales Francofuldenses & Joannes de Essendia hoc ipso bello Srbos Caroli socios faciunt. Nec ipsos Slavos Boemiæ inimicos adhuc propalam fuisse Carolo hoc anno vel ex Eginhardo liquet, cum, ut is refert, anno abhinc altero ingentem exercitum per Bohemiam, nihil adversante gente nostra, contra Hunnos deduxerit. Quod porro Balbinus de Lecho ductore exercitus Bohemici refert, id demum ad annum 805. pertinet, quo copiosas hujus Lechi memorias ex coævis videbimus.

Goldast. de regn. Boh. l. 2. c. 2. Balb. Dec. 1. l. 3. c. 21. §. 2. Sarnic. Annal. Polon. l. 4. c. 23. Balb. Epit. l. 1. c. 10.

Manlius l. 1. p. 43.

Annal. Francofuld. ad h. a. Joannes de Essend. in Bibl. Gass. ad h. a.

AN-

Digitized by Google

ANNUS 790.

Rursum hoc anno deserta agrorum cultura in effodiendum metallum, proluendumque aurum certatim discessum est, nulla magis quam meridionalis plaga auri insatiabilia corda traxit. Erat isthac plaga humilis vicus Sufficze (a) tam dives auri fabulosi, ut non solertissimo saburræ discriminatori decem, imo duodecim (b) florenorum glaream licuerit diei spatio coacervare. Ad famam tam felicis pagi totque hic divitiis auctorum hominum cum ingens concursus fieret, celeriter factum est, ut is vicus muris cingeretur, inque egregiam urbem exsurgeret, cui vetus suum nomen Sufficium relictum. (c) Per eosdem dies Przemyslus Poloniæ Dux, alias etiam Lesko dictus sine herede decessit. Ei indictis Poloni comitiis Leskonem II. obscura natum domo, ceterum ingentis versutique animi juvenem suffecerunt. Sunt, qui scribant: Polonos, propterea quod magnus candidatorum esset numerus, Circense certamen instituisse proposito certo cursus stadio, eique principatum destinasse, qui celeritate equitandi competitores reliquos vicisset. Ibi Leskonem II. stratagemate usum toto circo, excepto illo calle, quo equitare ipse constituit, sparsisse nocte ferreos murices, (d) probeque terra contexisse. Ea demum arte primum omnium metam cum principatu tenuisse. Quæ narratio non perinde mihi probatur; nec enim Poloniæ Palatinos aut Comites tantæ incogitantiæ condem-

Sufficze olim vicus.

Nunc civitas.

Przemysl in Polon. Principatu Lesko II surrogatur.

Digitized by Google

naverim, ut principatum ſuum pretio curſus venum quaſi propoſuiſſe exiſtimem, petulantiamque juvenis tanto munere præmiatam. (c) Alia procul dubio fuere facinora, aut merita, quæ Leskonem ad hanc dignitatem evexere.

ANNUS JESU CHRISTI 790.

HADRIANI PAPÆ 19. CONSTANTINI IMP. 15. MNATÆ 8.

Stranſky Reipubl. Boh. c. 2.

(a) Sufficze nomen accepiſſe Slavicum noſtri affirmant ab recepto aureæ illius ſaburræ ad ſolem ficcandæ more, *ſuſſyti* enim hodie patria lingua *ficcare* ſignificat.

Villan. l. 6. c. 54. Ricordan. c. 152.

(b) Florenorum nomen longe recentius, ut oſtendit Joannes Villaneus & Ricordanus Malaſpinus. Nam id monetæ aureæ primum genus Florentiæ excudi cœpit anno 1252. titulo 24. ceratiorum, quorum octo unciam conficiebant; in una horum parte inſculptus fuit flos lilii, unde monetæ nomen inditum; in altera effictus S. Joannes Baptiſta, uti hodieque in aureis vulgo dictis Florentinis videre eſt. Hinc fere monetis aureis ceteris *floreni* indita appellatio, poſterius etiam ad monetam argenteam cumprimis in germania detorta. At vetuſtis Czechiæ temporibus non niſi *ſolidi*, *denarii* & *numi* nomina eſt invenire. In jure municipali Magdeburgico dicuntur 12. ſolidi æquaſſe marcam Sclavonicam, 100 denarios veroſimillime appendiſſe marcam alibi oſtendemus. Ducentos vero numos marcæ pares fuiſſe pondere docuit nos Coſmas.

Wichbild. Magdeb. art. 44. §. 3.

Coſmas ad ann. 1040.

Stranſky Reipubl. Boh. c. 2.

(c) Stranskius ait: jam Mnatam Principem hanc ſurgentem metallicam urbem libertate cum aliis pari gaudere voluiſſe. Noſter vero P. Victorinus hoc loco proſequitur: Sufficium nunc regia civitas in regione Prachinenſi, Praga quinum denum milliarium intervallo remota; clara inprimis fuit nobili Auguſtinianorum Eremo ſeu Cœnobio, quod a Joanne Rege, vel ut alii malunt, ab Eliſabetha Regina conditum, Imperator poſtea Carolus IV. novis cenſibus locupletavit: ſed hoc poſtea temporum injuriis, deſiit. Mirificus hic præterea, inquit, eru-

Digitized by Google

erupit fons Wodolanka, qui præter virtutem præsentissimam, qua multiplices fugat morbos, id singulare habet, quod in communi fontium siccitate aquis jugibus scateat. Inde agrestes haustam aquam iis aridis temporibus in arentes suos puteos infundunt, certam eo pacto sitientibus arvis pluviam cœlo provocaturi, neque spe sua falli dicuntur.

(*d*) Murices ferrei sunt stimuli formæ quadrangulæ seu tetragonæ, qui tempore belli contra equitatum sparsi in quodcunque latus incubuerint, unum vel plures infestos semper aculeos protendunt. Hujusœmodi murices priscis fuisse cognitos scripto reliquit Valerius Maximus: suadentibus quibusdam, inquit, circa mœnia urbis, quam obsiderent, ferreos murices spargeret, ne subita eruptione hostes impetum in præsidia nostra facere possent &c. Inde sunt muricati gressus inquit noster P. Victorinus. *Vegetius l. 3.*

(*e*) Sarnicius, qui non uno loco testatur se Hayecium legisse, hanc ejus animadversione procul dubio perculsus, historiam Lesci II. prolaturus, præmunit illam aliarum gentium exemplis, & cumprimis Persarum, ubi cum Cyri Regis stirps defecisset, inter septem satrapas pactum fuisse, ut cujus equus primum hinniret, is Rex esset. Neque alio merito Dario regnum obvenisse. Scilicet ut lectori persuadeat: rem non tam levem ac incredibilem esse, atque eam Hayecius depinxerat. Ceterum historiam hanc strophamque Lesci II. multo intricatiorem jam refert Kadlubecius, atque ex eo vetusti quique sæculi XIV. Scriptores apud Sommerbergium; sed longe alia Chronologia; nam eam ante ipsum Julium Cæsarem statuunt, ut plane liqueat, qua fide hæc narratio sit accipienda. *Sarnic. Annal. Polon. l. 5. c. 1.* *Kadlubec. l. 1. epist. 12. & 13.*

PRÆTERMISSA.

Iisdem pariter temporibus, inquit noster P. Victorinus, urbem Wodniany credibile est, fuisse conditam, dicique latine Aquilegiam posse, quod incolæ aqua cœlesti, impluvio, aut fontibus excepta ut plurimum utantur. Verosimillimum item est, iisdem pene temporibus Prachaticium urbem Bavariæ finitimam, suæque regionis caput surrexisse, eamque nomenclationem a carie aut pulvere (Prachniwiti enim carie corrumpi, & Prach pulvis est nostræ genti) interprete Paulo Stransky accepisse. Hæc noster P. Victorinus, sed quo argumento, aut fonte ur-

Digitized by Google

urbium istarum initia in hæc tempora rejecerit nec indicavit uspiam, nec alicunde exploratum mihi est. Urbis Prachen seu Prachno memorias primas legere est in coævo vitæ S. Guntheri, sæculique undecimi Scriptore. Wodniani nonnisi multo posteriora indicia hactenus in manus meas pertigere.

Certiora sunt, quæ nobis hoc anno produnt rerum Francicarum coævi Scriptores, scilicet semen jactum esse bello Hunnico, quod octo continuis annis Carolum M. distinuit. Erant eo tempore fines Hunnorum, ut Hieronymus Pez ostendit, Anisus fluvius, qui eos a Bajoaria sejunxit. Carolus cum erepta Thassiloni Bajoaria abhinc annos duos fines & marcas Bojoariæ dispositisset, questi sunt Hunni finibus suis vim illatam, terrisque suis abstracta quæpiam. Hoc igitur anno legatio Hunnorum missa ad Carolum, vicissim a Carolo missa ad Hunnorum Principes tum Pannoniam Austriamque hodiernam incolentes, quæ de discriminandis gentis utriusque confiniis tractaret. Atque hæc contentio & altercatio belli, inquit Eginhardus, quod postea cum Hunnis gestum est, seminarium & origo fuit. Quare erravere illi, qui Carolo M. præter Christianæ religionis latius proferendæ studium aliam belli gerendi causam nullam fuisse arbitrati sunt. An aliam tamen belli Bohemiæ Slavis paulo post compressos Hunnos illati habuerit, suo loco videbimus.

Hieron. Pez T. I. dissert. II.

Regino ad h. a. Monachus Egoli, mens. p. 54.

Eginhard. ad h. a.

Otrococsius in orig. Hung. c. 4.

ANNUS 791.

Pragæ turbæ ob ædium structuras.

Anno septingentesimo primo & nonagesimo Pragensium res sic se habuere: evocabat undique magnis immunitatibus Princeps in minorem Pragam cives, liberumque erat, quo loco quis vellet ædificia fundare. Hæc ædificandi libertas & confusio nihil mirum, si ingentes mox turbas excitavit; jamque res ad apertam vim seditionemque spectabat, ni Princeps in tempore adfuisset, dirutisque seditiosorum quorundam ædibus plateas describi, definiri certa singulis spatia modumque jussisset, eo cumprimis inten-

Digitized by Google

tendens animum, ut plateæ justum ordinem acciperent, in orbemque positæ spatium ingenti foro relinquerent. Rerum autem istarum ut æviterna perduraret memoria, singula diligenter libris consignari jussit. (a) Quin & quo pacatior reipublicæ status esset, placuit Chworum insignem prudentia virum, nec minus apud Principem, quam apud populum gratiosum, urbi præficere, facta ei potestate condendarum ad superiores portas ædium, (b) in quibus populo jus diceret. Cujus viri æquitas tantum summis infimisque probata est, ut eum communis patris in loco haberent.

Chwor primus judex urbanus.

ANNUS JESU CHRISTI 791.

HADRIANI PAPÆ 20. CONSTANT. IMPER. 16.

MNATÆ 9.

(a) Hinc nostri originem urbanæ præfecturæ repetunt, Chworumque primum omnium urbanum prætorem, seu judicem municipalem statuunt, imo juris municipalis initia ab hac ipsa Mnatæ urbis descriptione desumenda esse.

(b) Ea prætoria domus, inquit noster P. Victorinus, hoc ipso loco stetisse asseveratur, quem nunc occupat templum Clericorum Regularium Theatinorum seu Cajetanorum, illa vero porta superior, nostris Branka Czerna omnibus quondam noctu atque interdiu pervia, anno tandem 1711. quod prospectui plateæ Strahoviensis vulgo Spornerhassen officeret, eversa est.

PRÆTERMISSA.

Hoc anno erupit Caroli bellum Hunnicum, in quo cum vetustissimæ contineantur gentis nostræ memoriæ, & primæ quidem inter scriptores Francicos, eas ex Eginhardo maxime idoneo, coævoque scriptore totidem verbis hic apponere libuit; *Transacto vere circa æstatis ini-*

Eginhardus ad h. a.

initium Rex de Wormatia movens Bajoariam profectus est ea meditatione, ut Hunnis factorum suorum vicem redderet, & eis, quamprimum posset, bellum inferret. Comparatis igitur ad hoc ex omni regno suo quam validissimis copiis, & commeatibus, bipartito exercitu iter agere cœpit. Cujus partem Thedorico Comiti & Meginfredo cubiculario suo committens, eos per Aquilonarem Danubii ripam iter agere jussit. Ipse cum parte, quam secum retinuit, Australem ejus fluminis ripam, Pannoniam petiturus occupavit, Bajoariis cum commeatibus exercitus, qui navibus devehebantur, per Danubium secunda aqua descendere jussis. Ac sic inchoato itinere prima castra super Anesum (is fluvius hodie Ens est in superiore Austria) *posita sunt. Nam is fluvius inter Bajoariam atque Hunnorum terminos medius currens certus duorum regnorum limes habebatur. Ibi supplicatio per triduum facta, ut id bellum prosperos ac felices haberet eventus. Tum demum castra mota, & bellum genti Hunnorum a Francis indictum est. Pulsis igitur Hunnorum præsidiis, ac destructis munitionibus, quarum una super Cambum fluvium,* (vulgo der Kamm, qui infra Crembsium Austriæ ulterioris urbem in Danubium se exonerat) *altera juxta Comagenos* (Langenleber hodiernus Austriæ vicus, ut Lambecio placet, sive Holemburg ut vult Lazius, sive Zeiselmauer ut Jordanus, sive denique Kaumberg civitas intra Cetium montem in inferiore Austria, ut mavult Cuspinianus) *civitatem in montem Cumcberg vallo firmissimo erat exstructa ferro & igne cuncta vastantur. Cumque rex cum eo, quem ducebat exercitu usque ad Arrabonis* (Rab) *fluenta venisset, transmisso eodem fluvio per ripam ejus usque ad locum, quo is Danubio miscetur, accessit, ibique stativis per aliquot dies habitis, per Bajoariam reverti statuit. Alias vero copias, quibus Thedericum & Meginfredum præfecerat, per Bohemannos, via, qua venerunt, reverti præcepit. Sic peragrata ac devastata magna parte Pannoniæ cum incolumi exercitu Francorum in Bajoariam se recepit. Saxones autem & Frisones cum Thederico & Meginfredo per Bohemannos, ut jussum erat, domum regressi sunt. Facta autem est hæc expeditio sine omni rerum incommodo - - - Ipse autem cum dimissis copiis Reginum, quæ nunc Reganesburg vocatur, venisset, & in ea hiematurus consedisset, ibi natalem Domini celebravit.* Hactenus Eginhardus. Et quanquam pugnæ cum Hunnis commissæ non meminerit, tamen ingens prælium ad X. Kal. Decembris cum victoria Caroli contigisse discimus ex ipsius Caroli M. epistola hoc anno ad conjugem suam Fastradam data, quam integram profert Hieronymus Pez ex Chronico Moissiacensi. Pagius præterea memorat Theodulfum Abbatem Floriacensem & Episcopum Aurelianensem anno 796. Carolo prolixum carmen dedicasse, in quo victoriam adversus Hunnos, &

Apud Hier. Pez T. I. script. rer. Austr. dissert. 3. Chron. Moissiac. ad

eo-

Digitized by Google

eorundem Hunnorum conversionem ad Christum gratulatus est, cujus etiam fragmentum profert. Jam quanquam perpaucæ Bohemannorum in hac Eginhardi narratione sint memoriæ, multa tamen ex illa discimus hactenus a nemine nostrorum diligentius observata. Et *primo* quidem ipsum Danubium eo tempore fuisse limitem Bohemiæ, (si ea excipias, quæ a Rhegini fluminis fontibus usque ad ejusdem ostia quasi circulo inclusa erant, quæque jam tum ad Bajoariam spectabant) cum Eginhardus Aquilonarem ripam Danubii jam Bohemanorum terras vocet. *Secundo:* Bohemiæ ex orientali plaga confines fuisse Hunnos, limitemque verosimillime fuisse fluvium Kamp, cum super eo primam Hunnorum munitionem destructam memoret Eginhardus. *Tertio:* Hoc anno Gentem nostram adhuc amice usam Carolo, cum illa passa sit eum cum exercitu terras suas transire in Pannoniam & redire *sine ullo incommodo.* An vero quod Stranskius & Pessina ait: etiam eunti & redeunti Caroli exercitui de commeatu diligenter a Duce nostro prospectum sit, silent veteres. Eginhardus certe commeatum secundo flumine Danubio ex Bajoaria descendisse affirmat. *Quarto denique* evertitur omne id, quod Pessina & ex eo Stredovskius, tum denique Belius adstruunt, Caroli exercitum etiam per Moraviam profectum, itet ei a Samoslao tum Moraviæ Rege disputatum, quare universam vastatam Moraviam a Francis, Welehradium obsidione cinctum, expugnatum, cum pulsos Moravos ad falsorum suorum Deorum, superstitionumque ejurationem, Religionisque Christianæ professionem. Nam si non modo Eginhardus, sed & omnes reliqui vetustissimi Francorum Annales legantur, ex iis liquet bellum hoc solos Hunnos spectasse, nec certe Bohemi has Moravis intentatas injurias æquo intuiti fuissent oculo, indemnemque exercitum per terras suas redire sustinuissent. Tum ex iisdem liquet Meginfredi & Thederici exercitum mutua cum Caroli exercitu concertatione, viriumque, si casus ferret, uniendarum obtutu perpetuo ex altera ripa Aquilonari Danubii descendisse, ac jam apud Kamp fluvium in terras Hunnorum pertigisse, inde æquo itinere cum Carolo usque ad Moravæ aut summum Wagi ostia penetrasse, quibus locis tum Hunni confederant; ut igitur Moravi verosimillime hac parte non ultra Teyam fluvium ditiones adhuc suas porrectas habuerint. Quare narrationem eam Pessinæ jam refutavit Jordanus, vitiosumque exercitus Caroli circuitum futurum fuisse ait in Moraviam, & deflexionem usque Welehradium, imo historiam tam Carolo gloriosam, præsertim de Moravorum conversione nunquam Scriptores Francicos præterituros fuisse.

b.a. Pegius Critic. Bar. ad b.a. Idem ad Ann. 796. Num. 19.

Stransky Reipubl. Boh. c. 3. §. 3. Pessin. Mart. Morav. l. 2. c. 4. Pessin. cit. loco. Stredovsky sacra Morbist. l. 1. c. 9. Belius Notit. Nov. Hungar. Tom. I. Part. spec sect. 1. c. 2. §. 6.

Jord. Orig. Slav. c. 28. §. 33.

Digitized by Google

ANNUS 792.

Chwor Præfectus Minoris Pragæ demolitis passim ligneis tuguriis sepibusque, egregias opere lapideo domos, murosque in altum erigi, nequicquam obstrepentibus nonnullis, quin & plateas multo prioribus ordinatiores, ad præscriptum Principis duci jussit. Mnata, quieti publicæ consulturus, cum nonnullos civium animo efferatos intelligeret, magnificas sibi ædes, quo proximior, mediusque inter suos habitaret, in foro statuit. Procedente tempore ex illa Principis domo Curia (a) prodiit, quæ hodieque, sed multum immutata facie, durat. Idem annus quam atroci hieme in Bohemiam desævierit, ducumento fuit circa Pragam glacies (b) quatuor & semis majores palmos seu spithamas alta, & multa non modo pecorum & hominum, sed & piscium frigore enectorum lues.

Curia ex domo Principis.

Aspera hiems.

ANNUS JESU CHRISTI 792.

HADRIANI PAPÆ 21. CONSTANT. IMP. 17. MNATÆ 10.

(a) Nuspiam alibi exstat memoria sedem Principum nostrorum aliquando in ipsa urbe Micro-Pragæ fuisse. Constat apud omnes de Palatio in monte Suillo, in Wissegrad, & de Læta Curia in urbe veteri, de hac, si Hayecium excipias, neminem alterum Scriptorem reperias.

(b) Hujus tam asperæ hiemis etiam Annales quique Francici mentionem ingerunt.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆTERMISSA.

Remotis anno ſuperiore Hunnis ex cis & transdanubiana ripa usque ad fluvium Arabonem iſthic, ibi usque ad Moravam, ſeu Waag flumen, reduce Caroli exercitu non incredibile Moravos eas transdanubianas terras ſeu in beneficium a Carolo M. accepiſſe, ſeu tanquam deſertas ſibique finitimas proprio auſu occupaſſe; poſterioribus enim temporibus jam usque ad Danubium protenſi leguntur. De cisdanubianis certe terris tum a Carolo magnam partem Epiſcopo Paſavienſi donatis conſtat ex diplomatibus ab Aventino & Pezio allatis. Nec veroſimile Carolum Aquilonarem partem Danubii, deſtructis iſthic Hunnorum munimentis, ut ſuperiore anno vidimus, ſuis præſidiis tuitum. Nec fortaſſis etiam obſtat, quod Chronicon Egoliſmenſe hoc anno adſtruat: factum a Carolo *pontem ſuper navigia flumina tranſeuntem, anchoris & funibus ita cohærentem, ut jungi & diſſolvi poſſit.* Nam pons is navalis, ut etiam ſenſit A. R. P. Pray potius ad transmittendum Arabonem, Litaham, aliosque fluvios in omnem eventum præparatus eſt, quam ut utramque ripam Danubii junctam, terrasque marte quæſitas ſeptentrionales tutas redderet. At nimis matura ſunt, quæ Goldaſtus jam ad hunc annum adſtruit: Carolum M. Moraviam & Pannoniam Arnoni Archi-Epiſcopo Salisburgenſi cum Metropolitica dignitate ſubjeciſſe. Præterquam enim quod Salisburgum hoc anno necdum in Metropolim elevatum conſtet, quid juris in paganos Moravos exercuiſſet, non liquet, præſertim cum de Moravorum terris diſponere nihil ad Carolum attinuerit, niſi de eo fortaſſis transdanubiano tractu a flumine Kamp inter Teyam & Moravam; nam cetera Moravos pleno adhuc jure & integro poſſediſſe plusquam teſtatum eſt. Sed procul dubio non inficiandum eſt, cis danubianam ripam, quam Chronicon Altahæ inferioris totam inter *Eccleſias Bavariæ, Pontifices & Abbates, Comites item & Barones* diviſam memorat jam jurisdictioni, ſeu Patavienſis, ſeu Salisburgenſis Epiſcopi ſubjectam fuiſſe hoc ipſo anno, ſubingreſſis hunc ſcilicet Bajoariis. Nec prætereundum, quod Chronicon Moiſſiacenſe & San-Dionyſianum refert: relapſi Saxones ad cultum idolorum Francos ſuper Albi fluvio trucidant, legatosque ad Avares mittentes ſocietatem meditantur. Ex quo rurſum liquet Slavos Bohemiæ Carolo etiam hoc anno amice uſos, cum Saxones ab iis tanquam vicinioribus opem non imploraverint. Tum denique & iſtud hic locum meretur: in limitibus provinciarum noſtrarum Ratisbonæ hoc anno præſente Carolo primam habitam ſynodum,

Aventinus rer. Boic. l. 4. Hieron. Pez T. I. diſſert. 3.

Chron. Egoliſm. ad h. a.

Pray in Annal. Hunnor. l. 3. p. 274.

Goldaſt. rer. germ. Bob. l. 5. c. 2. §. 2.

Chron. Altah. inſer. Numer. II.

Annal. Meyſiac. & San-Dionyſ. ad h. a.

Eginhard. ad h. a.

Digitized by Google

in qua Felix Orgellæ Episcopus hæresis condemnatus, ad Hadrianum Pontificem missus est.

ANNUS 793.

Bellum Moravicum.

Annus nonagesimus tertius supra septingentesimum Moravorum (a) belli exordium fuit. Congregati ad Kygow ex ea gente bene multi, quos fortunatæ vicinorum res pungebant, bellum ab ea parte Bohemiæ sine denunciatione, sine certo duce intulerunt. Primi, quibus belli tempestas incubuit, Nebewidenses erant, & Kbelenses; eorum agri vastati, Hradek castrum eversum, communitoque monte Chotieborka, (b) & magna manu præsidio rapinis relicta, in interiorem regionem calamitas illata. Ex hoc agro prædas agentibus Moravis vicini se Teutones sociarunt, parique furore, & majore aliquanto odio obvia quæque ferro atque igni deleverunt. Ab his quoque ad fluminis prætercurrentis ripam munitio erecta; quam quia inde Teutones crebro Sazavam (c) vado trajiciebant, expugnatam postea Bohemi Niemeczky Brod, seu vada Germanica dixerunt. (d) Sedebat interea domi Kurimensis Dux, & hos vicini belli fragores ociosus spectabat; & quanquam non deessent, qui obviam eundum hostibus suaderent, nullis tamen rationibus seu parum animatus homo, seu rerum harum negligens ad consilia belli, circumspiciendaque in tempore arma induci potuit.

Teuto-Broda.

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 793.

HADRIANI PAPÆ 22. CONSTANT. IMP. 18.

MNATÆ II.

(a) Marahenſes, Marhanenſes, & Maravani eo ævo a ſynchronis appellantur, Moravorum nomen poſterius eſt. Peſſina ait Samoslaum tum Regem Moraviæ id conſilium cepiſſe inſtinctu Pipini Caroli Cæſaris filii, ne a Bohemis videlicet, quid hoſtile in Francos tentaretur, dum ille bello Hunnico diſtineretur. Sed fabulam hanc male conſarcinatam refellunt verba Eginhardi ad annum ſuperiorem: *Rege vero ibidem* (Ratisbonæ) *æſtatem agente, facta eſt contra eum conjuratio a filio ſuo majore nomine Pipino, & quibusdam Francis, qui in necem regis conſpiraverant. - - - Auctores conjurationis, ut rei læſæ majeſtatis partim gladio cæſi, partim patibulis ſuſpenſi, &c. Pipinus* vero inquit Sigebertus & Annales Trevirenſes, *Prumienſi monaſterio includitur.* E quibus liquet Pipinum potius conaturum fuiſſe, ut Bohemos contra Patrem concitet, quemadmodum id cum Francis & Saxonibus feciſſe plerique ſcribunt. Imo cum anno jam hoc in cœnobio Prumienſi clauſus fuerit, perperam ad hunc annum hæc rebellio refertur.

Peſſin. Mart. Morav. l. 2. c. 4

Eginhard. ad An. 792.

Sigebert. ad An. 792. Annal. Trevir. ad e. a.

(b) Nebevid & Kbel non amplius reperire eſt in limitibus Moraviæ, nec quod Hradek illud fuerit definire facile licet, quandoquidem appellativum hoc Slavicum fere caſtris omnibus commune fuit. Demum an Chotieborka mons propinquus fuerit oppido hodierno Chotiborz in regione Czaslavienſi ſito, & non longe a limitibus Moraviæ remoto, æque anceps eſt res.

(c) Flumen hoc veteribus Sazoa dictum: naſcitur in finibus Moraviæ, Czaslavienſem provinciam primum adit, ac Przemyslaviam Teutobrodamque prætergrediens medium curſum occidentem inter & Aquilonem tenet, infra Sautiz Selivka amne augetur, ac non longe abhinc ad Katzow in regionem Kurimenſem ingreditur. Flexo dein nonnihil magis in Aquilonem calle Cœnobium vetuſtum Ordinis S. Benedicti, ab eodem flumine paſſim *Sazava* appellatum, accedit, inde rurſum recta in occidentem tendit, cum e regione oppidi Dawle Mol-

Digitized by Google

Moldavæ se immergit; a lignis, quæ secundo hoc flumine vehuntur, urbi Pragenæ cumprimis notus.

(d) Præmature in has vicinias Germani, & Germanica loca defiguntur; clarum fiet ex annis consequentibus transdanubianas terras has non nisi a Slavis occupatas fuisse, ac non nisi everso Moraviæ regno tum verosimillime eveniſſe, ut se se Germani in has oras insinuarent. *Pessina. Mor. Morav. l. 2. c. 4* Pessina quidem Germanos hos autumat montanos reliquias Hermundurorum & Marcomannorum; sed jam alias ostendimus reliquias has sæculo sexto, quod Slavicum jugum ferre nollent, patriæ valedixisse, residuos quoscunque mores linguamque Slavorum temporis longinquitate assumsisse. Certe loca omnia ad Teuto-Brodam Iglaviamque etiam primis Christianitatis sæculis non nisi Slavicis insignita nominibus reperiuntur, quod vel ipsum Teutobrodæ primigenium nomen prodit, quod omnibus locis *Brod* audit. *Brod* autem majoribus vadum, item & naulum & vectigal ad flumina significabat; sic enim habet diploma Brzetislai Rayhradensi cœnobio datum: *Decimam thelonei, quod Brod vulgo appellatur in flumine Olzava.* Brod igitur locus hic appellatus, quod isthic ex Moravia, aut Austria transuadantibus certus naulus pendendus erat. *Teuto* vero vocabulum longe posterius adjectum, dum Germani huc immigrassent, excogitatumque ad distinguendum locum ab altero, qui inter Colinium & Pragam jacet. Addit porro noster P. Victorinus: locus in agro Czaslavienſi ad undecimum ab urbe Praga milliarium regiis hodie urbibus accenſetur, habetque pro Collegiali quondam D. Virginis templo, quod una cum sacerdotibus & universis pene civibus patriæ suæ vastator Ziska anno 1422. a fundamentis exciderat, solatium orbitatis suæ Cœnobium & Gymnasium Patrum Augustinianorum; quibus, quod sandaliis utantur, Discalceatis nomen est.

Diploma Brzetislai Anno 1048. datum.

PRÆTERMISSA.

Eginhardus ad h. a. Parabat hoc anno susceptum bellum Hunnicum Carolus conficere; at cum expeditioni se se jam accingeret, nunciatur ei Thederici Comitis copias a Saxonibus deletas & interceptas; coactus igitur arma in Saxones convertere. Annales tamen Francici apud Ducheſnium Hunniam vastatam memorant his verbis: *Glorioſus Rex Carolus item reſedit Bavariæ, miſſisque exercitibus ſuis vaſtavit Hunnia.* Ut verosimile sit Carolum jam bellum intulisse Hunnis, sed ob Saxonum motus expeditionem

Duchesn. T. II. p. 10.

Digitized by Google

nem interrumpere, reditumque parare coactum. Is idem annus est, quo Carolus Rhenum Danubio jungere tentavit, sed irrito conatu; cujus ad exemplum postea Carolus IV. Rex noster Danubium Moldavæ inferre conatus, sed eodem adverso successu. *Eginhardus ad h. a.*

ANNUS 794.

Moravi Teutonesque corroboratis per hiemem viribus nihil jam animo, quam universæ Bohemiæ excidium subjectionemque meditati, altera in Bohemiam irruptione ad ipsas pene Kurimii portas cædes inter ac incendia penetrarunt, positisque Auvalum inter Strzibrinamque montes castris, validam illam coloniam tentabant. (a) Sero tum, cum supra caput hostis esset, Horzeslaus Kurimii Dux ignaviam suam intellexit; at ne sic quidem ad propugnandam patriam impelli potuit homo misere pavidus, quin missis in hostium castra legatis, sui, oppidique deditionem fecit. (b) Et Moravi, quo facilius Principem in castra pellicerent, omnia simulabant. Evocatum deinde in castra cum fide Horzeslaum, supplicemque, & se se in eorum potestate fore contestantem, exsculptis oculis in vincula conjiciunt, oppidumque diripiunt; eodemque tempore Pragam Feciales mittunt: „ Qui terram & aquam a Princi„ pe Wissehradensi postulent, aliter vastationes agrorum, „ villarum incendia, hostilia omnia atque atrocia denun„ cient. „ Rati his se terroribus rem confecturos, quod ex Kurimensium ignavia Wissehradensium animos metirentur. Sed falsi sunt opinione sua; nam Mnata ex seniorum

Altera Moravorum irruptio.

Dux Kurimensis a Moravis excæcatur.

Digitized by Google

consilio sic respondit, ut dicerent: „ Venirent modo, ter„ramque & aquam exigerent, experturos, nec vires ad „propulsandas injurias Wissehradensibus deesse, & animos „etiam perfidiæ ultores superare. „ Vulgato responso confestim Moravi Wissehradum infestis agminibus petunt, tertio post die obsidionem meditantes; at alii everso hoc consilio Pragam festinant, castraque ex adverso colle ad torrentem figunt. Isthic cæsis silvis locum munimentis ligneis
Kygow. civitatis instar coronant, nomenque Kygow impertiunt a cæsis fustibus, quibus se se Bohemos, temtis etiam projectisque mucronibus, provincia sua exacturos superbe jactitabant. Ac tanta inerat vecordibus animis temeritas, hostiumque contemtus, ut postero die, egredientibus parato ad dimicandum animo Wissehradensibus, neglectis passim sagittis & ensibus cum fustibus obviam progredi non dubitarint. Mnata cum filio domi persistere jusso, præsentem fortemque animum ex Bohemis quisque adferebat, & principio quidem satis atrociter pugnatum est, cum Bohe-
Pugna. mus armis melior, superior loco ac multitudine Moravus, strenue confligerent; sed posteaquam Bohemi magno labore in collem evaserunt per silvarum anfractus, collatoque pede impressionem æqua planicie fecerunt, momento temporis Moravorum acies laborare cœpit, apparebatque nihil in fustibus spei fore: tametsi enim libratis gravi pondere fudibus adversariorum capita comminuerent, tamen impediebant ipsi se, ac priusquam ad novos ictus brachia attollerent, crebri infestis Bohemorum mucronibus cadebant. Accessit

ter-

Digitized by Google

terror alius, subsidiaria Bohemorum phalanx, quæ circumito monte a tergo Moravis se ostendit, præclusoque in castra reditu, recens fessis ac laborantibus imminebat. Ita abjecta cum fustibus vincendi spe, cum effugio locus non esset, maximam partem trucidantur, paucos, qui primo tumultu eruperant, in fuga agrestium rabies consumsit. Itum dein ad munimentum, repertus non parvus mucronum arcuumque numerus, quos superbia tumens animus Moravorum isthic ad pugnam properans abjecerat; collecti postea sparsi per campum martium fustes octingentorum summam æquabant. Nihil hac pugna ad eum diem in Bohemia clarius, prima enim erat de exteris victoria, (c) quæ una acie duas gentes fudit. Omnis armorum vis cum fustibus ex hostium castris Wissehradum in triumpho delata, ac Principis obtutibus admirationique præposita. Et ne rei bene gestæ periret memoria, loco, quo feliciter pugnatum est; *Kyge* id est Fustuarii (d) nomen datum per sarcasmum.

Teutonum & Moravorum clades.

Kyge.

ANNUS JESU CHRISTI 794.

HADRIANI PAPÆ 23. CONSTANT. IMP. 19.

MNATÆ 12.

(a) Pessina eandem expeditionem consilio Samoslai Moravorum Regis susceptam memorat; sed Krzezomyslum tum Bohemiæ præfuisse mavult, quod Jordanus impugnat, Ducem denique exercitus datum Præfectum Trzebicensem, quem Jordanus existimat sic appellatum a præfectura civitatis Trzebicz hodiedum in districtu Iglavienſi ad fluvium Iglavam persistentis.

Pessin. Mart. Morav. l. 2. c. 4. Jordan. Orig. Slav. c. 28. §. 33. Jordan. c. 29. §. 25.

Digitized by Google

(b) Plures interjectos fuisse Duces Bohemiæ, terrarumque Mo ravlam inter & Kurimensem regionem dominos jam alias innuimus, posterioribus annis patebit, ut itaque hos primum vinci oportuerit.

(c) Ita quidem Hayecius, qui nimium credulus, omnia hæc v ra, a coævisque notata putavit; at vero procul dubio alia bella, vi toriasque multo priores ab exteris relatas legeremus, nisi tempor eorum barbaries literas ignorasset.

(d) Vicus is hodie perstat, templo nobilitatus, uno Prag lo de dissitus in regione Kurimensi, ejus memoriæ sat vetustæ in dip matibus.

PRÆTERMISSA.

Eginhardus ad h. a.

Annus XXIII, is est belli Saxonici, quo Carolus bipartito exer Saxones aggressus est; at illi vim non sustinentes deditionem f cerunt, obsidesque dederunt.

ANNUS 795.

Mnata temeritate magis hostium, quam principat sui viribus, gravissimo nuper defunctus pericul non est ausus securitatem sibi ex victoria pollice multoque magis quid sui per indiligentiam ad eum us diem peccavissent, quam in quo per temeritatem hostes liquissent, dispiciens, vocato in comitium populo ofien quam necessarium atque e re publica esset, vagam & c pestrem hominum multitudinem in vacuas pene ac dese urbes transferre, atque iis, quibusdam moris & obic effusas hostium incursiones infringere. „ Ut enim sci „ inquit, quam parum abfuerit, quin periremus; „ mium, sedentiumque ad eam urbem hostium mora

Comitia populi.

„ no-

Digitized by Google

„ nobis fuit; qui si omisso Kurimio recta in nos tetendis-
„ sent, & nec a viris atque armis imparatum, & vos per
„ saltus atque arva dispersos nullo negotio oppressissent.
„ Itaque quod adhuc vivimus, id in lucro ponendum est,
„ habendaque Diis gratia, qui soli cum temeritate fœdam
„ cœcitatem hostium oculis injecerunt, & nobis colligen-
„ darum virium ocium, & consilium cum victoria suffece-
„ runt. Verum sine contentione vestra atque industria
„ frustra Deos imploraveritis; & providere, quod exitio
„ fuit, ut ne deinceps officiat, id demum est homines es-
„ se. Dispicite ergo nobis locum, ubi egregiam bello ur-
„ bem construamus, quæ multitudinem alere, quæque ur-
„ gente bello fundere sub signa viros, hostium infringere
„ ausus possit. „ Vetus hæc erat, & trita jam alias con-
sultatio, itaque e vestigio responsum a primoribus est:
„ Convenire de urbe, de loco urbis non convenire, quod
„ alii subjectæ Wissehrado planiciei novam urbem insternen-
„ dam, alii Pragam ipsam muniendam amplificandamque
censerent, id vero totum prudentiæ & judicio Principis
definiendum tradi. „ Ad ea Princeps: „ Quod quidem
ad planiciem attinet, nihil est, inquit, quod ea nobis
blandiatur, nam aquarum penuria tantum opus moliri pro-
hibet. De Praga consilium sapiens est. Dudum Libussa
avia nostra immortalitate nominis digna vatidico ore am-
plificationem urbis Pragenæ prædixit; sequemur oracu-
lum. „ Et obtendentibus loci angustias hinc Petrzino Suil-
que montibus, inde Wltavæ fluctibus coarctati. „ At

Digitized by Google

„ expediam, inquit, vobis rationes consilii mei, libet „ juncto pontibus Wltava novam urbem in adversa ripa con„ dere, idque efficere, ut non modo utrobique aquarum „ pateat aditus, sed & ultro citroque commeantes mutuo „ vobis auxilio esse possitis; & si qua repente Wissehrado „ belli tempestas incubuerit, celeriter ab ea parte, atque „ adeo ab omni Praga sicco pede laboranti Principi succurri „ possit. „ Divinum verius, quam humanum id consilium omnibus visum. Ergo certatim in alteram descensum ripam, prostratis arboribus trans Wltawam fundatæ ligneo opere domus, (a) forum etiam propius ripam longum centum totidemque passus latum ædificiis amplecti cœptum, eo loco ubi nunc vulgo dicitur ad S. Valentinum in forulo. (b)

ANNUS JESU CHRISTI 795.

LEONIS III. PAPÆ 1. CONSTANT. IMPER. 20. MNATÆ 13.

(a) Hodierna Vetero-Pragensis urbs initio suæ fundationis vocata est nova civitas, postea ædificiis novoque foro (vetere illo ad S. Valentinum domibus impleto) ante Teyn aucta, dum sua magnitudine veterem urbem nunc Micro-Pragam sub montibus Petrino & suillo sitam superaret, major urbs dici meruit, & altera minor. Hactenus noster P. Victorinus. Id quidem de temporibus Caroli IV. certum est post erectam ab eo novam civitatem sub Wissehrado, ut ex diplomatibus apud Adamum Glafey liquet. At Joannis Regis tempore Micro-Praga nomen *Novæ Civitatis* habuit, quam ob causam autem, ipse necdum exploratum habeo. Sic autem habet diploma: *Heinricus Planerus Civis novæ civitatis sub castro nostro Pragensi.* Datum

Glafey Anecdotor. p. 185. & *p.* 489.

Idem pag. 180. & *seq.*

Digitized by Google

tum Pragæ anno 1316. Et ipsius Magistratus Micro-Pragensis literæ anno 1318. datæ: *Nos Conradus Judex - - - Ceterique Jurati Novæ Civitatis sub Castro Pragensi.* Idem habent diplomata autographa Regis Joannis quæ servantur in Archivis S. Thomæ Micro-Pragæ & Melitensibus. Ceterum majorem urbem Pragensem aliquando *Novam Civitatem* appellatam nusquam reperi.

(*b*) Verbis his Hayecii respondent, quæ Amplificator Calendarii Weleslavini refert: *Olim pons ligneus quadringentis & ultra passibus infra hodiernum lapideum fuit, ductus e minori Pruga eo colle, qui hodie supereſt, olimque in hunc finem acervatus. Ad eum pontem a Curia minoris Pragæ directa platea viaque publica ducebat, utroque latere insignibus domibus spectabilis atque turribus; sed ea nunc ædificiis hortisque impleta sunt, posteaquam pons altius supra Moldavam collocatus. Altera parte desit pons eminenti quoque loco haud procul abhinc, ubi domus lavatoria infra Crucigeros est, atque vicinissimum sibi attingebat forum S. Valentini, sic ab ejus Ecclesia, quæ hoc loco hodie stat, appellatum.* E quibus pronum est conjicere: plateam olim excurrisse, ubi hodie Carmelitanarum Virginum Cœnobium ac hortus, tum hac parte collem eum non alium esse, quam qui e regione armamentarii Regii est, & propter vicinam carnificis domum passim der Schinderberg *audit.* Trans-Moldavam vero desiisse pontem in loco hodie vulgo Tummelplatz appellato prope equestrem scholam. *Mſ.*

PRÆTERMISSA.

Annus XXIV. belli Saxonici, quo rursus Carolus contra Saxones exercitum duxit. Magis ejus exasperatus animus, cum audiret Wiltzam Regem Slavorum Abotritorum ad se se venientem ab iisdem interfectum. Quare ferro & igne vastavit omnia. *In hac expeditione,* inquit Eginhardus, *dum castra super Albim haberet, venerunt ad eum legati de Pannonia, unus ex primoribus Hunnorum, qui apud suos vocabatur Thudun: is & suum adventum, & se Christianum fieri velle promisit.* Thudun hic ad historiam Moravorum pertinere mihi videtur, si scilicet ea terrarum spatia spectemus, quæ posterioribus annis tribui Marhanensibus in coævis legimus. Expensis namque diligentius vetustissimis Francorum Annalibus, palam fit Thudunum hunc transdanubianam ripam, atque verosimillime eam circa Waag flumen incoluisse, præsertim cum anno sequenti legantur Hunni omnes ex cisdanubiana ripa ultra Tibiscum remoti, Thuduno autem huic sua integra illæsaque perstiterint. *Eginhard. ad h. a.* *Eginhardus ad An. 811.*

Digitized by Google

rint. Et quanquam Annales plerique eum gente Hunnum faciant, tamen ex vetustissimis quibusque ac coævis non leve argumentum desumi potest eum Slavum fuisse, atque propterea verosimillime Hunnum creditum ac appellatum, quod Hunnorum beneficiarius & cliens esset. Magna enim erant his locis Hunni potestate, & non paucos quoque Slavos hinc atque illinc sub imperio suo habebant. Atque hinc est, quod Eginhardus & Poeta Saxo Thudunum hunc nonnisi unum ex primoribus Hunnorum vocet. At certe Annales Bertiniani non obscure eum Slavum his verbis indigitant: *Fuerunt etiam aquis adventum ejus* (Caroli) *exspectantes, qui de Pannonia venerunt. Cani, Zauci, principes Avarum. Et Thudun, & alii primores Sclavorum circa Danubium habitantium*, quæ ipsa verba etiam habet Eginhardus. Et Anonymus coævus apud Lambecium non eum Avarum, sed Regulum de terra Avarorum vocat. Verba illius hæc sunt: *Tunc ad aquas palatio de terra Avarorum Regulus quidam nomine Todanus ad dominum Regem veniens cum comitibus suis.* Jam si eruditissimas quatuor dissertationes Doctissimi Viri Hieronymi Pezii, quas Tomo I. Scriptorum Austriæ præmisit, & præsertim dissert. II. §. 8. & seqq. item dissert. III. §. 11. &c. & 30. in consilium vocecemus, inquiramusque, quænam illa proprie terra Avarorum fuerit? vetustissimis hic monumentis & cumprimis diplomatibus rem confectam videbimus: Caroli M. ævo ab Aniso fluvio, & altera parte a flumine Kamp utramque Danubii ripam in inferiorem Pannoniam procurrentem *terram, provinciam Avarorum, Avariam, item & Hunniam* appellatam, in eaque plures Slavicos sedisse populos, ut ita in propatulo sit etiam Moravorum terras Danubio adsitas Hunniæ & Avariæ nomine venisse; atque inde est, quod Bulla Eugenii II. terras Moravorum cum Hunnia his verbis conjungat: *Ducibus, & Optimatibus exercitibusque Hunniæ, quæ & Avaria dicitur & Moraviæ.* Nec dubium est *Titundum*, qui in hac Bulla nominatur, & ad quem primo loco ea inscripta est, hunc ipsum *Thudunum* esse, ut etiam sensit Hansizius, qui ut passim fit, in vetustis monumentis jam Tudun, jam Todun, jam Tutund jam Todan, jam Zodan diversimode scriptus reperitur. Propriam autem & veram appellationem ejus fuisse *Todan* persuadet nobis vulgatus a Lambecio Codex Ms. Bibliothecæ Vindobonensis, quem is dicit Caroli ævo scriptum; ut itaque huic tanquam authographo major adhibenda fides sit, quam transumtis, in quibus passim librariorum oscitantia peccatur. Nomen certe Slavicum est. *To* enim veteribus Slavis *is ea id* pronomen erat, & quandoque adverbium *en*. *Dan* vero seu *daan* diem signi-

Poeta Saxo ad h. a. Annales Bertin. ad An. 811.

Eginhardus ad An. 811.

Lambec. Bibl. Vindobon. l.2. c. 5. p. 377.

Bulla Eugenii posterius ad An. 824. relat.

Hansiz. T. I. Germ. sacræ p. 148.

Lambec. l.2 c. 5. p. 377.

Digitized by Google

significabat, quasi *is dies*, seu *en diem* dicas. Quas significationes hodiedum Dalmatæ retinent. Slavis vero ejusmodi cognomenta plena gloriæ & ambitionis in usu fuisse plusquam testatum est ex adjectione communis vocabuli *Slava*, quod gloriam connotat. *Lodereker in Vocab. septil.*

ANNUS 796.

Princeps Mnata ad firmandam rempublicam oculos, animumque intentus, nec omni metu a Moravis liber accitum ad se Czaslaum, virum id ætatis supra ceteros rerum experientem, amantemque patriæ docet: quam non quieturos a superiore popularium clade Moravos putet, quam pronum conjicere sit eos vindictam meditaturos, quam in Kurimensibus protritis deletisque nihil opis, nihil præsidii, quamque in se unum omnis belli moles posthac inclinatura sit. Orat igitur, hortaturque virum strenuum, ut pro usu rerum suaque in patriam charitate muniendis contra Moravos insistat limitibus, castrum isthic hosti objiciat, nil se præteriturum, ut operam ejus in condendo adjuvet, aurum etiam, alimenta, fabros, servitiaque suppeditet, quantum satis sit. (*s*) Et is erat Czaslaus, in quo confidere Princeps posset, prudens, industrius, fortis, talis denique, quali in iis rerum difficultatibus & egeret Princeps, & qui vigilantissimo Principi in omnibus responderet. Una erat patens atque aperta via, quæ maxime ex Moravia in Bohemiam ducebat, hac prohibere hostem transitu, Czaslao tandem in omnes partes animum versanti visum, placuitque validam ab ea parte coloniam, quæ primos irrumpen- *Mens Mnatæ a Moravis.*

Digitized by Google

tium Moravorum impetus non modo sustinere, sed propulsare etiam posset, cum castello objicere. In meridiem igitur cum uxore Miloslava, omni clientela, pecorumque gregibus profectus, ligneum subito munimentum urbis instar jecit, (b) eique castrum indidit. Locus nomen Czaslavia (c) a conditore est mutuatus.

Czaslavia urbs.

ANNUS JESU CHRISTI 796.

LEONIS III. PAPÆ 2. CONSTANTINI IMP. 21. MNATÆ 14.

(a) Non incredibile est, Bohemos hoc anno se contra Moravos præmuniisse, sed ex aliis longe rationibus, quam adstruat Hayecius. Vidimus Tudunum superiore anno terrarum suarum deditionem, & Baptismi susceptionem Carolo promisisse; videbimus etiam mox infra Wonomirum Moravorum Ducem in castris Caroli contra Hunnos dimicasse, quod genti nostræ sat superque videri potuit, ut minus fideret Moravis. Animadversio vero illa Balbini, qui hoc loco Hayecium corrigendum monet, quod avum pro nepote scilicet Mnatam pro Krzezomyslo (sub quo hæc bella Moravica gesta sint) statuerit, vix auscultationem meretur; tam parum enim Balbinus sua veteri aliquo documento tueri potuit, atque Hayecius tuitus est. Et cum is aliam Epocham initiis Czechiæ diversam ab Hayecio defixerit, necesse est, ut hi anni in alterius, quam Mnatæ imperium recidant. Ceterum hæc ipsa Balbini Chronologia tam in incerto vagatur haud aliter, atque ipsius Hayecii. Imo si libet, confer ejus Epitomen, Dacadis I. librum III. & VII. item Rationarium Temporum hactenus inceditum, & omni loco eum variasse deprehendes.

Balbin. l. 7. c. 6. & c. 9. in notis.

(b) Quæ munimentorum ligneorum his temporibus structura fuerit, libet ex Monacho sancti Galli coævo referre, qui Avarorum munimentum nominatissimum *Hringum* his verbis describit, scilicet ut rem ex ore Adelberti militis (qui huic ipsi bello Hunnico interfuerat, cum

Monach. S. Galli in vita Caroli M. l. 2. c. 2.

Digitized by Google

cum munimentum à Caroli exercitu hoc ipso anno everteretur) accépit. *Terra Hunnorum*, inquit, *novem circulis cingebatur: & cum ego alios circulos, nisi vimineos, cogitare nescius interrogarem, quid illud miraculi fuit domine? respondit* (Adelbertus miles ad Monachum S. Galli) *novem Haganis* (id est sepibus a veteri Teutonico vocabulo hag seu haeg seps) *muniebatur. Cumque & illos alterius generis esse nescirem, nisi quales segetibus solent prætendi, inquisitus etiam de hoc dixit: Tam latus fuit unus circulus, hoc est, tantum intra se comprehendit, quantum spatium est de castro Turonico ad Constantiam*, (urbem Normandiæ) *ita stipitibus quercinis, saginis, & abiegnis exstructus, ut de margine ad marginem XX. pedes tenderetur in latum, & totidem erigeretur in altum. Civitas* (circulus) *autem universa aut durissimis lapidibus, aut creta tenacissima replebatur. Porro superficies vallorum eorundem integerrimis cespitibus tegebatur. Inter quorum confinia plantabantur arbuscula, quæ, ut cernere solemus, abscissæ atque projectæ comas caudicum, foliorumque proferunt. Inter hos igitur aggeres ita vici & villæ erant locatæ, ut de aliis ad alias vox humana posset audiri. Contra eadem quoque ædificia inter inexpugnabiles illos muros portæ non satis latæ erant constitutæ, per quas latrocinandi gratia non exteriores intrare, sed etiam interiores exire poterant. Item de secundo circulo, qui similiter ut primus erat exstructus XX. milliaria Teutonica, quæ sunt XL. Italica ad tertium usque tendebatur. Similiter usque ad nonum, quamvis ipsi circuli alius alio multo contractiores fuerunt. De circulo quoque ad circulum sic erant possessiones, & habitacula undiqueversum ordinata, ut clangor tubarum inter singula posset cujusque rei significativus audiri.* Hactenus Monachus S. Galli. E quibus normam aliquam ligneorum munimentorum tum apud gentem nostram usitatam facile conjicere licet, cum Hunni his præsertim locis moribus & consuetudine non alieni a Slavis fuerint.

(c) Czaslavus quasi Slavice dicas *temporis gloriam* familiare etiam Dalmatis & Croatis nomen legitur, illudque gessit filius Radislavi Dalmatiæ Regis, qui hujus stirpis ultimus belli cum Hungaris cecidit. De Czaslavia porro hæc memorat noster P. Victorinus: Urbs hodie regia, cognominis provinciæ caput novem milliaribus Praga distans sita est loco plano amœnoque. Sicut principio adversus repentinas Moravorum irruptiones fuit ædificata, ita posterioribus temporibus, quotiescunque ab ea parte hostilis turbo, quem vicinæ Kutnensium montium argenti fodinæ provocaverant, impendebat, semper hæc urbs primum ante reliquas furoris impetum sustinuit. In istius urbis templo prima-

Presbyter Diocleates in Regno Slavor.

Digitized by Google

rio incendiarius ille patriæ suæ Ziska epidemica lue sublatus, sepulcrum cum epigrammate obtinuit. Quod ad Czaslavienſem regionem attinet, Balbinus eam formam crumenæ referre ait, & merito, utpote quæ ſæculis prope quatuor omnem Bohemiam ex vicinis Kuttenbergenſibus fodinis admodum ditavit; ob quod, & quia Catholica ſacra multo tempore ſtudioſe ſectabatur, Kuttenbergam Ziſska Anti-Chriſti crumenam vocabat. Hæc P. Victorinus.

Balb. Dec. 3. l. 3. c. 3.

PRÆTERMISSA.

Eginhard. ad h. a.

Hic annus quemadmodum Saxonibus a Caroli iterata depopulatione admodum gravis accidit, ita Hunnis exitium plane attulit. Sed juvat rem verbis authoris vitæ Caroli M. referre, cum hiſtoriam noſtram multum illuſtret: *Sed Heiricus*, inquit, *Dux Forojulienſis miſſis hominibus ſuis cum Wonomiro Sclavo in Pannonias Hringum gentis Avarorum longis retro temporibus quietum civili bello fatigatis inter ſe Principibus ſpoliavit (Cagan ſive Jugurro inteſtina clade a ſuis occiſo) theſaurum priſcorum regum longa ſæculorum prolixitate collectum domno Regi Carolo Aquisgrani miſit. Quo accepto, peracta Deo largitori gratiarum actione, idem prudentiſſimus Dei diſpenſator magnam inde partem Romam ad limina Apoſtolorum miſit per Angilbertum dilectum ſibi Abbatem. Perro reliquam partem Optimatibus, Clericis vel laicis, ceterisque fidelibus ſuis largitus eſt.* Reliquum ex Poeta Saxone perſequamur;

Apud Duchesnium T. II. p. 57.

Poeta Saxo ad h. a. apud Leibnitium T. I. p. 145.

Ad patrem victor memorata venit in aula
Pipinus, regni cui theſauros ſpoliati
Attulit, exuviasque ducum, vexillaque capta.
Cum quo jam dictus Thudun quoque venerat illuc,
Promiſſisque fidem propriis adhibere ſategit.
Cum toto comitum numero baptiſma ſuorum
Percipiens, etiam per ſacramenta ſpopondit
Se fore ſubjectum Francis, fidumque per ævum,

Vonimiri iſtius Sclavi etiam meminere ad annum ſuperiorem Annales Lambeciani, & Regino, nec poſtea uſpiam illius memoria. Peſſina & A. R. P. Pray eum Carenianorum Ducem fuiſſe autumant; ſed hoc tempore jam Carentania ſub Comitibus & Præfectis Francicis ſtetit, Præfecturamque geſſit idem, qui Bajoariæ Comes Geroldus, qui demum ab Avaris trucidatus, ut habet Regino. A. R. P. Sig. Calles, ait eum fuiſſe regulum Slavorum Dravum & Savum accolentium; ſed hunc

Lamb. Bibl. Vindob. l. 2. Regino ad h. a. Peſſina Mars. Morav. l. 2. c. 4 Pray in Annal. Hun. l. 3 p. 277

Digitized by Google

hunc terrarum tractum hoc ipso adhuc anno ab Hunnis fuisse tentum, mox vero a Pipino & Henrico Forojulienſi Duce miſere vaſtatum expulſis inde Hunnis ex omnibus Annalibus Francorum conſtat; nec enim, ut erudite animadvertit A. R. P. Pray, Slavi Chrobati citius ſe ſe in has terras immiſerunt, quam circa annum 798. ut ex vita S. Virgilii Archi-Epiſcopi Juvavenſis * liquet, primusque his locis Slavorum Dux Ingo & Liudevitus legitur. Non autem his confinjis Duces Slavorum leguntur alii, quam trans Danubium, iique Marahenſes, ut itaque argumentari liceat Vonomirum hunc vix alium eſſe, quam Moravorum Ducem ab Anonymo vetuſto **, & in Bulla Eugenii II. Moymarum appellatum, corrupto ſcilicet & ad Teutonicam linguam accommodato cognomento; plusquam enim teſtatum eſt definentia in *mar*. ut Ditmar, *Otmar* &c. germanica, in *myr*, quod veteribus Slavis *pacem* ſignificabat, ſignificatque hodie Dalmatis, Slavica eſſe, ut ita *Vonomir* idem quod *odorem pacis* Slavice connotet. Nec vero hæc nominum priorum apud veteres detorſio infrequens, ut alias obſervavimus, & ſic hic Vonomirus aliis Monomirus, aliis Wone & Wonimirus, Bonfio plane Noviomirus audit. Hic itaque Wonomirus jam Caroli M. ſtes tuitus hoc anno everſo Hunnorum Hringo, eos trans Tibiſcum movere unitis cum Pipino, & Henrico viribus adjuvit, veroſimillimeque ad commodandam Carolo operam invitatus, quod transdanubianam illam ripam nuper exturbatis Hunnis a Carolo in beneficium acceperit. Iſtud quidem etſi tanquam certiſſimum aſſeri non poſſit, plus tamen veroſimilitudinis habet, quam quæ de Samoslao tum Moraviæ rege commentatur Peſſina, cujus ne unus quidem ex vetuſtis meminit, ut taceam: Moraviæ terras quemadmodum & Bohemiæ nequaquam hoc ævo penes unum fuiſſe, quod ex annis conſequentibus cumprimis clarum fiet. Ceterum *Wonomirum* ſeu *Moimarum* iſtum primum omnium & maxime præcipuum Moravorum Ducem recte ſtatui, a quo dein reliqui Radislaus Zuentibaldus aliique deſcenderunt, docet nos querela Epiſcoporum Bavariæ ad Joannem ſummum Pontificem, ubi illius ſucceſſores etiam *Moimarii* appellantur, & propagini Illuſtri Imperatoris Ludovici contemtim comparantur his verbis: *Progenitores namque ſereniſſimi ſenioris noſtri Ludovici videlicet Imperatoris, & Reges ex Chriſtianiſſima Francorum gente prodierunt, Moimarii vero Sclavi a paganis & ethnicis venerunt.*

Alter, qui hoc anno ad hiſtoriam Moravorum pertinet, eſt Chudunus ſeu Todanus, qui tandem ſuperiori anno per legatos ſuos

Eginhard. in vita Caroli M. c. 11. Calles Annal. Auſtr. l. 3. ad An. 795

** Anonym diſcipulus B. Eberhardi Archiep. Eginhard. ad An. 819. Anonym. de Converſ. Carent.*

*** Anonym. de Converſ. Bojoar. & Carent. Lodereker Vocab. ſeptil.*

Bonfin. Dec. 1. l. 9. Eginh. ad h. a.

Apud Hundium in Metrop. Salisburgenſ. p. 31.

Digitized by Google

Carolo datam fidem liberavit, Pipino enim in profligandis Hunnis auxilio quoque fuit, eique terrarum suarum deditionem fecit; quare ab eodem ad patrem honorifice deductus, postquam cum universo suo comitatu sacris baptismi aquis ablutus fuit, maximis muneribus a Carolo donatus est, domumque redire permissus; *sed in promissa fide*, inquit Eginhardus, *diu non mansit*, verosimillime quod hac sacrorum innovatione, fœdereque cum Francis icto seditioni inter suos, hostilitatibus apud Bohemos causam præbuerit.

Eginhardus ad h. a.

Hic itaque post Attiliana tempora, si verbis Pessinæ uti libet, demum *primus quasi radius fuit, & crepusculum divinæ lucis apud Moravos exortæ.* Post Attiliana inquam tempora, nam ante ea dum Marcomanni Quadique his locis sedissent, jam aliquam Evangelii lucem his terris effulsisse in Prodromo nostro docuimus, & clare innuit Christannus atque Eugenii II. bulla. Sed ferri nequaquam potest quod Sartorius, & Stredovskius audacter asserunt: Prior quidem: Sarossicii in Moravia districtus Brunnensis vico jam anno post Christi ascensionem trigesimo templum excitatum fuisse. Alter: jam sæculo Christi quarto Julio-Montii, seu Olomucii, Nitraviæ, Asturis seu Stokeraviæ, & Welehradii in Moravia Episcopatus erectos fuisse. Imo non dubitat Epistolam illam, quam S. Hieronymus ad Sunniam & Fretellam scripsit, tanquam ad Moraviæ Episcopos datam effingere, Fretellam Olomucensis, Sunniam Nitraviensis Ecclesiæ Antistitem temere faciens, quin imperitiæ eos condemnans, qui aliter sentiant. Sed hac audaci censura jam vapulant viri omnes eruditi, quandoquidem ne unum quidem reperi, qui Fretellam hunc atque Sunniam fecisset Episcopos Moraviæ, pariaque Stredovskio sensisset. Aventinus quidem scribit: dum Suevi & Gepidæ his locis sedissent, jam Julio-Montium & Nitraviam Pontificum fuisse domicilia, sed vetustiorum se habet neminem, qui id asserat, neque enim id tabulis ullis roboravit, nec Fretellæ aut Sunniæ meminit. Plerique Fretellam vel Sunniam Episcopos fuisse negant, quandoquidem hujus ne vestigium in S. Hieronymi epistola appareat, nonnulli quidem suspicati eos ad Rhenum, Mœnum aut in ulteriores Gallias reponendos esse; sed quandoquidem in nullo Catalogo Episcoporum Galliæ, seu inferioris atque superioris Germaniæ comparent, plane testatum est illos eo non pertinere. Sed ex ipsis S. Hieronymi verbis jam opinionis istius fundamenta evertamus: sic enim in hac epistola scribit: *Quis hoc crederet, ut barbara Getarum lingua Hebraicam quæreret veritatem: & dormitantibus, imo contendentibus Græcis, ipsa.*

Pessin. Mart. Morav. l. 1. c. 3.

Christan. in vita & Pass. S. Ludmill. & Wencesl. Sartor. in Cistertio bis tertio tit. 24. Stredovsky sacra Morav. hist. l. 1. c. 9.

Aventinus l. 4. Annal. Bojor.

ſit Germania Spiritus S. eloquia ſcrutaretur? Quid autem ille per Getas Germanos intelligat explicat ſe ſe *Quæſt. Hebraic. in Geneſin*, dum ait: non alios populos quam Gothos intelligi debere, nam *omnes eruditos per Getas intellexiſſe Gothos*, eos videlicet, quos eodem ſæculo, atque non multo ante Vulphilas Gothorum Epiſcopus literas docuit. De iisdem S. Hieronymus epiſtola 3. meminit tanquam cum aliis de Chriſtiana religione philoſophantibus. Eosdem vero prorſum Gothos eſſe, tum ad fidem Chriſtianam converſos, docet nos S. Paulinus S. Hieronymo coævus in Epinicio ſuo ſapphico, quod gratulabundus Nicetæ Gothorum Epiſcopo & Apoſtolo eodem pene tempore cecinit, & in quo eo prorſus ſenſu, quo S. Hieronymus in epiſtola laudata, ſe exprimit his verbis: *Baron. in Annal. Eccleſ. ad An. 370. Num. 116.*

Te patrem dicit plaga tota Boreæ,
Ad tuos fatus Scytha mitigatur,
Et ſui diſcors fera te magiſtro *Pectora ponit.*
Et Getæ currunt, & uterque Dacus
Qui colit terræ medio, vel ille
Divitis multo bove pelleatus *Accola ripæ.*
De lupis hoc eſt vitulos creare,
Et bovi junctum pelea leonem
Paſcere, & tutis cava viperarum *Pendere parvis.*
Orbis in muta regione per te
Barbari diſcunt reſonare Chriſtum
Corde Romano, placidamque caſti *Vivere pacem.*

E quibus liquet Getas hos Germanos atque adeo etiam Fretellam & Sunniam, non ad Moraviam (quis enim Gothos hoc ſæculo iſthic ſtatuat) ſed ad inferioris Mœſiæ & Iſtri, aut Ponti Euxini plagas rejiciendos eſſe.

ANNUS 797.

Satis apparebat Moravos per Czaslavienſem agrum non eſſe Bohemiam tentaturos; ſed apparebat ſimul fruſtra hanc coloniam fore, ſi vicinis viarum flexibus, qui cre-

Digitized by Google

crebri per ſilvas ſe inſinuaverant, quove telum ab arce adigi non poterat, penetrare hoſtis potuiſſet. Hac quoque Czaslaus (a) occurrendum ratus, dejectis late ſilvis, maximisque arboribus aliis ſuper alias in transverſum cadentibus, perpetua illa atque inſuperabili ſtrue omnes præcludere aditus feſtinavit. Vix bene hæc facere deſierat, cum operis viſendi gratia adventare Principem increbuit. Lætus adventu Ducis Czaslaus, quod Principem ipſum induſtriæ ſuæ teſtem, ſpectatoremque haberet, quærenti curioſe de ſingulis, omnia diligenter oſtendit, ejusque voluptatis implevit Mnatam, cujus e veſtigio triginta marcæ auri indicium, præmiumque fuere, promiſſis etiam amplioribus muneribus. Nec minori fuit gaudio Mnatæ domum reduci natus per eos dies ex Strzezislava ſecundus filius infans cognomento Smyslibogius, quæ tamen lætitia minus diuturna fuit: Anno enim tertio poſt fefellit, quo nobiliſſimus puer in Hrobkam e ſinu patris miſerabili eſt funere elatus. Iisdem pene diebus Leskonem II. (b) Poloniæ Ducem fatum ſuſtulit. Excepit in Principatu patrem filius Lesko eo nomine III. (c) cujus viri quæ militaris virtus fuerit, documento fuit bellum Italicum pro Hungaris ſuſceptum, quo cum Romana arma diu per Pannonias exercuiſſet, multumque fatigaſſet ad ipſius hoſtis admirationem ſummam, in memoriam Popilii illius Romani Conſulis, filium Popiel ex legitima uxore ſuſceptum (nam viginti alios ex concubinis ſuſtulerat) Pompilium Romana conſuetudine nominari fecit.

Arborum dejectus.

Smyslibog. filius Mnatæ naſcitur.

Moritur.

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 797.

LEONIS III. PAPÆ 3. IRENES *iterum* ANNUS 1.

MNATÆ 15.

Paprocius in Ordine Dominorum, & Frankius in syntagmate Woraczicziskiano ab hoc Czaslao vetustissimam apud nos Comitum Woraczicziskiorum de Babienicz familiam originem here affirmant, Genealogiamque texere conantur; sed ut rebus in smodi vetustissimis accidere solet, cum monumenta desunt, & plenque conjecturis decertandum est, nimium infirmæ basi Genealogim suum ædificium superstruunt, nam subinde per duorum & ultra ulorum saltum nullo hujus stirpis producto, ad cognomenti similis moriam transeunt. Et prior quidem jam meritum militare a Czasmajoribus contra Moravos quæsitum refert, alter e Ducum Bohecognatione plane splendorem huic de se Illustrissimæ genti conci nam Czaslai uxorem Miloslavam Slavossii & Tetcæ filiam facit. tra Balbinus, ut noster P. Victorinus refert, Czaslaviam non ab Czaslao, sed ejus duobus filiis conditam adstruit. Nos vero hu da patria meritissimæ stirpis primas memorias legitimis e monuntis suis annis locisque non præteribimus.

Paprocc. c. 4. Frank. §. 3.

Balb. Dec. 1. l. 3. c. 7.

(*b*) Kadlubecius primus Poloniæ Scriptor, & qui eum sequuti t Poloni usque ad medium sæculum XIV. memorant Lesconi huic bel- Italicum intercessisse cum Julio Cæsare, ab eo tribus præliis fusum um Cæsarem, dein Crassum belliducem quoque Romanum apud hos cum copiis deletum, captoque auri avaro aurum liquatum in nfusum cum dicto: *Aurum sitisti, aurum bibe* (Lesconem enim hunc this, Getis & Transpadanis gentibus dominatum) demum pace Juliam Julii Cæsaris sororem ei in matrimonium cum Bavaria donomine datam, ut plura alia historiæ monstra taceam. Quæ vel steriores Polonorum Chronographi fabulosa ducentes, truncatis, itiis, mutatis, temporibus accommodarunt. Sic Sarnicius Julio Cæ- substituit Carolum M. Dlugossus Parthis, Getis & Transpadanis ntibus Italos & Græcos, alii alios, ut quæ historiis his veritas insit, onjectura facile capi possit.

Kadlubec. hist. Polon. l. 1. epist. 16.

Sarnic. Annal Pol. l. 5. c. 2 Dlugoss. histor. Polon. l. 1.

Digitized by Google

Pessina l. 2. c. 4. in Mart. Morav.

(c) Pessina memorat hunc Leskonem contra Turingos & Saxones bellum susceptisse, & conserto infeliciter prælio cecidisse, idque constare ex aliis notæ probatioris authoribus; sed utinam ii in medium prolati essent, nam in meas manus, qui id assereret, pertigit adhuc nemo. Tum persequitur: Cum illius interitum vellet ulcisci Militruh Soraborum Dux socius & amicus Leskonis, pari fato a Carolo M. prælio victus & exstinctus est. Sed videbimus annis sequentibus Militruhum hunc Bohemorum fœderatum fuisse, atque propterea bellum in Sorabos a Carolo susceptum.

PRÆTERMISSA.

Hammerschmid. histor. Klat. P. 1. c. 4. Paproc. in urbib. Crinit. in versib. Chronograph.

Ad hunc demum annum Hammerschmid veram originem urbis Klattoviæ reponendam censet; & quanquam Paprocius ac David Crinitus illius initia ad annum 771. rejiciant, tamen id sumendum existimat de *Benov* vicino loco, qui Klattovia prius conditus. Hoc vero anno Klatowkam Czimislao Bytizii cognato nuptum datam constituisse villam ad detectum a se nuper indicio Iridis salubrem fontem, quæ domibus deinde atque incolis aucta, ab conditrice dicta sit Klattovia; quarum rerum historiam fusissimo calamo prosequitur a capite secundo ad quartum; quæ prolixius referre vel eo minus digna reputanda, quod idoneis monumentis nuspiam fulta reperiantur. Exstat quidem in Bibliotheca AA. RR. PP. Augustinianorum Discalceatorum Neo-Pragæ *historia Clattovienſis* manu exarata a Boleluzkio superioris sæculi Scriptore nostro, quæ eadem prope refert, sed dialectus Bohemica plane ostendit, eam vetustioris documenti nomen non mereri. Fertur id quidem esse Ms. Rademili Abbatis primi Cœnobii Klattovienſis Ordinis S. Benedicti, qui circa annum 1158. vixit, memoriasque urbis Klattoviæ posteritati transcripsit, sed id nec mihi, nec patronis amicisque meis unquam visum. De Klattovia addit P. Victorinus: Regia hodie est civitas in provincia Plsnensi tredecim procul Praga milliaria recedens, annoque primum millesimo ab Udalrico Bohemiæ Duce civitatum jure donata, maxime celebrata sub Theobaldicis, ad quos hereditatis nomine pervenit sub Wladislao Duce Theobaldi senioris fratre.

Straussky c. 2.

Quod ad extera attinet; annus XXVI. is est belli Saxonici, quo Carolus rursum contra Saxones progressus, munitionem eorum perrupit, rebellesque ad deditionem perpulit. Isthic supra Wiseram *fluvium* castra metatus, legationem Hunnorum cum maximis muneribus

Eginhardus ad h. a.

re-

Digitized by Google

venientem (procul dubio ut terras quasque in beneficium retinerent) audivit.

ANNUS 798.

Plumbi stanniique fodinæ.

Adhuc Bohemia plumbum, stannumque non viderat, præsens annus Slawklassium de pago Dubina ejus felicitatis compotem fecit. Horum metallorum venas Hlan de servitiis Slawklasii in Aquilonari Bohemiæ plaga ultra villam Kalostogii forte per montes oberrans primus detexit, heroque suo indicavit. Nec mora Slawklassius acceptis fossoribus humum tentat, erutaque optimæ plumbaginis fragmenta mox igne purgat. Ejus metalli liquati cum pluribus jam frustis se locupletiorem intelligeret, pluria Wissehradum ad Principem, hæc non sine gaudio & admiratione excipientem, transmisit; quæ pro officiosa voluntate omnia illa montana hero suo pepererunt, hac solum a Principe conditione adjecta: daret operam Slawklassius, ut ex eo metallorum quæstu paratis armis Harpyas quasque exteras ab iis montibus arceret. (*b*)

ANNUS JESU CHRISTI 798.

LEONIS III. PAPÆ 4. IRENES *iterum* 2.

MNATÆ 16.

(*a*) Procul dubio Hayecius per vicum hunc *Dubina* intellexit civitatem hodiernam Bömisch-Aicha olim Dub appellatam in regione Boleslavienſi, de cujus fontibus narrat Balbinus, eos plumbosum quidpiam & pingue vehere, quod artificio plumbago evadat. *Balb. Dec. 1. l. 1. c. 51.*

Digitized by Google

dat. Plura etiam de arcis hujus subterraneis meatibus, & magno sumtu excisis rupibus alio loco commemorat. An vero hic usquam stanni minerae exstiterint, nusquam proditum est. Ceterum admirationem res parere potest tam sero quoque detectum plumbum & stannum plane in Regno nostro non infrequens, postquam jam sesqui saeculo auri argentique fodinae isthic floruere. Nec vero in cetera Germania stannum hoc aevo amplius insolens fuisse testatur epistola Hadriani Pontificis ad Carolum M. data, qua id sibi transmitti postulat.

Baron. in Annal. Eccles.

(*b*) Non longe a nominata urbe Duba murus est in medium milliare protensus hodie passim die Teuffels-Mauer appellatus, ejus initia ab ipso hoc Slawklassio, & praesente anno passim hujus loci incolae repetunt, & fortassis eo alluserit Hayecius.

PRAETERMISSA.

Eginhardus ad h. a.

Annus XXVII. belli Saxonici, quo Carolus Saxones, qui legatos ejus interfecerant, gravissime ultus est, locis omnibus, quae Wiseram inter & Albim interjacebant, ferro & igne vastatis. Eodem anno memorant Annales Francorum Lambeciani: „ Sclavos in North „ Thuringos perveniisse ad Dominum Regem, eosque mirifice honoratos, ut digni erant, „ qui Sclavi verosimillime Obodriti fuere eam ob rem a Carolo honorati, quod hoc ipso anno Saxones transalbinos in se irruentes ingenti praelio fuderint, ut memorat Eginhardus. Nec praetereundum est hoc ipso anno Episcopatum Salisburgensem, cui Arno praesedit in Archi-Episcopatum sublimatum, ut Pagius ex brevibus Annalibus Ratisbonensibus aliisque probat, ubi praeterea eruditissime animadvertit: hallucinari omnes eos, qui scribunt Pataviensem Episcopum simul fuisse Archi-Episcopum Laureacensem, Valdericoque Patavienst Episcopo hoc anno demortuo Metropolitanam sedem Laureaco in Arnonis personam Salisburgum delatam fuisse; nam ab anno jam 660. nullum fuisse Archi-Episcopum in Orientali Francia, primumque hunc omnium fuisse Arnonem, quanquam posterius Pataviensis Episcopi saepius cum Salzburgensi de pallio contenderint. Porro ex vita S. Ruperti Episcopi Salisburgensis primi discimus Carolum praeterea hoc anno Archi-Episcopi Arnonis jurisdictioni commisisse ea omnia & confirmasse, quae jam anno 796. Pipinus eidem tradiderat, jussisse praedicationem Evangelii per omnes partes Slavorum, quibus Hunni expulsi erant, denique ordinatum Episcopum Theodo-

Eginhardus ad h. a.

Lamb. Bibl. Vindob. l. 2. c. 5. p. 380.

Eginhardus ad h. a.

Pagius in Critica. Baronii ad h. a.

Apud Henr. Canisium Antiqu. Lect. T. VI. item Anonym. in vita S. Virg. Arch. Juvav.

ri-

Digitized by Google

ricum, eumque ab ipso Arnone ac Geroldo Comite in Sclavoniam perductum assignata Paroeciæ regione. Discimus etiam ex fragmento Epistolæ Alcuini ad Carolum M. scriptæ, persuasum esse Carolo M. ne seu Hunnicis, seu Slavicis populis primum Christianam fidem amplexis decimæ imponantur, ne jugo hoc eis alias insolito absterriti ad vomitum redeant. At vero quandoquidem Scriptores passim nostri & cum primis Moravici Duce Goldasto contendunt jam anno 792. Carolum M. Moraviam & Pannoniam post devictos Hunnos subjecisse Episcopatui Salisburgensi, libeat hic ex supra laudato vitæ S. Ruperti Scriptore limites, quos Pipinus designavit, & Carolus postea Arnoni Archi-Episcopo confirmavit, referre, ut plane pateat eum transdanubium nihil disposuisse, ac purum putumque figmentum Goldasti esse Moraviam jam his annis Arnoni subdentis. Verba authoris, quæ etiam Anonymus de Convers. Bojoariorum & Carentanorum refert, sunt hæc: *Qui* (Pipinus) *inde post victoriam revertens partem Pannoniæ circa lacum Pelissa* (hodie Balaton in tabulis Geographicis notatur) *inferioris ultra fluvium qui dicitur Rapa* (Rab) *& sic usque ad Dravum fluvium, & eo usque ubi Dravus fluit in Danubium, prout potestatem habuit, prænominavit eum doctrina & Ecclesiastico officio procurari populum, qui remansit de Hunnis & Slavis de illis partibus, usque ad præsentiam genitoris sui Caroli.* Quod tandem Anonymus de Conversione diverso a Pagio calculo anno 803. mense Octobri a Carolo confirmatum ait. Qua in terrarum descriptione minime venire transdanubianas plagas, Moraviamque quisque dispicit. Et quanquam annis abhinc duobus Todanum in Aquilonari Danubii ripa jam sacra Christiana amplexum sciamus, tamen vix credibile Episcopum seu Salisburgensem, seu Pataviensem ob metum rebellionis populi isthic ethnici subito jurisdictionem exercuisse. Quare id etiam Pagius demum ad annum 818. rejicit, post quæ tempora circa annum 821. Anonymus vetustus refert ab Adalrammo Archi-Episcopo Arnonis successore ultra Danubium loco vocato Nitervo Ecclesiam consecratam. Pessina quidem jam eo tempore Urolphum facit Archi-Episcopum Laureacensem, aitque ab Carolo evocatum ad prædicandum Evangelium Moravis; sed male cohærente Chronologia, ut ex Pagio videre liquet, a quo demum id ad annum 818. defigitur, quod quidem ipse Pessina loco alio sub Ludovici Imperium reponit. Quanquam Patavienſium Episcoporum hoc tempore tam confusa sit historia, ut a Valderico eodem anno, quo Archi-Episcopatus Salisburgensis excitatus est, demortuo, certo erui non possit, num statim

Apud Pagium ad b. a.

Goldast. Regn. Bob. l. 5. c. 2. §. 6.

Apud Freher. p. 17.

Apud Freher. p. 18.

Anonym. de Convers. Carent. apud Freher. p. 19. Pessina Mart. Morav. l. 2. c. 4.

Idem l. 1. c. 3.

Digitized by Google

Urolphus, num alius ſucceſſerit medius. Nam ipſi catalogi horum Epiſcoporum, quorum ſat vetuſtos tres producit Hieronymus Pezius, quartum Duellius, quintum Buccellinus tam diſcrepantes ſunt, ut ſibi nec in ſerie, nec annis reſpondeant. Duellianus Urolphum penitus omittit, Peziani vero nonniſi unum annum Epiſcopatus tribuunt.

Hier. Pez Script. Auſtr. T. I. Duellius Miſcellan. l. 2. Buccellin. Germ. ſacr. P. I.

ANNUS 799.

Tertia Moravor. in Bohemiam expedit.

Fœderati Teutonibus Moravi (ut proinde nuper Mnata metuit) maximis jam agminibus in Bohemiam ſe infundere parabant; at quo minus ultra progrederentur, exploratores ab iis miſſi, reducesque in mora fuere. Nunciabant illi validam Bohemos coloniam in finibus locaſſe, objectuque immenſarum arborum omnia circum itinera equiti peditique clauſiſſe. His nunciis ab armis ad conſultandum verſi, interea dum exploratores apertiora ſpeculantur itinera, ipſi circumdare primum vallo caſtra decernunt, mox erigunt muros cum propugnaculis, deinde etiam abundante otio & multitudine, quo tutum ad ſua, ſi futura expeditio ſpem fefelliſſet, receptum haberent, ſenſim caſtra in civitatem promovent. Accidit autem ut attollentibus aggerem frequentes cum ſuis fœtibus ericii intra cavernas occurrerint, inde novam urbem Moravi Bohemique lingua ſua Gehlawam, ab Gehlak, quod Slavis tunc ericium ſignificabat, dixerunt. (a)

Iglavia urbs in Moraviæ finibus.

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 799.

LEONIS III. PAPÆ 5. IRENES *iterum* 3.

MNATÆ 17.

(a) Nemo dubitabit Iglaviam Moraviæ hódie regiam urbem majoribus noſtris *Giblavam* dictam nomen ſuum a præterfluente fluvio *Giblawa* germanice *Igla* appellatum, inveniſſe, præſertim cum eodem loco curſum ſuum in Aquilonem & limites Bohemiæ tendentem relegat, ac in meridiem reflectat, dum demum Schwartzæ junctus in Tayam ſe exoneret. Ceterum in adverſariis meis reperio Slavis olim ericium Zawiczar dictum. Dalmatæ hodiedum *Xavicza* aculeum vocant, enunciantque Zawiczą, ut ita quæ hic refert Hayecius merito in dubium vocentur. *Lodereker in Vocab. ſeptil.*

PRÆTERMISSA.

Hoc anno bello Hunnico, quod per octo continuos annos Carolum exagitarat, finis impoſitus, atrox tamen prælium præceſſerat, de quo his verbis Regino. *Eodem anno gens Avarorum a fide, quam promiſerat, defecit. - - - Per id tempus Geroldus, cum eſſet Bajoariæ præfectus, commiſſo cum Avaribus prælio interficitur.* Eginhardus vero ante prælium interfectum memorat: *Cum* (Geroldus) *enim contra Hunnos præliaturus aciem inſtrueret, incertum a quo, cum duobus tantum, qui eum obequitantem, ac ſingulos hortantem comitabantur, interfectus eſt.* Quo prælio id tandem effecere Hunni, ut pactis cum Carolo initis ſua quieti, ceterum ei obnoxii, poſſiderent, isque eos in tutelam ſuam recipiens, etiam pro eorundem fortunis & tranquillitate bellum contra gentem noſtram ſuſciperet, ut ex anno 805. palam fiet. Quæ tum facies Pannoniæ fuerit, & quanto ſuo emolumento Carolus hoc bellum geſſerit, digniſſimum plane arbitror verbis Eginhardi referre: *Quot prælia*, inquit, *in eo* (bello Hunnico) *geſta, quantum ſanguinis effuſum ſit, teſtatur vacua omni habitatore Pannonia, & locus, in quo regia Cagani erat, ita deſertus, ut ne veſtigium quidem in eo humanæ habitationis appareat. Tota in hoc bello Hunnorum nobilitas periit, tota gloria decidit: omnis pecunia & congeſti ex longo tempore theſauri direpti ſunt. Neque ullum bellum contra Francos exortum humana memoria poteſt recordari, quo magis illi ditati, & opibus aucti ſint: quippe cum*

Regino in Chron. ad h. a.

Eginhardus in vita Car. M.

Idem ibid.

Digitized by Google

cum usque in id temporis pene pauperes viderentur, tantum auri & argenti in regia comperium, tot spolia pretiosa in præliis sublata, ut merito credi posset, hoc Francos Hunnis juste eripuisse, quod Hunni prius aliis gentibus injuste eripuerunt.

ANNUS 800.

Annus iste sæcularis cum Moravorum irruptione, tum Bohemorum majore ignominia quam clade, nefastus suæ genti illuxit. Reversi in castra speculatores Moravi suis nunciavere: auro, argentoque, & ceteris omnis generis metallis neque modum in Bohemia, neque pretium esse. Hæc auri itaque fames accendit invidas mentes ad suos thesauros, terrasque Bohemis eripiendum. Sed unus obstabat Czaslavienſis transitus, intercidebat spes eum sine multo sanguine expugnari non posse. Ergo militari suffragio centum sexaginta clam leguntur promtissimi, qui Iglavia egressi flexo in occidentem itinere ad ingentis montis juga pervenerunt, undiquaque eminentibus tileis obsita. Inde circumfusam planitiem, vicos, prædiaque prospectantes, alter ad alterum infit: En montis jugum illud ipsum, quod superiore anno speculatores nobis depinxere, castrum isthic erigere decretum esto, quod Bohemis terrori, nobis ad ampliſſimos ex iis congerendos thesauros receptaculo sit. Nec mora, expugnatis invicta pertinacia silvarum voraginibus tanto silentio molem ordiuntur, ut prius castrum isthic communirent, quam quisquam vel sentiret hostem adesse. Nomen Lipnice a tileis accepit ita Slavice

Moravi tecto itinere in Bohemiam irrumpunt.

Lipnice castrum condunt.

ap-

Digitized by Google

appellatis. (a) Jam aliis atque allis se adgregantibus postequam per vicina prædia cædes atque incendia circumtulere, tum demum bellum jam in visceribus esse cognitum est ex fuga agrestium. Mnata tam improviso perculsus malo (b) coegit quidem sub signa tumultuarium militem, hostiumque munitionibus admovit; sed Moravorum tormentis varioque telorum genere semel atque iterum cum cæde rejectus, fugienti similis recessit, terga premente Moravo, omniaque circum impune vastante. *Bohemi repelluntur.*

ANNUS JESU CHRISTI 800.

LEONIS III. PAPÆ 6. CAROLI IMPER. 1. IRENES *iterum* 4.

MNATÆ 18.

Nominatissimum adhuc castrum sub Trczkianis sæculo XV. locusque a mineris argenti in historiis nostris memorabilis, nec non a fundata hic loci a Landsteiniis proceribus Collegiata ecclesia; quæ ab Orebitis an. 1421. humi strata est. Oppidum hodie stat cum monti superjecta arce in regione Czaslaviensi uno & medio fere Teutobroda in Occidentem remotum.

(b) Pessina Krzesomyslum, ut alias meminimus, ejus temporis *Pessin. Mart. Morav. l. 2. c. 4* vocem Bohemiæ facit, impeditumque fuisse tum bello Misniaco; eos vero, qui Lipticensis arcis expugnationem tentarunt, ac viriliter a Moravis repulsi sunt, Czaslavienses fuisse. Sed quantæ hæc authoritatis putanda sint, prodit vox: *Bellum Misniacum*, quandoquidem constat Misniæ regionem & nomen longe posterius enata.

PRÆTERMISSA.

Hoc anno Carolus Francorum Rex Romam profectus, in Romanorum Imperatorem unctus est acclamante omni populo triumpha- *Tginh. ad h. a. & Anast. Bibl.*

Digitized by Google

lem illum plauſum veteribus Quiritibus uſitatum: *Carolo Piiſſimo Auguſto a Deo coronato, Magno, Pacifico Imperatori Vita & Victoria.* Quo pacto Occidentis Imperium reſuſcitatum eſt, quod ante trecentos ferme annos in Momyllo Auguſtulo ultimo Occidentis Imperatore ſub Gothorum regnum in Italia defecerat. Quare miſſis Imperatoribus Orientis ab Carolo Occidentalium Imperatorum Chronologiam porro texemus.

Apud Menken. rer. Germ. T.I. p.6. Ap. Baluz. T.I Capit. Reg. Franc p. 986.

Vetus Anonymi Chronicon ex libris Pentheon excerptum jam hoc anno Bohemos Carolo ſubjectos ſcribit. At minus recte: Nam Capitula ab ipſo Carolo hoc vel ſequenti anno ad Longobardorum legem addita, enumerant omnes populos ejus imperio ſubjectos, inter quos Boemi non cenſentur.

ANNUS 801.

Superior Bohemorum fuga novæ hujus anni cladi prælu-ſit. Mnata collectis ex fuga militibus, cum a perterritis nihil virilis animi exſpectaret, Wſſelauchum & Bohovicium palatinos ſuos ad Czaslaum, Newrzeſum, Slawochum, Wozyslaum ceterosque regionum præfectos expedit, iis viros atque arma imperat, hortaturque ut junctis viribus monſtroſo hoc hominum genere exturbato, montem caſtrumque ſuis rurſum ditionibus vindicent. Præfecti dicto audientes ſexcentos loricatos, quos patria lingua Smolnikos vocabant, (a) tum mucronibus, telisque egregie inſtructos expediunt. Id cum Moravis per ſuos ſpeculatores relatum eſt, arborum dejectu duplici ordine omnem aditum ad caſtrum præcludunt. Fuit tamen ea Bohemorum ſeu virium oſtentatio, ſeu inconſulta temeritas, ut confuſam illam arborum ſtragem per tenebras ingreſſi, ad jactum teli munitionibus ſuccedere auderent, or-

to-

Digitized by Google

toque mane ſumma vi expugnare præſidium niterentur. Contra Moravi intellecto ex nocturna concurſatione ſtrepituque armorum quid Bohemi molirentur, celeriter promtiſſimos juvenum per averſam ab hoſte portam ejiciunt, qui ſilentio Bohemorum terga circumeant, clamoreque ancipiti, & ſubjectis arborum ſtragi ignibus oppugnantes morentur. Ii intentis in oppugnationem Bohemis cum ab tergo ſe oſtendiſſent, clamore ſublato magnam telorum vim in hoſtem contorquent, ignes circumdant arboribus. Bohemus miles majorem eorum ſuſpicatus numerum fugam arripit, & præſidiarii ad vociferationem ſuorum eruptione facta telorum imbre fugientium terga premunt. Ita deprehenſi in cavea Bohemi, hinc a tergo hoſtibus, inde a fronte omni hoſte atrocius urgentibus flammis, trecenti in ipſa indagine, & plerique accipientibus celeriter, & in proximos vulgantibus ignem piceis loricis miſerabiliter exuſti cadunt; ceteri perrupta hoſtium acie trepidantes cum præfectis furore ringentibus præter ſpem evaſere. Hæc pugna quietum in Bohemia deinceps annum, rapinarumque impunitatem Moravo victori peperit. Quo etiam tempore, cum obturbaret nemo, caſtrum Lipnize ſaxo communitum, prædiumque Zbeiſſow (b) trucidatis hieme incolis, Zbeiſſoque loci domino per ſummos cruciatus enecto, cum pago adjacente flammis exuſtum.

Altera Bohemor. clades.

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 801.

LEONIS III. PAPÆ 7. CAROLI IMPER. 2. MNATÆ 19.

(a) Erat Smolnit, inquit noster P. Victorinus, loricæ genus, intrinsecus stuppa, pilisque damarum aut vitulorum fartum, extra multa pice litum, tamque affabre paratum, ut irritos telorum ictus exciperet; at sicuti firmum adversus tela præsidium; ita, cum ignes accessissent, pestis præsentissima, & inexpugnabilis.

(b) Zbeissowii olim ordinis Præmonstratensium cœnobium fuisse produnt historiæ nostræ, & refert etiam Hayecius in suo Catalogo Monasteriorum, quod demum sæc. XV. furor Hussiticus evertit. An tamen idem sit, de quo hic sermo, quod affirmem, non habeo. Supereſt hodie in hac regione Czaslavienſi vicus Sbeſſow appellatus Czaslaviam inter & Lipniczium.

PRÆTERMISSA.

Buccellin. in Annal. Germ. ad h. a. Ad hunc annum Buccellinus hæc refert: *Eodem anno Moravi ad fidem conversi per S. Goduinum eximia vitæ puritate Monachum primum suum Apostolum*, quam in rem citat Annales Benedictinos. Frustra quæsivi sanctum hunc in ejus *Menologio Benedictino*, ut plura de eo perscribere non suppetat. Reperio plures hoc ævo *Godinos* & *Gudinos* Cœnobitas Benedictinos in diversis veteribus exteris monumentis, sed num ex his aliquis, & quis eorum sit, nuspiam vestigium reperio. Minime vero dubium Moravos hoc ipso tempore jam habuisse quosdam verbi divini præcones, quandoquidem Todanum pluresque ejus Proceres, imo verosimillime ipsum Vonomirum seu Moimarum Ducem, sacris Christianis initiatos constat.

Balb. Epit. l. 2. c. 12. in not. Cruger. ad 6. Novem. Boleluzky in Rosa Boh. c. 1. Chronic. Rosenberg. Ms. initio. Ad hæc circiter tempora Balbinus, Crugerius, & Boleluzky Rosensium apud nos Illustrissimam gentem, quæ anno 1611. cum Petro in tumulum illata est, initia sua sumsisse in Bohemia affirmant. Chronicon vero Ms. Rosenbergense jam a vastata per Totilam Roma immigrationem illius in confinia Bohemiæ repetit. Genealogiam denique ab Ursinis Italis, Berengeris, Ascaniis, seu Anhaltinis deducunt. His enim temporibus, memorant, cum Bohemia a Francis Saxonibusque

Digitized by Google

que bello premeretur, Urſinum Witigonem invitatum regionem inter Boemiam & Bavariam confinem occupaſſe; at obviam proceſſiſſe Mnatam, ſeu certe filium ejus Wogenum tum Bohemiæ imperitantem cum valido exercitu, commiſſoque prælio Witigonem eſſe ſuperatum, locum autem cladis fuiſſe hodiernam Auſtriæ civitatem Weytrach Bohemis Wittigoraz ſeu ut habet Chronicon Roſenbergenſe Sſyroka Pomſta Witoraz quaſi Witigonis cladem appellatam. Idem addit, poſtea ab eodem ſuper præcipiti rupe ædificatum caſtrum indito nomine *Monte Roſano* ſeu Roſenbery ob memoriam derelicti a ſe in patria Italia caſtri *Montis Roſani*, quod ad Cremeram fluvium prope civitatem Caſtellanam ſitum ſit. Sed quam diverſæ inter ſe pugnantesque de Roſenſium iniitiis ſint ſententiæ iidem authores non præteriere, ac cumprimis Boleluzky perſecutus eſt. Ego hos in laqueos calamum implicare nolim, nam captum oportet me profitear, quamcunque partem amplectar. Conſtat quidem inter eruditos recte a Carolo M. Germanæ nobilitatis originem repeti, nec inficiari licet Carolum ex Italia plures nobilitate illuſtres viros ſecum aſſumſiſſe in Germaniam; nec ignotum mihi *Urſinum* quendam tempore Caroli M. fuiſſe *Notarium Domini Regis Bernhardi* filii Caroli, qui Italiæ præerat, ut refert Mabillonius. Conſtat præterea tum cis danubium in Bajoaria, Pannonia, Carinthiaque conſtitutos a Carolo Præfectos & Comites, qui limites ipſasque regiones procurabant. At jam tum Caroli dominationem ultra Danubium protendere, repugnat dictis, poſteriusque afferendis veterum teſtimoniis; in tum Comitum titulum, ditionesque, quibus illi hujus muneris erga fruebantur, hereditaria fuiſſe, ac in poſteros ejusdem ſtirpis tranſiſſe, aut certum clypeorum uſum iis fuiſſe, ut noſtri contendunt, negatur ab omnibus. Ridiculo certe eſt, quod Wenceslaus Brzezan memorat Witkonem hunc quinque ſuis filiis diſtinctas coloribus roſas dedisſe in ſcutum gentilitium dediſſe, & quidem Henrico auream, Wilhelmo candidam, Smiloni cæruleam, Wokoni rubram, Zeſymæ nigram, tot ſcilicet originariis diverſarum Roſenbergenſium, ut vulgo dicimus, ſtirpium earum. Tum illud etiam cum Chronologia pugnat, quod Balbinus refert: Witigonem hunc a Slavico idolo *Wit* nomen accepiſſe hominem cumprimis Italum. Nam ſi Helmoldo, ut par eſt, adhibenda fides; Slavici hujus idoli poſterior eſt origo ſub Ludovico II. Imp. Ceterum antiquiſſimam jam fuiſſe opinionem Roſenbergios noſtros ab Urſinis Italis deſcendere videtur probare Diploma Joannis Regis Bohemiæ, quod Anonymus author Chronici Roſenbergici in Germani-

Chron. Roſenbergenſe Mſ. inis.

Boleluzky cit. loco. §. 6.

Mabillon. T. I. Muſei Ital. P. 2. p. 54.

Wencesl. Brzezan in hiſtor. Roſenſi.

Balb. cit. loc.

Helmoldus Chron. Slav. l. 1. c. 6.

Digitized by Google

cum sermonem translatum profert datum Pragæ anno 1341. die S. Liliani, & quo Petrus de Rosenberg contra Polkonem Ducem Silesiæ testatum facit: stirpem suam non modo parem, sed origine etiam superiorem esse. Diplomatis hujus bis meminit Balbinus, sed nusquam in medium attulit. Nos quæ præsentem materiam spectant, hic eodem vernaculo sermone apponimus, ne ab authographo latino verba nostra, si in latinam linguam transtulissemus, recedant. Verba autem diplomatis hæc sunt*: Und seynd also wir (inquit Joannes Rex) zur selbigen Zeit in unser Königreich Böhmen ankommen, und seynd auch damalen auf unser Prager Schloß gewesen, da kommt auch an der Trapauer Fürst Bolko fast mit allen Schlesischen Fürsten, und vielen anderen guten Herren, die alle Fürsten, haben zusammen sich zu dem Fürst Bolko bekannt, als zu ihren Vettern. Und der Herr hat auch seiner Seiten gehabt fast alle die Böhmische Herren, und die Grafen von Schaumburg, Grafen von Schwarzenburg, und viel andere Grafen und Oesterreichische Herren, und aus andern Ländern, mit denen sich auch seine Vorfahren befreund haben durch Ehestand oder Ehestand, hat auch mit ihme gehabt den Erlauchtigen Fürsten Gabrielem de Ursino, und den Herrn Jordanum Fürsten de Hannibalis seinen Vettern, die anstatt, und im Namen aller anderer bey ihren Vettern vorbesagten Petro, und seinem ganzen Geschlecht gestanden seynd; dahero haben wir dies befunden, daß er ihr Vetter seye mit allen seinen Geschwistern, und daß nach Zerstöhrung der Stadt Rom, nicht einerley: sondern mancherley Fürsten ausgezogen sammt ihren Haab und Güthern, Weib und Kindern in unterschiedliche Länder und Gegenden, und sich da in Gebürg, und in Wäldern ihnen gelegene Oerter zur Wohnung aufgericht. Und wie daß in etlichen diesen Ländern gewesen seyn Wüsteneyen, und leere Oerter, die Erde unfruchtbar, allda sie mit ihrem Gesind und Dienern die Länder ihnen erbauet, und erhebt haben etc. Sed num diploma istud omne punctum ferat, suo demum anno, quod id pertinet, exanimabimus. Ceterum de horum ipsorum Ursinorum in Germaniam transitu mire variant Scriptores quique exteri sat veresti. Levoldus a Northof enim sæculi XIV. Scriptor ait Ursinos Italos valde divites ab Ottone demum III. in Germaniam translatos, ab itaque Comites de Marka & Monte descendisse. Henricus vero de Hervordia, quem etiam Trithemius secutus est, id primum anno 1122. sub Henrico V. factum scribit, quod utrumque refutat Meibomius, dignam hanc eruditione sua gnomen adjungens: *Nescio, quid superioris ævi Scri-*

Balbin. hist. S. Mons. Auct. 2. p. 2. & in Syntagmate histor. familiæ Gutzenstein. c. 8. p. 27.

**Chron. Rosenbergense Mss.*

Levoldus in Chron. Comit. de Marca apud Meibom. T. I. p. 381.

Meibom. rer. Germ. T. I. in

Digitized by Google

teres impulerit, quod illos ex Italia, quam patriis regionibus arcessere maluerint. Mihi certe Witgones Rosenbergiorum proavi non aliunde nomen suum inveniſſe videntur, quam a castro *Witgov*, quod postea *Trebonæ* nomen sortitum est, imò hodie idiomate Germanico Witgenau perdurat, & Rosenbergiorum nomen, quod æque nonnisi a castro *Rosenberg* posterius excitato profluxit, nuspiam antè sæculum XIII. & Przemysli Ottocari tempora legitur. *Notis ad Leveldum p. 412.*

ANNUS 802.

Altera hac clade omnibus consternatis, Moravoque cum sociali Teutone jam Bohemiæ jugulum infestis populationibus petente, Princeps Mnata decretorio certamine de rerum summa dimicare certus, copias, quas per hiemem acerrimo delectu scripserat, ineunte vere sub signis educit. (a) Remiserat nonnihil ad novi exercitus famam hostilis populatio, arcemque Lipnice, notum perfugium Moravus respiciebat; sed institit cedentibus Princeps, castrumque obsidione cinxit. Inde duobus diversis locis insidias ponit Princeps, centum & viginti munitiones aggredi, sensimque cedendo elicere hostem, qua insidiæ sint, jubet. Albescente cœlo portarum alii claustra effringere, alii admotis scalis superare mœnia, subruere vallum alii; sed cadentibus primis trepidare primum, mox etiam mentiri fugam incipiunt. Subjecta erat propugnantium oculis & trepidatio & fuga, nihilque moræ, quin ex superioribus victoriis feroces patefactis repente portis erumperent, tamque cupide consulto fugientem Bohemum insectarentur, ut prætergressi primas insidias explicancan-

Digitized by Google

cantem se se e latebris hostem, reditumque intercludentem non senserint. Jamque dato signo, & fugientes frontem minaciter obverterant, & secundæ insidiæ ex transverso incurrerant in hostium latera; & qui primi latebant, Morayorum terga assecuti, cædem terroremque ab omni parte inferebant. Horror primum & periculi atrocitas omnium animos obstupefecerat, cum, quo oculos cunque circumtulissent, micantes ante ora gladios & terribiliores gladiis Bohemorum vultus cernerent, peneque trucidari se prius, quam circumventos esse intelligerent. Aperiente deinde sensum discriminis magnitudine, promtissimi quique conglobant se circa præfectos, ac signa armaque expediunt, timidiores fugam circumspiciunt. Sed cum nec haberent expeditam ad fugiendum viam, quod hostis undique instaret, & circumventis vana esset omnis in armis spes, ad unum concisi, feras aliquando, sed dignas latrocinii pœnas dederunt. (b) Præsidiarii duo & triginta, qui in arce custodiæ causa remanserant, deditione facta pleni ignominiæ & ludibrii Wissehradum deducti sunt, (c) castrum direptum, sublatoque commeatu munitiones a fundamentis convulsæ (d) tandem aliquando Bohemiam diuturno metu liberarunt.

Bohemorum victoria de Moravis.

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 802.

LEONIS III. PAPÆ 8. CAROLI IMPER. 3.

MNATÆ 20.

(a) Peſſina a proceribus Bohemiæ Proſtislaum de Chlum virum militiæ experimentis clarum, & locorum, quibus bellum gerendum erat, apprime gnarum, ſupremum hujus expeditionis belliducem conſtitutum ait, qui eo magis odio ac vindicta inflammatus, quod tota ſua arci Chlumenſi ſubjecta ditio a Moravis devaſtata fuerit, bellum hoc tam dextere feliciterque confecerit. *Peſſin. Mart. Morav. l. 2. c. 4*

(b) Peſſina præterea narrat ab inſtantibus tum victoribus Bohemis vacuam inventam Iglaviam, ignique datam, tum omnem illum terrarum tractum Tayam inter & Nigrim flumina vaſtatum, complures pagos & caſtella interque illa Strazeko, Taſſow, Byteſs everſa, ſpoliaque infinita ablata. *Idem. ibid.*

(c) Helmoldus in deditionibus morem Slavis fuiſſe memorat, ut ſe ſe dedentes ad victoris pedes venirent, ac unusquisque exertum enſem in verticem ſuum geſtaret. Idem refert Vincentius Scriptor patrius ſæculi XII, id etiam addens: quod nudis pedibus victorem accedere oportuerit. *Helmold. Chron. Slav. l. 1. c. 92. Vincentius in Chron. Mſ.*

(d) Caſtrum hoc poſterius rurſum excitatum ſupra meminimus, mons vero ſub annum 1421. nomen montis *Oreb* accepit, ab eoque quædam ſecta Huſſitarum *Orebitæ* dicti, qui exemplum Taboritarum imitaturi publicato uſu *Calicis* conciliabula ſua iſthic frequentarunt, & a quibus poſtea, dum graſſati ſunt, Bohemia funeſtiſſima quæque experta.

PRÆTERMISSA.

Siffridus, Ubbo Emmius, Martinus Hamconius, Furmerius aliique Scriptores rerum Friſiarum producunt diploma Caroli M. Friſiis hoc anno Romæ datum, in quo ſubſcriptus legitur *Wenzeslaus Rex Bohemiæ, & Ludolphus Dux Moravenſis.* Sed diploma hoc tanquam ſpu- *Siffrid. Petr. de orig. Friſior. Ubbo rer. Friſc. l. 5. Hamm.*

Digitized by Google

ton. in Fris. descript. Furm. Annal. Frisiæ l. 6. Krantz. l. 11. Sax. c. 6. & l. 2. Wandal. c. 33. Janus Douza l. 2. Annal. Holand. Goldastus in Reichssatzungen p. 303. Gryphiand. de Wichbild. Sax. c. 35. n. 17.

rium, fictitiumque pridem exploserunt Krantzius*, Janus Douza, Goldastus, Gryphiander, plurimique alii, ut jam inter eruditos patrocinium nullum nanciscatur.

ANNUS 803.

Czaslaus ille, cujus inprimis opera Moravico se bello feliciter expedivit Princeps, insinuantibus se cum ætate lethalibus morbis, tres, quos susceperat filios, egregios juvenes: Czasum, Slawum, & Pabienum supremum allocutus. „ Nostis, inquit, juvenes, quam i„ tuenda patriæ Principisque salute annos omnes, vigorem„ que exhauserim, quamque non pœnitendos certe labor„ meorum fructus, promtam in munera voluntatem Prin„ pis, amorem populi, memoriam civium, Deorumque„ immortalium propitiam semper gratiam receperim. Hoc„ ego vobis in Rempublicam studium hereditarium in dom„ mea relinquo, patris vitam meritaque tanquam specul„ ob oculos perpetuo habete proposita, in quæ intu„ liceat, quid sequendum, quid fugiendum. Deinde c„ a vobis excessero has animæ exuvias Lossii, (a) ut dep„ natis, volo. Sed Czaslaviam præsertim, immortale m„ minis nostri monumentum eminente atque capace mu„ cingetis, ejusque dominatum vos Czasse atque Sla„ pari concordia tenebitis. Tibi vero, ad Pabienum v„ sus, adolescens, inquit, me spirante deinceps diversæ„ fratribus quærendæ sedes, habes eam ad rem quod opu„ quod servitiorum satis sit. „ Et Pabienus quidem ce-

Czaslai moriturі ad 3. filios oratio.

fe-

Digitized by Google

festim loco idoneo exquisito, castrum elegans intra vallem super edito colle struit, Pabienice a nomine suo appellatum. (b) Eodem adhuc anno patris sui approbatione uxorem Pabienus duxit Dombkam (c) Mstirodi ex pago Hurek filiam roboris pene Herculei, utpote quæ sublatam quantumcunque obesam bovem ad teli jactum sine crebro anhelitu ferre ludum jocumque duxerit.

Pabienice castrum.

Dombka magni roboris mulier.

ANNUS JESU CHRISTI 803.

LEONIS III. PAPÆ 9. CAROLI IMPER. 4.

MNATÆ 21.

(a) Supereſt in regione Czaslavienſi vicus Loſſyn, ſed is quarto abhinc lapide fere diſſitus. Frankius ait Czaslaum filiis in mandatis dediſſe, ut ſe ſe in vicinis ſilvis terræ mandarent.

Frank. in ſyntagmate Woraczicz-kiano §. 3.

(b) Frank adſtruit fratribus ſine heredibus demortuis hunc ſolum Pabienum ſtirpis Woracziczkianæ propagatorem fuiſſe, quanquam vel ipſe fateatur non defuiſſe quoſpiam, qui Woracziczkiorum nomen ante ſæculum XV. auditum negarint. Quod ad caſtrum attinet, ait id ſubinde oppido auctum poſt annos demum ſexcentos quadraginta everſum eſſe, nunc vix pagellum & rudera ſupereſſe, qui Praga 9. Czaslavia una leuca diſtet. Cæterum ſyntagma hiſtorico-Genealogicum de hac inclyta Familia, quod hic author Michael Adamus Frank de Frankenberg Pragæ 1716. cum elegantiſſimis horum Procerum ſimulacra referentibus figuris æri inciſis in folio edidit, ſuum pretium habet tum a terſa latinitate, tum a non vulgari Poetices elegantia, tum etiam a monumentis poſterioris ætatis.

Idem ibid.

Idem §. 9.

(c) Idem Frank Domkam hanc Biwogiæ ſtirpis facit; e Bivogio enim dynaſtas Hurecenſes ſeu Hurskovskianos, qui deinde Rozmitalii dicti ſint, proceſſiſſe. Sed authorum ſæculis ſeptem poſteriorum, quæ adducit teſtimonia, vix viro erudito ſatisfacient.

Idem §. 4.

Digitized by Google

PRÆTERMISSA.

Hoc anno rursum in medium prodit Todanus, corrupte ab Annalibus Metensibus *Zodan* appellatus, ut supra ex Codice Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis ostendimus, vocaturque hic Pannoniæ Princeps, quod jam olim etiam transdanubiana ripa hoc nomine veteribus venerit, ut ostendit Eruditissimus Hieronymus Pez in suis dissertationibus. Porro ex his ipsis Annalibus non obscure eruitur Todanum Slavum fuisse, cum eo nominato mox Annales subjungant *multi quoque Slavi.* Verba autem Annalium hæc sunt: *Imperator autem Bajoariam profectus venationem bubalorum, ceterarumque ferarum per saltum Hircanum* (Hercinium) *exercuit. Inde vero ad Regensburg veniens, dispositis his, quæ utilia viderentur esse, adventum exercitus de Pannonia redeuntis præstolabatur. Quibus reversis obviam illis ad Regenesburg venit; ibi etiam cum illis Zodan* (Todan) *Princeps Pannoniæ veniens Imperatori se tradidit, multi quoque Slavi & Hunni in eodem conventu fuerunt, & se cum omnibus, quæ possidebant, Imperatoris dominio subdiderunt.* E quibus liquet hoc anno demum evenisse, quod Eginhardus ad annum 796. de eodem Thuduno seu Todano scripsit: *Post datum* (dicto anno) *fidei servandæ sacramentum domum rediit, sed in promissa fide diu manere noluit: nec multum post perfidiæ suæ pœnas dedit.* Hoc enim anno cum Annales Metenses referant missum in Pannoniam exercitum, cumque eo Todanum supplicem & se suaque tradentem rediisse, palam est, eum seu terrarum suarum vastatione, seu plane cladibus adactum ad noviter Carolo fidei sacramentum dicendum, atque inde est, quod Poeta Saxo dicat: *Perfidiæ tulerat parvo post tempore pœnas.* Eodem anno finitum bellum Saxonicum per triginta tres annos vario eventu a Carolo gestum, rem omnium fusissime persequitur Poeta Saxo:

Pez. T. I. Script. Austr.

Annal. Metenses ad h. a.

Poeta Saxo apud Leibnitium T. I. ad An. 796.

Poeta Saxo ad h. a.

Nobilis hic annus longi certamina belli
Tandem Saxones inter Francosque peracti
Firma perpetuæ concluſit fœdere pacis.
Augustus pius ad sedem Saltz nomine dictam
Venerat: huc omni Saxonum nobilitate
Collecta, simul has pacis leges inierunt,
Ut toto penitus cultu rituque relicto
Gentili, quem dæmonica prius arte colebant
Decepti, posthæc fidei se subdere vellent
Catholicæ, Christoque Deo servire per ævum.

Ad

Digitized by Google

At vero cenſum Francorum Regibus ullam
Solvere nec penitus deberent, atque tributum,
Cunctorum pariter ſtatuit ſententia concors.
Sed tantum decimas divina lege ſtatutas
Offerrent, ac præſulibus parere ſtuderent,
Ipſorumque ſimul Clero, qui dogmata ſacra,
Quique fidem domino placitam, vitamque doceret.
Tum ſub judicibus, quos Rex imponeret ipſis,
Legutisque ſuis, permiſſi legibus uti
Saxones patriis, & libertatis honore.
Hoc ſunt poſtremo ſociati fœdere Francis
Ut gens & populus fieret concorditer unus,
Ac ſemper Regi parens æqualiter uni &c.

ANNUS 804.

Anno ſupra octingenteſimum quarto ſæviente non modo in homines, ſed & pecora promiſcua lue, (a) arreptus & ipſe Mnata, ſeptimo die, quam peſtilenti eſt halitu afflatus, vitam cum principatu valere juſſit, cum Imperio viginti & unum annum, juſtitiæ, transquillitatisque mirificus ſectator, præfuiſſet. (b) Tertia a morte luce ritu conſueto ſepulcris majorum illatus eſt, altero triduo ſolenni nænia ignibusque parentatum. *Mnata occumbit peſte.*

Ex eadem contagione peſtis filius quoque Wogenus Oſtromeczii æger, jamque morti, quam vitæ propior jacebat. Optimates deſperata Wogeni ſalute, & quia candidatorum æmulationem aperte jam ad ſummos honores graſſantium metuebant, maturandum rati, Rohovicio filio Horzeslavi de vico Wrſſowecz Præfecturam Bohemiæ feſtinatis ſen- *Wogeni infirmitas.* *Rohovicius adminiſtrationem Boh. obtinet.*

Digitized by Google

sententiis tradiderunt. Sed is novam potestatem ab homi-
num innocentissimorum oppressione auspicatus, statim ost-
dit, quid sit virum non satis cognitum, animique regii
pertem auctoritate publica vallare. Intercedebant pri-
adhuc Wrssovecio simultates quædam cum Karsa filio Ne-
goi de pago (c) Krcz homine propter antiquitatem ge-
multamque canitiem venerabili; quem cum par parem
tunis evertere non posset, potitus rerum Wrssovecius, vi-
tum ad se perduci, atque clam ex rupe vicina Wisseh-
præcipitem agi jussit, (d) tum interfecti hominis possessi-
bus tanquam præmio sanguinis manus injecit. Prodita
des, rapinaque extremæ indignationis metusque optim-
implevit. In eo terrore excutiendæ tyrannidis vias circ-
spiciente senatorio ordine ad arcem Suilli montis cong-
to, opportune Wogenus convaluit, firmoque jam in-
vestigio poterat. Hoc nuncium sic patrum erexit ani-
ut clam evocatum Wogenum, continuo Principem sal-
rint, eodemque adhuc die, priusquam Wrssovecius,
rerum gereretur, persentisceret, ad occupandum Wisse-
dum cum novo Duce perrexerint. Jamque arci succe-
bant, cum obductas vectibus portas, neminemque, qui p-
santes admitteret, offendunt. Eo tumultuosius, foresq-
aperiri jubentes Wrssovecius ex summa arce per transen-
prospiciens: Facessere hinc perjuros perfidosque jubet, p-
nasque violatæ fidei exspectare, qui se præ Wogeno de-
gissent. Non tulit ab illo ore, quod nuperrime indulg-
patrum majestatem accepisset, tam indignam vocem p-
cisci

Karsam de rupe præcipitem agi jubet.

ciſci ferocior ex patribus Kroſniak, arreptaque inter manus bipenni portas effregit. Inde ſublato clamore infeſtisque in ſe oculis venientium optimatum globum conſpicatus Wrſſovecius beneficio parati ad id reſtis per muros defluxit, ſuosque, quos ad cogenda in arcem Wrſſovecianarum partium auxilia dimiſerat, conſequi maturavit. Fugato tyranno, veluti pulſa atra nube felix iterum libertas ex Libuſſiana domo illuxit Bohemiæ. Sublatus in paternum ſolium Wogenus annis viginti major vivam mox patris imaginem ipſe per omnia Mnatæ ſimilis, cum gratiſſima beneficiorum memoria in omnium animos revocavit; adeoque nemo unus in omni fuit multitudine, qui non velut diuturnam ſitim expleturus ad dicendum ei ſacramentum accurreret. (e)

Rohovizius per murum ſe dimittit.

Mnatæ Wogenus ſuccedit.

Eodem inaugurationis die, quia ſic optimatibus viſum, uxorem duxit Wogenus Bankam Kwaſſoniam ex pago Zwolicze (f) feminam ob contemtibilem brevitatem corporis prima ſpecie ridendam, ceterum ſi oris venuſtatem, nobilitatemque ingenii & morum ſpectares, reliquis omnibus eminentem.

ANNUS JESU CHRISTI 804.

LEONIS III. PAPÆ 10. CAROLI IMPER. 5.

WOGENI 1.

(e) Hanc luem in regionibus Franciæ vicinis jam anno ſuperiore etiam indigitavit Eginhardus coævus, quam variis terræ motibus ſucceſſiſſe memorat. Et altero abhinc anno propter mollitiem hiemis jam ortam ſcribit. Imo cum anno 791. exercitus Ca-

Eginhard. ad An. 803. *Idem ad An.*

Digitized by Google

801. *Idem ad An. 791.* Caroli Bohemiam transiisset, jam tantam equorum luem grassatam, ut vix decima pars de tot millibus equorum remanserit.

Stransky Republ. Boh. c. 8. §. 3. Puczalka in Navicula Ecclesiæ. Mss. Pictur. Balb. Dec. 1. l. 7. c. 6.

(*b*) Stransky Mnatam populo præfuisse scribit annos tres & quinquaginta, vixisse septem & septuaginta, decessisse anno Christi 735. Puczalka anno 585. Manuscriptum picturatum rempublicam occepisse ait circa annum 530. temuisseque per septem supra quadraginta annos. Balbinus exstinctum ait anno 651. ætatis quadraginta quatuor; lapsumque ac falsum Stranskium contendit. Sed quis his in tenebris ausit colores discernere? Nos simulacrum Mnatæ posterius sub mortem filii sui Wogeni, una cum istius imagine, qualem in laudato Ms. picturato reperimus, exhibebimus.

(*c*) Vicus is hodie supereſt in regione Kaurzimensi medio Praga distans lapide, dividiturque in superiorem & inferiorem, quos inter via publica Linzium in Austriam ducens intercurrit. Locus ob viciniam castri Wissehradensis sæpius in Annalibus nostris memorabilis.

Dubrav. hist. Boh. l. 2.

(*d*) Dubravius addit: effinxisse Wrssovecium, ut sceleri suo injiceret pallium, Krasam vertigine ex ebrietate correptum, forte ex hac rupe decidisse.

Lodereker in Vocab. septil.

(*e*) Wogen quasi martium & bellicosum dicas, Dalmatæ hodiedum *Wognik* bellatorem & militarem dicunt. Et inde Wogak nostris militem significat. Si Epocha hujus Ducis temporibus his recte respondet, fortassis nomen hoc sortitus ob bella cum Carolo M. gesta, quanquam ejus nemo exterorum meminerit, & vel ipse Cosmas præter nomen nihil prorsum de gestis ejus transcripserit. Weleslavinus anno trigesimo ætatis imperium auspicatum scribit, contra Dubravius, Boregk & Paprocius tam parum actæ ætatis faciunt, ut adhuc Wrssovecio tutore opus haberet.

Weleslav. in Geneal. Duc. Dubrav. hist. Boh. l. 2. Papr. in Diad. c. 13.

(*f*) Zwolicze nullum amplius in Bohemia restat, Zwol plures vicos est reperire in diversis regionibus.

PRÆTERMISSA.

Eginhard. ad h. a.

Hoc anno Carolus ut a Saxonibus omnia tranquilla faceret, *misso* trans Albim exercitu decem millia Saxonum cum uxoribus & liberis

Digitized by Google

is inde ſublata per Franciam diſpeſcuit, pagosque transalbinos Abo-
ritis colendos dedit. Cum caſtra metaretur in loco, qui dicitur Bol-
onſtat, advenere Principes Slavorum, quorum cauſis diſcuſſis, &
cundum arbitrium diſpoſitis conſtituit illis Regem Traſiconem. Ita
re Annales Metenſes. Nec dubium iſthic etiam de ſubſidiis contra
ohemos cum eodem Traſicone & Obodritis tractatum, quandoqui-
em iidem Annales Metenſes anno ſequente innumerabiles Sclavos in
aroli exercitu fuiſſe memorant. Porro ad ineunda tum fœdera cum
nfidelibus paſſim ſupremi Pontificis annutus requirebatur, id liquet
x epiſtola Nicolai Papæ ad Ludovicum Imperatorem, in qua ejusdem
ederis a Carolo cum infidelibus initi in hæc verba ſcribit: *Pie memo-
ie Karolus abavus veſter nonniſi ad remedium & ſolatium Chriſtianorum, qui
in diverſis locis inter eos tanquam grana inter paleas tundebantur,
placitum cum eorum principe noſcitur procul dubio
perpetraſſe.*

Annal. Metenſes ad h. a.

Stephan. Baluz. Miſcellan. l. 5. p. 486.

Digitized by Google

ANNUS 805.

Wrſſovecius poſt multas conſultationes variosque errores dominationem tandem, quam Wiſſehradi amiſerat, Zatecii raptum ibat. Clanculum is congregata clientelarum ſuarum non modica manu ex pago Wrſſovicz & Michle (a) noctu in occidentem ſe proripuit, Zatecii in urbem admiſſus unum itemque alterum diem quietus egit, tertia nocte ſuis in mandatis dat bene a loricis, ſcutis, ceteroque armorum genere parati ſint, ſerio animo meditans urbis potiundæ. Magiſtratus urbis per excubitores re diligenter explorata, poſteaquam comperiunt ad occupandam tyrannidem illa arma parari, cives in armis eſſe jubent; ex quorum nocturnis clamoribus & diſcurſu proditas machinationes præſentiens Wrſſovecius, ab incepto in præſens deſtitit. Æſtuanti deinde in multam noctem, quomodo infamiam ejus facti apud magiſtratus purgaret, appa-

Wrſſovecius Zatecio pellitur.

ritores ſuperveniunt, jubentes ſenatus nomine: ante lucem urbe exeſſe cum ſuis compliçibus, ni Ogram flumen potare ve-

Digitized by Google

velit, aut certe eo ſupplicii genere perire palam, quod ipſe nuper clandeſtine in Karſam Krczium deſignaſſet. Wrſſovecius ſimulationis convictus urbe egreditur, perque ſilvas, & inhabitata loca errans ſpatium opportunum domicilio inquirit. Eluctatus in ſilvoſum quendam herbidumque montem ab aquis redundantem gradum figi jubet, proſtratisque arboribus, & circumducto ligneo munimento ſedem ſtabilem meditatur. Laborantibus undique ſe ſe male pendentia offerunt rudera cujusdam hic olim poſiti perampli ædificii; atque ut illorum temporum pervetuſti teſtabantur annales: conſtitit hic loci olim inſignis urbs *Brzimota* a veteribus Bojohemis condita. (*b*) *Brzimota urbs.*

ANNUS JESU CHRISTI 805.

LEONIS III. PAPÆ 11. CAROLI IMPER. 6.

WOGENI 2.

(*a*) De Wrſſovezio jam ſupra egimus. *Michle* pagus etiam hodie eſt non longe Wrſſovezio, tum Praga nonniſi itinere mediæ horæ remotus ad Univerſitatem Pragenam ſpectans.

(*b*) Vox hæc Brzimota dialecto veterum Bojorum ſeu Bojemorum minime reſpondet. Ceterum cum Hayecius & Annales noſtri rebus ejusmodi minoris momenti paginas integras complent, de quibus veteres ne ſomniavere quidem, rem omnium memoratu digniſſimam, & ab omnibus coævis vetuſtisque hiſtoricis notatam præterivere, ſcilicet Caroli M. bellum contra gentem noſtram hoc anno geſtum. E quibus quis non diſpiciat Scriptorum his temporibus in Bohemia defectum, qui profecto hiſtoriam hanc præ tot ludicris rebus, nugisque certo certius poſteritati tranſcripſiſſent. At quod magis mirandum adhuc ſæculo XVI. quo ſcribebat Hayecius, hæc patriæ noſtræ homines

Digitized by Google

latuisse, ut pene primus omnium Weleslavinus tum Goldastus reputandus sit, qui eorum meminere, quanquam alter passim acri, ne dicam calumnioso, in gentem nostram usus calamo. Sed quod jam hoc bellum fuerit ex Prætermissis palam fiet.

PRÆTERMISSA.

Posteaquam per omnes finitimas regiones tum a meridie, tum occidente, tum septentrione, ut supra vidimus, Franci arma sua explicassent, tandem hoc anno fortunam in Bohemis experiri ausi, qui ex finitimis prope jam soli restabant vincendi. Nec dubium eos postremos veluti omnium, quos Carolus bello peteret, relictos, quod illi eorum virtus bellica non esset incognita, quemadmodum id non obscure innuit Poeta Saxo canens:

Poeta Saxo ad h. a. Apud Leibnit. T. I.

Natio Slavorum studio satis aspera belli,
Quos Behemos vocitant.

At quoniam plerique vetusti expeditionem hanc causasque per compendium referunt, libet hic eos exscribere, qui copiosius tractarunt, & ex plurium relatis unam veluti historiam texere. Et primum quidem causam belli ex Eginhardo coævo cognoscamus: *Non multo post, inquit, Cuganus princeps Hunorum propter calamitatem populi sui imperatorem adiit postulans sibi locum dari ad habitandum inter Sabariam & Carnuntum, quia propter infestationem Sclavorum, qui Behemanni vocantur, in pristinis sedibus esse non poterant; illi enim omnem terram Hunorum depopulantes Lechonem tunc ducem habuerunt. Hunc Imperator benigne (erat enim Cuganus Christianus nomine Theodorus) suscepit, & precibus ejus annuens muneribus donatum redire permisit.* Jam reliqua ex aliis, qui in belli expeditione enarranda locupletiores sunt Eginhardo. Et quidem Annales Metenses ita scribunt: *Eodem anno cum esset Imperator* (Carolus) *in palatio, quod situm est aquis, misit exercitum suum cum filio suo Carolo in terram Sclavorum, qui vocantur Behemi,* (Annales Moissiacenses habent loco Behemorum Windones) *& tres vias in eandem regionem exercitum penetrare præcepit. Partem autem exercitus cum Carolo Rege filio suo per orientalem partem Franciæ seu Germaniæ ire præcepit, ut Hircano saltu transjecto jam dictos Slavos invaderet, Aliam vero partem per Saxoniam dirigens, ut ex altera parte cum Saxonibus & innumerabilibus Sclavis transito ab Aquilone jam dicto saltu in Sclavos prorumperet.* (Annales Moissiacenses iter hoc fuscepturn fuisse scribunt super *Werinefelda & Dervellion*, & priusquam Saxonicus hic exerci-

Eginhard. ad h. a.

Annal. Metenses ad h. a. Apud Duchesne T. III. p. 262. Annal. Moissiac. ad h. a.

Idem ibid.

Digitized by Google

citus in Behemos veniret, se seque duobus aliis exercitibus conjungeret, invasam fuisse *Weissenfelsam* ad Salam, & *Dyrnburgum* in terra Soraborum, expugnatum & victum Regem Soraborum *Samelam*, coactumque ad dandum filios suos obsides fidelitatis) *Tertia quoque ex parte expeditionem totius Bajoariæ in eandem regionem intrare jussit.* (Ducibus Adulpho & Werinhario, inquiunt, Annales Moissiacenses) *Venientes autem undique in planitiem Behemi universi Principes diversarum gentium in conspectu Regis* (Neustriæ) *Caroli pervenerunt. Castra metati sunt autem haud procul a se illi innumerabiles exercitus distantes* (Annales Moissiacenses tres exercitus Caroli convenisse ajunt ad fluvium *Agaram*, & inde venisse ad *Camburg*, & illud obsedisse) *Caroli autem Regis & Principum, qui cum eo erant, imperio usus totus ille exercitus ipsam regionem invasit. Sed Sclavi in vias & saltus penetrantes se minime ad pugnam præparaverunt. Vastata autem & incensa per XL. dies eadem regione* (Annales Moissiacenses inquiunt: Caroli exercitum vastasse regionem in circuitu in ista parte Albiæ, & ultra Albiam) *Ducem eorum nomine Lechonem occidit. Et dum nec jam pabulo equis, aut cibariis exercitui superessent, vastata & ad nihilum redacta jam dicta regione ad propria reversus est.* Hactenus Annales Metenses. Huldricus Mutius sæculi XVI. Scriptor, historicus alioquin gravis longe prolixiorem narrationem hujus expeditionis, cladisque per Bohemos acceptæ profert; sed quoniam fontem non indicavit, unde eam hauserit, nec in veteri uspiam sic relatam, quin cum historia Annalium Metensium & Moissiacensium pluribus locis pugnantem reperi, eam hic prætermitto, ad eumque, si legere libuerit, lectorem remitto. *Huldr. Mut. hist. Germ. l. 9. c. 9.*

Jam vero quoniam in his Annalium allatis locis multa vetustatis cymelia, multa etiam præsertim in Topographia obscuriora; pro ingenii nostri tenuitate aliquam eis afferre lucem connitendum erit. Et

I. Quidem habemus præcipuam causam suscepti a Carolo contra gentem nostram belli, quod ea Caganum Christianum, Theodorum nomine, clientem & vasallum Caroli tantum infestaverit, ut is sedes suas mutare cogeretur. Jordanus alteram attexit, quod Bohemi cum Sorabis, Moravisque vicinis fœdus pepigerint, quod non incredibile: quandoquidem diversarum gentium Principes in Bohemorum exercitu leguntur. Bonfinius denique aliam præterea: quod Bohemi ferebantur Saxones ad defectionem sollicitasse. Hæ duæ causæ, si quod præterea pondus habuere, transmittimus, at vix tolerabile, quod Goldastus more solito contendit: Bohemorum rebellionem Carolo causam *Jordan. orig. Slav. n. 1015.* *Bonfin. rer. Hung. Dec. 1. l. 9. Goldast. de Regn. Bob. l. 2. c. 2.*

Digitized by Google

ſam præbuiſſe ad arma expedienda; quam in rem citat Poetam Saxonem. Sed præterquam quod falſum ſit, quod Poeta Saxo de rebellione aut ſimili phraſi quidpiam loquatur, ridiculum eſt id *rebellionis* nomine bellum impertiri, quod gens ſui hactenus juris, nulli omnino cum alieno principe cœpit. Quam ob rem Goldaſtus crebris Labbino tum in ſua Epitome, tum maxime in Decade I. vapulavit, quidem merito.

II. Diſcimus: Caganum hunc Theodorum aliquas transdanubianas plagas (quas autem, ignotum eſt) incoluiſſe, & quidem Bohemis aut Moravis vicinas. Quod vel ex eo maxime convincitur, cum ante ſtet annis ſuperioribus Hunnos e cisdanubiana ripa interfectis ejusque Caganis remotos, & hic vel ipſe Theodorus jam veteres Hunnorum deſertas terras inter Sabariam & Carnuntum (Sabaria, inquit Lambecius, Zagabria eſt ad ſiniſtram Savi fluminis ripam e regione Segnæ inſulæ; Carnuntum vero oppidum Hamburg ad Danubium) colo petierit, obtinueritque, ut ſic interjecto Danubio ſecurior. Atque veroſimillime cauſam nullam aliam fuiſſe Bohemis, quod Carolum hunc infeſtarent, quam quod is nimium, utpote jam Christianarum partium Caroli ſtudioſus fuerit, quem itaque tanquam viperam in ſuo fovere periculoſum videbatur genti noſtræ tum adhuc ethnicæ. Quo pacto autem, aut per quem Caganus iſte Chriſtianis ſacris imbutus ſit in his Aquilonaribus plagis, non conſtat, ſeu hunc S. Gothicum dicamus, ſeu Urolphum Patavienſem Epiſcopum, quorum uterque ex his plagis Evangelium Chriſti annunciaſſe barbaris conſtat; nec dubium plures fuiſſe Chriſti præcones, quorum memoria intercidit. Ceterum hunc ipſum Theodorum vix reducem fatis ſublatum, aliumque itidem Clientem Caroli ſuffectum, cui Imperator jura veterum Caganorum confirmaverit, refert Eginhardus. Annales etiam Ratisbonenſes alterius iſtius Cagani nomen *Abraham* produnt, quod eum accepiſſe ajunt, dum in loco *Fiskaba*, (hodie Fiſchemunter in Auſtria) ſacris baptiſmi aquis ablueretur.

Lamb. Bibl. Vindob. l. 2. c. 5 p. 348.

Buccellin. in Annal. Germ. ad An. 802.

Pray in Annal. Hunn. ad h. a.

Eginhard. ad h. a. Annal. Ratisbon. ad h. a. apud Mabil. in Ver. Analect.

III. Ut jam, ad Topographiam verſi, vias, quas tres Caroli exercitus in Bohemiam prehenderunt, expediamus: Primus ex Orientali Francia, ſeu hodierna Franconia & Turingia per ſaltum Hircynium perrupit, Francos Turingosque a Bojemannis diſterminantem. Pray hactenus dubitavit *Hircanum ſaltum* partem eſſe ejus ſaltus, quem

Pray in Annal. Hunnor. ad

Digitized by Google

vetustissimi latini Scriptores *Herciniam Silvam* appellarunt, cujus descriptionem per suas partes jam in Prodromo nostro fecimus. Hoc vero jam Caroli tempore proprie ille tantum *saltus Hircanus* dictus est, uti ex Annalibus Metensibus a nobis ad annum 803. allatis liquet, qui proprie *Hercinios montes* nuncupatos ambiebat, hodie *saltus pinifer* seu Fichtelberger Wald appellatur, qui etiam hodie Bohemiæ limites attingit; quanquam olim latius excurrerit. Balbinum in Prodromo nostro secuti saltum hunc olim a Slavis Ssumawa vocatum diximus; sed id verosimillime de alia ejus silvæ parte ad Prachinensem regionem spectante accipiendum est. Nam si Henrici III. Imperatoris diploma de finibus Episcopatus Pragensis consulamus, ex hac plaga reperimus *Tugost, quæ tendit ad medium fluminis Cheb* seu Egræ. Jam si nomenclaturam Slavicam vocis *Tugost* inquiramus: palam est *Dugh* seu *Dug* Slavis connotasse idem, quod longum seu prolixum, *Gost* & *Gast* vero silvam, ut itaque *Duggost*, seu prout procul dubio corrupte scriptum *Tugocz*, nihil aliud quam *prolixam silvam* saltus hujus Fichtelbergensis connotet, quemadmodum *Zagost** Bohemiam inter & Budissinam provinciam nihil aliud, quam regionem post silvam connotabat. Per quam igitur (nempe per hodiernam Egranam & Cubitensem regionem) prima pars exercitus Caroli in Bohemiam intravit. Et quidem jam hoc ipso ævo sub Wogeno Chebanam, seu Hebanam (id est Egranam) regionem pertinuisse ad Bohemiam probat Stranskius** ex Comitiis Regni anni 1615. Altera pars exercitus e Saxonia egrediens innumerabilibus Slavis (scilicet Transalbinis, & cumprimis Obotritis) auctus prius Soraborum Boemis fœderatorum terras (quæ intra Salam & Albim fluvios erant) aggressus est, ne scilicet Caroli in Boemiam irrumpens miles tergo suo incumbentem hostem metueret. *Weissenfelsa* & *Dyrnburgio* Slavorum castellis expugnatis, Soraborumque Duce Samela victo per eundem Hircanum saltum eo etiam procurrentem arma in Bohemiam intulerunt; e quibus liquet hanc exercitus partem per hodiernam Vogtlandiam aut Misniam irrupisse. Ceterum Weissenfelsa hodie ad Salam superest inter Naumburg & Mersburg sita; quæ autem illa *Werinefelda*, *Dervellion*, & *Dyrnburgum* fuerit Scriptoribus Saxoniæ enodandum permittimus, quæ neque apud Cluverium, neque Abbatem Gotvicensem notata reperimus. Tertia & postrema pars exercitus ex Bojoaria, verosimillimeque Ratisbona communi illo Caroli armilegio movit, rectaque ad fluvium *Agaram*, ubi omnium trium exercituum unio designata fuerat, contendit. *Agara* fluvius est nostris majoribus *Ogra* dictus, hodie

An. 805. Prod. Annal. Hayec. p. 81.

Cosmas in Chron. Boh. ad An. 1086. Lodereker in Vocab. sept. Frencel. in Nomenclat. utr. Lusat. Emendationes Cosmæ ex Codice Dresd. apud Menk. T. III.

**Diploma Primislai Ottocari An. 1213. de finibus Zagost & Budissin.*

***Stransky Reipubl. Bojem. c. 2. §. 19. Poeta Saxo ad An. 782. apud Leibn. T. I.*

Digitized by Google

Chron. Gotvic. in Tab. Geograph. Med. ævi.

die Egra vocatur; ut etiam sentit Abbas Gotvicensis, nomenque olim non a fontibus Egræ, qui nostris *Cheb* dicebatur, sed *Teplæ*, ut jam alias ostendimus, traxit. Quæ autem illa planities ad Egram flumen fuerit, in quam omnes tres exercitus Caroli convenerunt, & in cujus conspectum etiam gentis nostræ agmen progredi minime formidavit, incognitum est. Non longe ab Albi abfuisse vel ex eo liquet, cum etiam ultra hunc fluvium regionem vastatam asserant Annales Moissiacenses. Tam obscurum etiam est, quodnam illud *Camburg* in Bohemia dicamus, quod Caroli exercitus obsedit, cujus nominis in historiis nostris ne vestigium quidem supereſt. Sed ne Slavicum quidem vocabulum est; aut enim corruptum est, & verosimillime locus *Kam* appellatus fuit, cui author Germanus Annalium Moissiacensium teutonicam vocem Burg addidit, ad indicandum locum hunc castrum fuisse, aut locus hic appellationem hanc in lingua Teutonica præter suam primigeniam Slavicam nactus est; quemadmodum de supra allatis Soraborum castris patet, quibus Germanica vocabula a Sorabis itidem Slavis indita fuisse vix credibile. Nisi fortassis *Kad* seu *Kadanburg* dicamus, ut hoc nomine *Cadana* vetustum olim Bohemiæ castrum, hodieque non ignobilis civitas veniat, quæ in eo regionum tractu sita est. Ceterum non obscure conjicitur gentem nostram hoc anno pertinaciter ripam dextram Egræ propugnasse, ut trans fluvium hunc Caroli exercitus progredi nequiverit, atque ita nonnisi eam modicam Bohemiæ partem, quæ ex hujus fluminis lævo latere est, occupasse atque vastasse.

Pessin. Mart. Morav. l. 1. c. 3 & l. 2. c. 4. Mart. Gall. ad h. a. Cur. in Annal. Silef. Dlugoss. hist. Pohl. 1. Timon in imagine antiq. Hung. l. 2. c. 14 Grosser. memorab. Lusat. p. 1. Frencel. in

IV. Legitur: hac in Bohemiam irruptione Bohemorum Dux *Lecho*, alii *Zecho* habent, occisus. De Lechone hoc, cujusnam gentis fuerit, ingens inter historicos disceptatio: Pessina non modo Moravorum Regem facit, sed & totum hoc Caroli bellum ad Moravos pertinuisse minus recte affirmat. Martinus Gallicus, Curæus, Dlugossus, Timon Polonis vindicant; Scriptores Lusatiæ passim suæ genti tribuunt. Nostri cum Stranskio & Balbino Bohemum fuisse dictitant. Goldastus ex Buntingio & Reusnero contendit Lechonem hunc socerum fuisse Witichindi, cui etiam citato loco accedit Balbinus, imo Fabricius adstruit: eum a Carolo declaratum fuisse præfectum Soraborum, postquam se ei obedientem præbuisset, retinuisse maternas possessiones Zorbecam & Budesciam inter Albim & Salam, unde & Soraborum Landvoitum, & Zarbecæ Burggravium, & Budisciæ dominum

Digitized by Google

num se nuncupaviſſe. Schleinicius* denique è noſtris, qui eorum ſententiam ſequitur, a quibus Zecho ſeu Zechus vocatur, non dubitat aſſerere Slavos Bohemiæ ab eo primum nomen inveniſſe, Zechosque fuiſſe appellatos. At quidquid demum acerrime contendant partium ſtudia, nemo eorum idoneum adhuc vetusque inſtrumentum produxit, quo ea, quæ aſſeruit, rite probaſſet. Et quamquam Eginhardus luculentiſſime aſſerat: tum cum Theodorus Caganus Carolo queſtus eſt, *Bohemanni Lechonem tunc ducem habuerunt*, ante illatum adhuc a Carolo bellum; Ducemque Bohemiæ ſupra laudati Annales Metenſes & Moiſiacenſes, imo vetuſti omnes paſſim faciant; tamen lubens gloriam hanc aliis gentibus ceſſero, modo teſtatum id mihi fiat aliquo vetuſto monumento. Nam cum Annales Metenſes dicant Bohemorum exercitum diverſiſſimarum fuiſſe gentium, neque ego diſputare velim Moravos, Liuticios, Srbos, & veroſimillime etiam Polonos præſertim earum terrarum, quæ poſtea Sileſia appellata eſt, interfuiſſe; ultroque confiteor in patriis noſtris Chronicis hujus Lechonis nullam contineri memoriam. Imo cum ex allatis adferendisque certum ſit, plures in Boemia tum adhuc Duces fuiſſe, penitus mihi perſuadeo, Lechonem hunc nonniſi Belliducem fuiſſe ſupremum, qui diverſarum gentium ſuffragio belli adverſus Carolum adminiſtrationem cum vitæ necisque poteſtate accepit; ut etiam ſenſit Jordanus & Stranskius. Alia præterea de hoc Lechone diſceptatio eſt inter eruditos: num is Rex fuerit? Id certe aſſerunt Annales Pithoeani pluresque alii Francici. Argumentaturque ex his locis Adamus Glafeys: Bohemos ante factam Carolo M. deditionem reges habuiſſe, imo ob id Ludevigium, qui contrarium aſſeruerat, culpat. Sed minus recte: Nam ut advertit ex veruſtiſſimis monumentis eruditiſſimus Dufreſne* ſæpius a medii ævi Scriptoribus nomine *Regum* intellectos Duces, quemadmodum nomine *Regulorum* Comites. Et profecto nominum iſtorum promiſcua uſurpatio liquet ex *Witichindo*, *Todano*, *Samela*, & hoc ipſo *Lechone*, quos veteres alii Reges, alii Duces compellant. Accepere ſcilicet illi vocem regis pro rectore, quod populum regat, non ex majeſtate. Niſi dicere malimus de Francicis Scriptoribus idem, quod alii in Romanis hiſtoricis animadverterunt: ſcilicet ſæpe eos devictis gentium aliarum Ducibus nomen Regum tribuiſſe, ut trophæa ſua gloriamque magis exaltarent: Reges a Romanis devictos, ſibique obnoxios & vectigales factos, Romam etiam Regibus leges imperiumque dediſſe.

*hiſt. Luſat. de pop. Luſ. c. 21. Stransky Reipubl. Boj. c. 6. §. 4. Balbin. in Epit. l. 1. c. 10. in not. Goldaſt. Regn. Boh. l. 2. c. 2. §. 10. Fabric. in orig. Saxon. l. 5. p. 511. *Schleinic. in Mſ. Eginhard. ad h. a.*

*Jordan. in Orig. Slav. c. 29§. 37 Stransky Reipubl. Boh. c. 8. Annal. Fithoeam. ad h. a. Glafeys Pragmatiſche Geſchichte c. 2. Theſ 2. *Dufreſne in Gloſſ. vocab. Rex. Regulus.*

Digitized by Google

V. Discimus hoc anno nequaquam ad deditionem, multo minus ad pendendum annuum tributum compulsos Bohemos, ut passim cum Goldasto sentiunt exteri, nostrique. Nam praeterquam quod de eo apud veteres Francos altissimum silentium, imo ii clare testentur Carolum filium regredi compulsum, quod *nec jam pabula equis, nec cibaria exercitui superessent*, plane innuunt belli exitum hoc anno in ancipiti perstitisse. Imo documenta plura suppetunt: Caroli exercitum male a gente nostra acceptum; sed id a plerisque Francicis Scriptoribus studio gentis suppressum fuisse. Conticent nempe illi passim hoc anno gestum aliquod praelium fuisse cum Bohemis: Sed quis tam facile sibi persuadeat tanti Bohemici exercitus Ducem *Lechonem* sine omni praelio occisum. Ut ita res propemodum in propatulo sit, Lechonem in praelio cecidisse; at Franci, id quod sibi glorioſum erat, scilicet casum Lechonis retulerunt, alteri, quod victoria ex parte Boemorum steterit, pallium, ut non raro fit, injecerunt, scribentes: Carolum annonae defectu compulsum reverti. Ejus conjecturae argumenta suppeditant Annales Hildeshemenses his verbis: *Et Karolus filius Imperatoris Karoli perrexit cum exercitu Francorum in Winidos*, (nomine Winidorum potissimum venire Bohemos jam in Prodromo nostro probavimus, & supra ex Annalibus Moissiacensibus vidimus, qui nos *Windones* appellant) *ultra flumen Albiam. Sed tamen eo tempore non prosperatus est transitus ejus, sed plurimi Francorum occisi sunt.* Jam cum Annales Moissiacenses etiam hoc anno dicant Caroli exercitum progressum *ultra Albiam*, & dein in sua reversum, plane liquet hunc transitum illi cladem attulisse, uti id etiam Annales Francorum apud Lambecium testantur. Hinc recte Paulus Aemilius Veronensis insignis historicus, quem summis elogiis extollit Erasmus Roterodamus & Lipsius, in sua historia Franciae, quam Parisiis scripsit: *Intulit quidem Carolus in Bohemos signa, sed ita intulit, ut clade illata, & vicissim accepta nec omnino victa, nec victricia referret.* Nec enim si Bohemi victi fuissent, deditionemque fecissent, legeremus mox sequenti anno Bohemos Francis insultantes, & auxiliantibus Sclavis rursum ubique in terris Francorum grassantes apud Sigebertum Gemblacensem.

Goldast. in Reg. Boh. l. 2. c. 2. Annal. Mettens. ad h. a.

Apud Leibn. T. I. p. 714

Lamb. Bibl. Vindob. l. 2. c. 5 p. 735. Erasm. Roterod. in Ciceron. Lipsius in notis in I. Polit. c. 9.

Sigebert. Gembl. ad An. 806.

(o)

AN-

Digitized by Google

ANNUS 806.

Vetustæ urbis Brzimotæ restituendæ accensus studio Wrssovecius brevi tempore suorum industria id effecit, ut civitatem Wladarz eo loco conderet. (a) Inde quotidianis excursionibus atque rapinis injuriam sibi a Zatecensibus illatam ulturus, tantum cives perterruit, ut ne pecora quidem pascendi causa in agros silvasque emittere auderent. Jamque parum abfuit, quin a Zatecensibus Præfecturam urbis extorqueret. Et obtinuisset sine dubio id hostilitate, quod fraude nequiit violentus homo, nisi magistratus urbis posita ob oculos Wrssovecii crudelitate ac tyrannide ab insano consilio ad propulsandam vim multitudinis animos vertissent, quæ concitatis animis non modo ad ejus fortunas, sed & vitam delendam quanta quanta æstuabat.

Wrssovecius urbem Wladarz ædificat, inde prædas agit.

Ita in Zatecensi agro bacchante Wrssovecio proles interea mascula Wogeno nata magnæ lætitiæ Wissehrado fuit origo, ab acri ingenio nomen Krzesomysli nacta est. Alii tamen & cumprimis cognati Bancæ uxoris Kwason & Bozdiech ceterique eum Wnyslaw quasi nostram aut in nobis gloriam dicas, (b) appellatum maluere, atque inde profluxit, ut Chronographorum nonnulli eum Wnislaum, alii, iique potissimi Krzesomyslum nuncuparent.

Krzesomysl nascitur.

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 806.

LEONIS III. PAPÆ 12. CAROLI IMPER. 7. WOGENI 3.

(a) Si vera sunt, quæ Hayecius ad annum 812. refert, castrum hoc urbemque dirutam, ac a Wogeno cautum, ne unquam restaureţur, nil mirum, hodie illius nullum supereſſe vestigium.

(b) Quo fundamento & authoritate Hayecius ab omnium vetustiorum sententia deflexerit, Krzesomyslumque pro uno eodemque cum Wnyslao habuerit, minime mihi exploratum est. Veteres cum omnes eos sejunxerunt, Wnyslaumque filium Wogeni, Krzesomyslum vero filium Wnyslai fecerunt. Sic historiæ nostræ Alpha Cosmas: *Cosm. Chron. Boh. l. 1.* *Voyn susceþit rerum gubernacula; hujus post fatum Vnizlaus rexit ducatum. Cujus vitam dum rumpunt Parcæ, Crezomisl locatur sedis in arce.* Anonymus, qui passim hactenus Jaroslaus creditus, Viennæ editus quintum ethnicum Ducem ponit Vnislaw, sextum Crezomysl. Idem facit Dalemilus, Franciscus, Pulkawa, Merignola, Anonymus in Menkenio T. III. Mſ. Teutonicum Bibliothecæ Metropolitanæ, Neplaho, Silvio Mſ. Picturatum, verbo omnes usque ad Hayecium; ut plane non videam, quo pacto is hic asserere potuerit a quibusdam Chronographis Wnyslaum Krzesomyslum appellatum. Hunc errorem Hayecii *Mſ. Lit. G. 33.* quoque advertit Balbinus. Reperi in Annalibus Danduli Venetiarum *Balb. Dec. 1. l. 7.* Ducis inter annum 836. & 840. memoriam Wnyslai Slavorum Principis; is an noster sit, destitutus idoneis argumentis affirmare non ausim, ætas ceterum Chronologiæ Hayecii respondet. Mſ. Picturatum Wnyslaum auspicatum Ducatum memorat anno 656. Ceterum quæ rursum hoc anno Hayecius nobis res veteribus incognitas, neque ullius momenti propinat, gravissimum rursum bellum cum Carolo M. præteriit, ut mox patebit.

PRÆTERMISSA.

Quemadmodum superiore anno Carolus bellum auspicatus a compescendis prius Sorabis, qui hostile quidquam contra Bohemos tentaturo aut viam reditumque præcludere, aut a tergo ingruere possent; ita prorsum hoc anno, postquam Bohemi auxiliantibus Sorabis,

Digitized by Google

is, ut inquit Sigebertus, late graſſati eſſent, arma in Sorabos prius *Sigeb. Gemblac. ad h. a.*
atulit, quibus fractis victisque tandem quoque Boemos ad pacis conditiones, annuumque pendendum tributum compulit. Rem his verbis narrant Annales Moiſſiacenſes: *Carolus miſit ſcaras ſuas ultra Albiam,* *Annal. Moiſſiac. ad h. a.*
ipſe vero movit exercitum ultra Sala ſupra Quercafeldo. Et tunc fuit interfectus
Iaſito (alii omnes Annales Francici habent Miliduoch) *Rex ſuperbus, qui*
regnabat in Suirbis, & poſtea remeavit Albiam, & vaſtavit regiones illas &
ivitates eorum deſtruxit. Et ceteri Reges ipſorum venerunt ad eum, & pro-
miſerunt ſe ſervituros domno & pio Imperatori, tradideruntque obſides, ſicut
lle volebat. Eginhardus vero: *Poſt non multos dies,* inquit, *Imperator* *Eginhard. ad h. a.*
Aquisgrani veniens Carolum filium ſuum in terrum Sclavorum, qui Sorabi di-
untur, & ſedent ſuper Albim fluvium cum exercitu miſit. In qua expeditione
Miliduoch Sclavorum Dux interfectus eſt, duoque caſtella ab exercitu ædificata,
unum ſupra ripam fluminis Salæ, alterum juxta fluvium Albim; (Annales *Annal. Moiſſiac. ad h. a.*
Moiſſiacenſes habent: Et mandavit eis Rex Karlus ædificare civitates
lias unam in Aquilone Magadebourg, unam in orientalem partem *Ludevigii Mſ. Reliquar. T. VIII. in præf. p. 44. citati.*
d locum, qui vocatur Halla) *Sclavisque pacatis Carolus cum exercitu regreſ-*
us in loco, qui dicitur Sili, ſuper ripam Moſæ fluminis ad Imperatorem venit.
Miſſa eſt & manus de Bajoaria & Alemannia, atque Burgundia, ſicut anno
ſuperiore in terrum Bohemanorum, vaſtataque terræ non minima portione abs-
que ulla gravi incommodo regreſſa eſt. Quod vero tum demum tributarii
facti ſint, memorat idem Eginhardus in vita Caroli M. *Omnes barbaras,* *Apud Heinec. p. 138.*
inquit, *ac feras nationes, quæ inter Rhenum, ac Viſtulam fluvios, oceanum-*
que & Danubium poſitæ, linguæ quidem pene ſimiles, moribus atque habitu
valde diſſimiles Germaniam incolunt, ita perdomuit, ut eas tributarias effecerit;
inter quas fere præcipui ſunt Weletabi, Sorabi, Abotriti, Boemanni. Cum iis
tamque conſtixit, ceteras, quarum multo major eſt numerus, in deditionem ſuſ-
cepit. Palacius inter monumenta ſua æri inciſa etiam refert numum
unifrontem in memoriam reportatæ a Carolo M. contra Bohemos victoriæ excuſum, cujus epigraphe eſt: DE VICTIS FIXIT CARLUS MONUMENTA BOHEMIS. Infra vero VIGIL. antia DUCis. Sed quemadmodum alias plures eruditi viri ſeu de oſcitantia, quod numos veteres diligentius non examinaſſet, ſeu plane de impoſtura Palacium incuſarunt, ita & hunc numum ſuppoſititium eſſe plusquam teſtatum eſt. Præterquam enim quod neque Blancius, neque Molinetus, qui *Blan. Traité de monnoyes de France. Molin. in Theatr. de S. Geneveve.*
peculiari opera Caroli M. numos tractarunt, neque alius Francorum
ſcriptorum, numismatumque Collectorum mentionem ejus faciant, il-
lius elegantia a rudi aliorum ejus ævi monetarum ſigno longiſſime re-

Digitized by Google

cedit. Quod ut lector ipse cognoscat, eum sub Num. V. in tabula nostra, qua plures numorum typos exhibemus, recusum proferimus. Hujus generis est illa Bohemiæ legatorum oratio ad Carolum Juniorem, quem Fortunæ filium vocant, elegans magis, quam temporis illius historiis accommoda apud Bernardum Giraldum, quam hic referre supervacaneum censeo. Jam vero ut supra minus expedita quæpiam Scriptorum Franciæ loca enucleemus: Et quidem

Girald. T. I. hist. Franc. l. 4.

Stransky Reipubl. Boj. c. 8. Balb. Dec. 1. l 7. Jordan. in Orig. Slav. n. 1017. Annal. Francofuld. ad h. a. apud Freher. T. I. &c.

I. Ex iis refutatur Stranskius, Balbinus, ac Jordanus, qui Miliduochum, seu ut illi vocant Milidruchum Bohemorum belliducem faciunt; non enim solum apud Eginhardum, sed & reliquos omnes veteres Francorum Chronographos *Soraborum Dux* imo & *Rex* audit. Plures vero fuisse Duces tum adhuc Sorabis, quemadmodum & Bohemis ex hoc Miliduocho distincto a superiore Samela liquet, & annis posterioribus plures etiam in lucem prodibunt. Ceterum Sorabos a Carolo non secus ac Bohemos tantum tributarios factos, non vero etiam vasallos, ut quidam contendunt, ex supra allato Eginhardi loco liquet, quo eos inter *tributarios* solum censet.

Glafeys Pragmatische Geschichte c. 1. Thes. 2.

II. Multi Juris-Consulti, Jurisque Publici Scriptores cum Goldasto contendunt hoc bello Boemiam subjectam fuisse Carolo, quam sententiam Adamus Glafeys tam certam reputat, ut non dubitet inquirere in qualem nexum, æqualemne, an inæqualem Regni Francici Bohemi pervenerint? an servorum instar reputati, an pari conditione cum Francis ceterisque Carolo subjectis populis habiti? At pace Virorum horum Clarissimorum dicere liceat: eos injurie genti nostræ jugum & vincula cudisse, quæ populus Bohemiæ nunquam gessit, & quæ vel ipsis omnibus veteribus Francicis Scriptoribus incognita fuere. Præcipuum certe inter Scriptores omnes locum habere debet Eginhardus Carolo M. a secretis, & vir ea ætate cum Alcuino inter doctissimos reputatus; is vero nusquam scribit Bohemos subjectos, sed *ita perdomitos, ut tributarios effecerit.* Cujus generis etiam fuisse memorat *Abotritos, Weletabos, & Sorabos.* Atque ut populos hos suo juri libertatique relictos distingueret ab illis, quos mox subjectos factos dicturus erat, de prioribus ait: *Cum iis namque conflixit.* Conflixit-itaque & pacis conditiones cum tributo extorsit, non subegit. De aliis vero gentibus loquens inquit: *Ceteras, quarum multo major est numerus in deditionem suscepit. Dediti* autem populi juxta Glossarium Caroli Dufresne

pro

Digitized by Google

pro subjectis & servis recte eo ævo accipiebantur, at minime *tributarii*. Quin si Eginhardi aliorumque veterum Francorum annales diligentius expendantur, tributum istud annuum magis rationem *muneris* & *doni* habuit, quam tributi debiti; hoc enim nomine singulis annis in Annalibus Francorum exprimitur, quoties legati barbarorum ad annuum pendendum tributum Reges Franciæ adiisse leguntur: sic nominatim Eginhardus: *Altero conventu apud Compendium habito, in quo annualia dona suscepit.* Et rursum: *Wormatiam venit, ibique habito generali Conventu, & oblata sibi annua dona suscepit.* Nec incredibile gentem nostram tantum libertatis suæ tenacem Carolo hanc annuam elargitionem pactam, ut speciem & nomen *gratuiti doni* Majestati Caroli debiti præseferret. Nec enim ejusmodi gratuitarum præstationum rationem vetustissimis temporibus incognitam fuisse ex Salviani verbis discimus: *Aurum, quod pendimus, munera vocamus, dicimus donum esse, quod pretium est.* Quanquam non diffitear postea in veram tributi rationem transiisse, idque etiam minis a posterioribus Imperatoribus exactum. At subjectos non fuisse hoc anno Carolo Bohemos instar omnium validissimo argumento nobis est testamentum seu divisionis Charta hoc ipso anno a Carolo confecta, quam ab ipso Leone Pontifice subscriptam memorat Eginhardus, quæque apud Baronium & Pagium reperitur. In hac cum partitionem Regnorum inter tres filios suos facit Carolus, nec mentio fit de Abotritis, Welatabis, Sorabis, aut Bohemis; at dispositionem solum inter eos facit de terris Bojoariæ, Turingiæ, Frisonum, Saxonum, Longobardorum, Hispanorum, aliorumque subjectorum populorum. Hinc recte Albericus Monachus Trium Fontium, & Anonymi Chronicon vetus ex libris Pentheon excerptum Bohemos ab hac subjectione liberant istis verbis: *Regni Karoli tunc erat terminus a Bulgaris sive Illyrico usque ad Hispanos, & a Danis usque ad farum Siciliæ, exceptis adjacentibus regionibus, utpote Boemia, Polonia, Dalmatia, Istria, Venetia, Britannia & aliis quibusdam Provinciis.* Atque si vel ipsa Caroli M. vita ab Eginhardo scripta consulatur, legere est: eum prius ordine quodam omnes subjectos populos terrasque usque ad subactam Pannoniam enumerasse, ac demum ad tributarios populos primum transiisse. Quare perclarum est Bohemos hoc Caroli bello nec subjectos, nec servos, nec aliquo nexu obnoxios factos; atque, si summo juris rigore tributarios dicamus, libertatem suam conservasse. Neque enim tributi præstatio subjectionem, aut nexum certum cum ejus, cui præstatur, regno facit, alias Orientale Imperium universamque Græciam hoc

Eginhard. ad An. 827. Idem ad An. 826.

Salvian. de gubernat. Dei l. 8.

Eginhard. in vita Caroli M. & in Annal. ad h. a. Baron. & Pagius ad h. a.

Albericus I. P. ad h. a. Apud Menken. T. I.

Apud Heineccium p. 137

Digitized by Google

hoc ipso tempore Saracenis subjectam fuisse admittendum erit, cum anno superiore Theophanes memoret: *Nicephorum Orientis Imperatorem ad redimendam pacem pactum esse annuum tributum tricenorum millium numismatum, trium item millium numismatum in caput Imperatoris, & trium millium in caput filii sui Saraceno Principi.* Idemque non semel cum Romanis eveniisse legatur in historiis. Recte igitur Besoldus: *Bohemi in fidem & amicitiam Cæsaris se tradiderunt, ut præter honorem, quem Majestati Cæsareæ debent, cetera immunes & liberi præstarent jura Vladikorum & Lobothonum essent.* Male autem primus omnium Trithemius Ducatum Bohemiæ regno Francorum subjectum fuisse scribit, ante quem ex vetustioribus vix aliquem reperias; nam ii aut rem penitus prætereunt, aut certe non amplius, quam censum illum annuum referunt. Poeta certe Saxo copiosus his in rebus de deditione hac, imo aliorum Slavorum nihil commemorat: id solum subjiciens;

Besold. in discursu de appellat. c. 4. n. 5.

Trithem. in compend. Annal. de origg. gent. Franc.

Plures
Sclavorum populos censum sibi solvere fecit.

Plura hanc in rem argumenta glomerat pro Bohemorum libertate Clarissimus Jordanus in Commentatione historico-politico-juridica de Archipineernatu, & connexione Regni Boh. cum Imp. Rom. Germanico. Potissima compendio hæc sunt: 1mo. Carolum in debellandis Bohemis non suam, sed Avarorum causam egisse, quorum nempe patrocinium susceperat, illudque solum quæsivisse, ut Avares clientes suos ab iis quietos tutosque redderet. Neque enim ad suscipiendam fidem eos coegisse, ut in Bajoariis Saxonibusque fecerat; quanquam is plerumque præcipuus bellorum suorum scopus, & prima inter pacis conditiones teste Eginhardo fuerit. 2do. Slavos Bohemiæ nunquam a Francis seu leges, seu Duces, seu alios Magistratus accepisse, quemadmodum in Saxonibus & Bajoariis evenit. 3tio. Boemos in Comitiis Generalibus nunquam comparuisse, & nonnisi in Annalibus Francorum legationes memorari, quæ cum annuis muneribus advenire solitæ. Ac proinde his verbis concludit: *Libera itaque fuit Bohemia sub Francis Imperatoribus non obstante tributi obligatione. Si quis tamen plus juris in Bohemiam imperio competisse pertinaciter contendat, hoc saltem minime subjectionem, sed comem tantum imperii venerationem ac reverentiam importabit.* Anonymus vero: *Boemiam perpetuo liberam nec alteri subjectam fuisse hæc probant; Potestas summa ferendi & abrogandi leges, constituendi magistratus & ordinandi judicia, deligendi sibi Ducem, accipiendi extremam provocationem, bellum indicendi, pacem pro arbitrio ineundi, pangendi fœdera, feuda dandi & revocan-*

Jordan. de Archi Pinc. c. 4

Anonymus Dissertatione de Reg. i Boh. antiquitate & præeminentia.

Digitized by Google

candi. monetas cudendi ſua non, alterius regula, vectigalia imperandi, exigendi tributa, conferendi dignitates, impendiorum nemini rationem dandi, convocandi Comitia. Hæc, inquit, jura cum ſemper a primis ſuis incunabulis habuerit Bohemia, quis eam neget ſupremam ſemper poteſtatem habuiſſe? aut temere affirmet alteri unquam ſubjectam? Denique Stranskyus: *Et quamvis ſemel atque iterum in eas anguſtias redacti erant Bojemi Principes, ut herbam Germanis Regibus porrigere, pacemque a victoribus pretio redimere cogerentur, nunquam tamen eo potuiſſe adigi, ut libertatem, leges, mores, jura, conſuetudines patrias abjicerent ac ejurarent.* Stransky Reipubl. Boj. c. 3. §. 9.

III. Tributarios hoc anno factos Bohemiæ Slavos diximus, nunc inquirendum, quod id tributum fuerit? Neſcio quid Stransky ſibi velit, dum tributi iſtius initium, item & numerum incertum prædicat. Nam quanquam ejus ſummam nemo nobis Francicorum hiſtoricorum tranſcripſerit, tamen id Coſmas in oratione legatorum Bohemiæ ad Henricum III. Imperatorem his verbis luculentiſſime expreſſit: *Talem,* inquiunt, *legem inſtituit Pipinus Magni Caroli Regis filius, ut annuatim Imperatorum ſucceſſoribus CXX. boves electos, & D. marcas ſolvamus. Marcam noſtræ monetæ CC. nummos dicimus. Hoc teſtatur noſtratum ætas in ætate, hoc omni anno ſine refragatione tibi ſolvimus, & tuis ſucceſſoribus ſolvere volumus. At ſi aliquo præter ſolitum legis jugo nos aggravare volueris, mori potius promti ſumus, quam inſuetum ferre onus.* Ex quo Coſmæ loco corrigendus Thomas Jordanus in notis ad Dubravium, Boregk & Bezkowsky, qui quinquaginta pondo argenti puſtulati, puri autem 50 marcas pendi ſolitas ſcribunt, quem errorem in Jordano jam adnotavit Goldaſtus & Balbinus.* Tributum hoc, ut memorat Adamus Bremenſis, renovavit Ludovicus II. cum gens noſtra id pendere tergiverſaretur. Poſt Arnulphi tempora rurſum gens noſtra ſe ſe vinculis his expedire attentavit; at ut habet Ditmarus, ad id pendendum per Henricum Aucupem adacta eſt, a quo tempore id usque ad Philippum, ut Goldaſtus** ordine refert, præſtitum fuit, dum demum Philippus anno 1200. in Comitiis Moguntinis id Ottocaro Regi Bohemiæ remiſit, quod dein Fridericus II. confirmavit, de quo plura ſuis locis. Stransky ibid. c. 3. §. 17. Coſm. Chron. Bob. l. 2. ad An. 1040. Thom. Jord. l. 5. p. 131. Boregk in Chr. Bob. p. 48. & 86. Bezkowsky Chron. Bob. T. I. c. 18. p. 156. *Golda. de Reg. Bob. l. 2. c. 11. §. 3 Balb. Epit. l. 1. c. 7. p. 29. Adam. Brem. l. 1. c. 34. Ditmar. Merſeb. l. 1. **Goldaſt. de Reg. Bob. l. 2. c. 2.

IV. Scimus ſummam tributi, nunc *quingentarum marcarum* valorem ejus ævi expendere non injucundum antiquitatum curioſis accidet: Magnam hanc ad rem nobis lucem verba Coſmæ ſuppeditant, dum ait: *Marcam noſtræ monetæ CC. nummos dicimus.* Ab ea ætate, qua ſcripſit

Digitized by Google

sit Cosmas, duorum modulorum monetas superstites habemus, alias *majores*, quæ magnitudine *grossum* hodiernum æquant, aut paulo excedunt, aliás *minores*, quæ *cruciferi*, ut vocant, hodierni magnitudinem ad amussim exprimunt, quanquam crassitie & pondere superent. Earum plures typos suis temporibus & locis proferemus, earundemque exempla aliqua excusa jam protulit David Koehlerus. Jam Carolus Dufresne in Glossario suo ostendit medio ævo vocabulum *Numus* passim pro denario seu minori moneta acceptum fuisse, ut igitur CC. illi numi, qui Cosmæ ætate marcam æquarunt, intelligendi procul dubio videantur de numis minoris moduli: Nec enim credibile, tam ponderosam eo ævo fuisse marcam, ut 200. numos majoris moduli, atque ita 13. hodiernas uncias appenderet. Quo itaque aliquam rationem ponderis marcæ eo ævo usitatæ eruerem, appendi *Spitignei* Ducis Bohemiæ numum minoris moduli bene conservatum, eum nempe, quem nuper Excellentissimo Domino Episcopo Litomericensi A. R. ac Eximius P. Josephus Pamer Ordinis S. Benedicti in Emaus Pragæ professus amicus meus suaviſſimus me exstimulante obtulit. Ponderat is $1\frac{1}{27}$. scrupulum, (ein sechszehendl Theil) id est scrupulum integrum & vigesimam quintam unius partem. Quare 200. ejusmodi numi, quos Cosmas marcæ æquiparat, appendunt 208. scrupulos nostros, atque si more hodierno drachmam in 4. scrupulos seces, efficiunt drachmas 52, lothones vero nostros 13. seu uncias $6\frac{1}{2}$. Quod ad valorem intrinsecum attinet, accurate numum dictum Spitignei examinari feci per argentarios nostros Pragenses, qui concorditer ejus pretium ex hodierno argenti valore $4\frac{1}{2}$. seu quatuor & medio crucifero stare ob argenti puritatem affirmarunt, ut ita 200. ejusmodi numos hodierno valore 15. florenos efficere perspicuum sit. Habemus itaque marcæ illius vetustæ Bohemicæ verosimillimum pondus: scilicet hodiernas sex uncias & mediam, seu tredecim vulgares lothones. Habemus etiam illius pretium intrinsecum, scilicet hodiernos quindecim florenos. E quibus jam summam conficere in proclivi est, quam singulis annis majores nostri Francicis Regibus penderunt: videlicet in pondere 203. libras hodiernas & duas uncias argenti, in valore vero hodie usitato: septem millia quingentos florenos præter 120. boves electos, quæ profecto ætate illa summa non minima erat. Ut vero luculentius ostendam rationem hanc marcæ ac ponderis aliis monetis ejusdem ævi respondere: appendi feci duos præterea alios optime conservatos numos majoris moduli, alterum Boleslai II. seu III. qui in Numophylacio Cœnobii Ord. S. Benedicti Brzevnovii asservatur,

David Koehler Münz-Belustigung *P. 6. p. 329. & maxime P. 7. p. 417.*

Digitized by Google

tur, alterum Braczislai Ducis noſtri, qui, proh dolor! in manibus cujusdam rerum harum imperitæ mulieris Brunduſienſis eſt, quæ eum alienare vel eo refugit, quod ſibi a parentibus hereditate pro genuino numo S. Wenceslai, cujus imaginem ac epigraphen averſa fronte gerit, relictum aſſerat. Uterque hic numus, qui diametro hodiernum groſſum Cæſareum æquat, ad amuſſim duos minoris moduli Spitignei numos, adeoque $2\frac{9}{17}$ ſcrupulos ponderat, ut horum igitur centum numero marcam effeciſſe planum ſit. Rem verbis ipſis Slavicis confirmare videtur horum numorum alter Brzevnovienſis: In ejus enim averſa fronte hæc vetus Boemica Epigraphe ſuperſcripta eſt: OMERIZ PRAGA C id eſt *expondere, ſeu ad pondus Pragenſe Centum*; majores enim noſtros numeros latinis literis more Romanorum expreſſiſſe ex tot veteribus Mſſ. vernaculis teſtatum eſt, & vel ex ipſo Hayecii impreſſo Chronico adhuc videre licet, in quo folia ejusmodi Romanis cyphris numerat, quanquam Bohemicam vocem *Liſt* id eſt *folium* addat. Eodem etiam veroſimillime modo explicandus numus, quem David Koehlerus Num I. exhibet, in cujus averſa fronte hæc legitur circumſcriptio: PRAGA CIVIT C, ut illud ultimum virgulatum C mihi aliud vix quam *Centum* connotare videatur, quanquam Eruditiſſimus Eques Sileſius ibidem pro litera *S* acceperit. Atque ut cauſam magis roborem: appendi etiam feci Wenceslai II. Regis noſtri groſſum Pragenſem optime conſervatum, quem quantulum quid amplius, quam duos numos majoris moduli ponderare deprehendi, ut videlicet drachmam integram, & circiter unam tertiam ſcrupuli æquaret. Cum autem Wenceslaus II. ipſe in ſuis Montanis legibus dicat: *Fertonem conſtare XII. groſſis Pragenſibus*, atque idcirco marca 48. groſſis Pragenſibus conſtiterit, palam eſt: adhuc ſub Wenceslao II. hanc ipſam veterem rationem marcæ perſtitiſſe; nam 48. groſſi Pragenſes ab eodem excuſi plane pondus veteris illius marcæ, ſeu hodiernorum 208. ſcrupulorum, aut 13. lothonum exæquarunt. Iſtud vero de marca veteri purioris argenti accipiendum; nam *marca gravis*, quæ paſſim poſtea ſæculo XIV. legitur, ſexaginta quatuor groſſos Pragenſes appendit, quæ dein ob cupri admixtionem magis magisque temporum curſu crevit, ut ſuis annis videbimus. Ceterum numos illos majoris moduli a majoribus noſtris *denarios* appellatos fuiſſe veroſimillimum eſt: Tria enim monetarum genera in veteribus noſtris Chronicis & Diplomatibus expreſſa cumprimis legimus: *Solidos*, *denarios*, & *numos*. Solidi veroſimillime ii dicti ſunt, de quibus in hæc verba Stranskius: *Boleslai*

David Koehler Münz-Beluſtigung P. 7. p. 714.

Montanæ leges Mſſ. Wenceslai II.

Stransky

Digitized by Google

Reipubl. Boh. v. 18. §. 2. *ſævi numus ex parte antica Wenceslai fratris, ex poſtica ipſius Boleslai vultus repræſentabat, & Vallenſis hodierni (Thaler) unam quaſi partem ſextam $\frac{1}{6}$. valebat. Ex eo porro tempore eadem bonitate pondereque is fundebatur usque ad tempora Wenceslai hoc nomine Regis Bojemiæ ſecundi, niſi quod numi cudebantur, ut diximus ſuorum quique - - - inſcripti nomina Regum.* Ut igitur ex calculo Stransky ejusmodi ſolidus prope æquaverit pondus groſſi Pragenſis poſterius a Wenceslao II. excudi cœpti. Quanquam ultro confitear ejusmodi monetam neque hactenus in manus meas pertigiſſe, nec ejus typum apud quenquam monetarum collectorem reperiſſe. Minoris moduli monetas *numos* procul dubio nuncupatos ſupra copioſe oſtendimus; ut igitur nomen aliud non ſuperſit, quam *denarios* appellare eos, qui hodie majoris moduli reſtant ex hac antiquitate.

V. Dubium hic porro oriri poteſt a quonam tributum iſtud originem habeat, & cum quonam Bohemi pacti ſint: cum Carolone ipſo M., an Coroli filio Carolo, an Pipino? aliqui a Carolo ipſo impoſitum ſentiunt, at Annales Metenſes paſſimque Francici alii id Carolo filio tribuunt; rem Eginhardus his verbis confirmat: *Boemanicum bellum ductu Karoli junioris celeri fine completum eſt.* Poeta vero Saxo:

Eginhard. in vita Caroli M. apud Hei, necc,

Quos (Bohemos) *contra miſſus multis cum millibus ejus*
Natus & æquivocus bellum virtute ſagaci
Commiſit, celeri victor quod fine peregit.

Goldaſt. de Reg. Boh. l. 2. c. 2. §. 6. At Coſmas noſter inquit: *Talem legem inſtituit Pipinus Magni Caroli Regis filius.* Quæ verba Coſmæ procul dubio Goldaſtum aliosque in eam ſententiam detorſerunt, ut hoc tributum jam a Pipino Caroli Martelli filio, Carolique Magni patre impoſitum aſſererent. Sed minus recte: omnia enim Coſmæ exemplaria habent *Magni Caroli*, neque nomen *Magni* una litera M. ut pro Martello accipi poſſet, exprimunt. Ut autem vetuſtiſſimorum horum authorum ſententias conciliemus: Clarum omnino eſt ex omnibus Francorum Annalibus a Carolo Caroli filio bellum Boemicum geſtum fuiſſe atque confectum; verum cum iidem annales anno hoc præter vaſtationem Bohemiæ ab illo factam, & reditum ſine omni incommodo nihil de pacis conditionibus initis loquantur, conjicere licet Boemos etiam poſt ejus reditum in armis perſtitiſſe. Sed tandem inquit Paulus Æmilius, *præplacuit Bohemis convenire potius certis pactis, quam denuo explicata acie periculum experiri.* Ut igitur jam poſt reditum Caroli miſſus videatur ad Bohemorum petitionem

Paul. Æmil. in hiſt. Franc.

Pi-

Digitized by Google

Pipinus, qui pacis conditiones, hocque annuum tributum cum illis pepigit. Quo pacto verum erit, quod Cosmas scribit: legem hanc tributi a Pipino constitutam fuisse. In eandem fere sententiam inclinat Jordanus: qui ait: verosimillime Bohemos ad Pipinum tanquam mediatorem apud patrem recurrisse pro pace concilianda, ejusque officiis eandem obtinuisse. Ceterum quantis exercitibus, quantarum gentium evocatione, quantoque armorum apparatu Carolus Hunnicum & mox Boemicum consequens bellum gesserit, plerique coævi difficile explicatu asserunt. Exstat Caroli M. epistola ad Abbatem Altahensem data, qua eundem ad hoc bellum invitat, citatque; ut procul dubio more illorum temporum omnes prope Germaniæ ac Galliarum Episcopi atque Abbates in exercitu Caroli fuerint. In eadem vero epistola arma tunc usitata his verbis describuntur: *Caballarius habeat scutum & lanceam, & spatham, & semispatham, arcum & pharetras cum sagittis, & in carris utensilia diversi generis, id est cuniada* (secures) *dolatoria*, id est dolabra, *terratos*, id est arietes seu ingentia terebra ad perforandos muros, *assias*, id est asseres, *foforios* id est ligones, *palas ferreas*, & *cetera utensilia*, *quæ sunt in hostem necessaria*. Neque id ultimo prætereundum est, quod Aventinus fabulose magis quam vere de eodem Hunnico atque Boemico bello refert: scilicet in exercitu Caroli interfuisse gigantem nomine Ænotherum, eumque stipendium equo sub Carolo meruisse, qui hostes instar fœni demessuerit, & in morem avicularum hasta velut cuspide aut veru fixos humeris suspenderit. Sed procul dubio, cum equo stipendia meritus sit, etiam giganteum equum habuerit, oportet, qui fortassis Bohemos avenæ instar devoravit. Fabulam hanc Aventinus verosimillime ex Turpino fabularum ejusmodi incude depromsit, qui Carolo ipsi M. staturam & vires portentosas tribuit, quique in eundem errorem Chronici Mindensis compilatorem, & Gobelinum Personam induxit.

Jordan. in Orig. Slav. c. 29. §. 39.

Apud Bern. Pez. in Cod. Diplomas. p. 73.

Dufresne in Glossario.

Avent. Annal. Bojor. l. 4. p. 208.

Turpin. in vita Caroli M. & Rolandi c. 20. p. 180. Apud Meibom. T. I. Gob. Person. Ætat. VI. Cosmodromii c. 40.

ANNUS 807.

Primum hunc annum post hominum memoriam fertilissimum habuit Bohemia. Fertilitatis argumentum est incredibilis annonæ vilitas, quæ sic decrevit, ut duo

Summa fertilitas.

Digitized by Google

numuli (a) tantam cujuscunque generis mercarentur frumenti copiam, quantam adulti humeri ferre possent. Boemos itaque omni parte tum ab annona, tum auro argentoque beatos, castra prædiaque struendi incessit studium, sed ceteris omnibus palmam rapuit castrum Lichnicze sic appellatum a monte, cui instratum fuerat. Nobile illud quidem a conditore suo Lidoslao de Hronow præpotente viro, sed rerum postea gestarum gloria multo illustrius. Ei castro demum post aliqua tempora Moravi nomen Lichtenburg indiderunt. (b)

Wratislaus alter Wogeno filius nascitur.

Eo quoque anno alterum Banka enixa filium est, *a regressu gloriæ* magnifico nomine Wratislavum appellatum.

Wrssovecius depopulatur agrum Zatecensem.

Sic Principis fœcunditate cum frugum copia in Bohemia certante, soli Zatecenses communis lætitiæ fuerunt expertes. Wrssovecius rapinis, cædibusque in dies efferatior lætissimum illum Bohemiæ agrum e castro suo more fœdissimi turbinis pervadebat. Nec miserrimæ urbi ad extremam pene redactæ penuriam præsidii alicunde spes, præsertim posteaquam reversi Wissehrado legati tristes renunciarent, in Wogeno nihil opis esse, quod imminenti perpetuo Moravo Principi invigilandum magis incumberet, ne ab hoc respublica quodpiam detrimentum caperet.

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 807.

LEONIS III. PAPÆ 13. CAROLI IMPER. 8.

WOGENI 4.

(a) Præter dictos anno superiore minoris moduli numos argenteos, qui vel hodie pretium quatuor vulgarium cruciferorum excedunt, non incredibile majores nostros viliores quasdam & procul dubio cupreas habuisse monetas. Oblati mihi sunt anno superiore venum facile 60. numero bracteati cuprei oboli in Bohemia reperti, quos pene scyphatos appellare liceat, ii neque magnitudine, neque crassitie obolum vulgarem æquant, signa vero in iis diversa, plurimum vix jam discernibilia, eorum quatuor typum in I. Tabula nostra Num. VI. inter alias monetas exhibemus. At quoniam in uno eorum leonem non indecore efformatum deprehendi, vix quidem hujus ætatis deputavero. Argumentum tamen manifestum est: olim cupreas monetas majoribus nostris usitatas fuisse. Rem confirmat Catalogus Numophylacii Herbipoli annos abhinc facile quinque ab heredibus Reverendissimi hujus loci Suffraganei venum propositi, in quo Ottocari Regis nostri cuprea quoque moneta specificatur. Et quanquam nulli operæ pepercerim, ut vel typum monetæ hujus adipiscerer, remque Moguntiæ etiam, quo Numophylacium istud translatum est, urgerem, vana perpetuo spe lactatus sum. Sed fortassis moneta hæc cum aliis tribus quatuorve Boemicis per eum in lucem publicam proferenda est, qui obstitit, ne earum ectypa mihi darentur. Quod enim consilium aliud viro isti invidiam hanc afflare potuisset, ut non tam mihi, quam universæ Bohemiæ sua vetusta monumenta cognoscendi occasionem eriperet? *Jus Municipale sæcul. XIV. Germ. Mſ.*

(b) Inclyta in gente nostra Lichtenburgiorum familia, cujus ab Ottocaro II. præclara in Annalibus nostris leguntur gesta, ab hac arce nomen invenit; an tamen hæc a Ronoviis, an ex Moravia aut Alsatia originem suam trahat, suis locis excutiemus. Addit ad hunc locum noster P. Victorinus: arx Lichtenburg in agro Czaslavienſi ad undecimum ab urbe Praga milliarium Hussitico bello clarissima, & unicus propemodum scopulus, ad quem allisus Orphanorum Taboritarumque fu-

Digitized by Google

furor, certum semper naufragium fecit. Hoc tamen clariſſimum propugnaculum anno 1429. ad diem 25. Novemb. victas hoſtibus porrigere manus coactum, in prædam ceſſit Joanni Ruſſinovio Orphanorum ductori. Hodie penitus in ruderibus eſt. Hronow ab eo diverſum eſt, cujus ad annum 728. mentionem fecimus; hocce enim Lichtenburgo vix medio lapide diſſitum erat, hodieque oppidum eſt Ronnow paſſim in Geographicis tabulis ſcriptum ſpectans ad Excell. Comitem Franciſcum de Wieſchnik.

PRÆTERMISSA.

Sommersb. Sileſ. Script. T. II. p. 17. Voſſ. in Commen. de reb. geſt. D. Fabiani Burgg. in Dohna Spener. Oper. Herald.

Ab hoc anno Sommersberg, Gerardus Voſſius, Jacobus Spenerus aliique repetunt initia nominatiſſimæ apud nos adhuc ſæculo XVI. familiæ de Dohna, ajuntque devictis Sorabis a Carolo quendam inclytum heroem Galliæ Narbonenſis nomine Aloyſium de Urpach novæ hic erectæ coloniæ præfectum, Comitemque limitaneum conſtitutum, qui ſuam ſedem in Donyn ad Moeglizium in hodierna Miſnia non procul ab Albis alveo fixerit, caſtrumque hic loci condiderit, unde dein ejus poſteri nomen munusque Burggravii Dohnenſis Ludovici Pii tempore acceperint. At erudite ſubdit Carpzovius: tot oriri dubia, ſi res accuratius ex Chronologiæ legibus examinetur, ut vix quidem integra & intaminata fides hiſtorica relatis his tribui poſſit; quas difficultates cum hiſtoria pugnantes fuſiſſime dein ſequentibus paginis perſequitur. Et quidem ſi Annales Francorum, cumprimis Metenſes ſuperioris anni expendamus, caſtra quidem duo excitata legimus, ſed remotiora, alterum ſcilicet ad Hallam, alterum in Magadeburg, nec enim victos & ſubjectos Sorabos, ſed tributarios factos legimus, ut Franci jam in ipſa hodierna Miſnia ſedes caſtraque conſtituerent. Nec denique præter unicum Ducem Comitemve Sorabici limitis etiam poſterius alius hic legitur, &is ne quidem ipſe in Soraborum terris ſedem habuiſſe uſpiam reperitur.

Carpzov. Ober-Lauſnitzer Ehren-Tempel P. 2. c. 1.

Annal. Metenſ. ad An. 806.

ANNUS 808.

Novæ Moravorum latrocinationes.

Evolvens ſe ex hiemali glacie tempeſtas verna non minus atrocem, quam anno præterito Wrſſoveciana fuerit,

Digitized by Google

rit, intemperiem in Bohemiam detulit. Moravi degustata Bohemiæ felicitate nullis jam cladibus arceri poterant, quo minus ex Bohemis prædas agerent. Clam igitur in regionem illapsi super monte quodam Ohby seu Oheh (b) dicto munitionem instruunt, ex eaque emissis manipulis longe lateque latrocinantur, ac complures vicos nominatim Swochow, Dubin, Chotieborz (c) depopulati captiva pecora & incolas in Strazekam & Bytow Moraviæ castella abducunt. Ad hoc malum in radice opprimendum Czaslavus senior delectum juventutis militiæ aptæ ex omni vicinia facit, procurationeque rerum domesticarum filiis suis Slawo & Czasso relicta ipse se in bella ultionemque ardentibus præbet ducem. Cum in conspectum montis, cui Moravi incubabant, ventum est, censum bellatorum iniit, repe-ritque viros octingentos quinquaginta non modo armis, sed & audacia optime institutos, quorum aliis expediti in ictus erant arcus atque sagittæ, aliis enses & scuta, aliis tela & pugiones, aliis tribula, clavæque muricatæ, alii rursum adsistebant instructi fundis atque ferratis fustibus hostilis sitibundi sanguinis. Alter cum illuxisset dies ad munitionem accessere loricatorum nonnulli, flammasque subjicere parant. At Moravi castro eruptionem facientes ingentia in subjectos saxa evibrant. (d) Quod quanquam nullo pene Bohemorum damno exequerentur, Czaslavus tamen pro summa sua prudentia signa vertere, bellumque deinceps trahere constituit, & firmis per intervalla dispositis stationibus latrocinandi causa proditurum hostem operiri, inopinumque opprimere.

Oheh mentio.

Czaslavus contra Moravos prægreditur.

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 808.

LEONIS III. PAPÆ 14. CAROLI IMPER. 5. WOGENI 5.

(a) Incongrue quidem meo judicio has Moravorum irruptiones in Bohemiam Hayecius in hæc tempora rejecit, quibus utique genti de opponendis æquis viribus succrescenti Francorum potentiæ prospiciendum erat; atque si veterum Annalibus testatum est vel eam ob ipsam causam Sorabos fœdus cum Bohemis pepigisse, quis Moravos rerum suarum tam male providos fuisse credat, ut intestino hoc bello se cum gente amica colliderent; ex quo Franci maxima commoda possent capere?

(b) Præterçurrens amniculus idem nomen gerebat; excitum postea hoc loco memorabile castrum, de quo annis sequentibus. Hodie nomen illius amissum est.

Hayec. ad An. 889.

(c) Swochow in regione Czaslaviensi nullum hodie superest, nec Dubin, nisi vicum Duby dicas inter Teudo-Brodam & Humpolec situm. Chotieborz hodiedum oppidum est cum arce nobili ad Illauam. Comitem de Oppersdorf spectans, Teutobroda duobus plus minus lapidibus remotum.

(d) Anonymus Calendarii Weleslavini amplificator, cujus jam aliquoties mentionem ingessimus, in obsidione Carlsteinensi, quæ seculo XV. accidit, *fundas majores bellicas* (sic enim vocat) adhibitas scribit, quæ etiam trecentarum librarum pondus ad passus ducentos & ultra propellerent. Istiusmodi machinæ structuram copiose ac enucleate vernacula lingua describit, cujus exemplum simile cum neque apud Romanos, neque Græcos, neque Germanos legatur, dignissimum mihi visum est descriptionem illius fideliter verbis latinis reddere. Tres trabes, inquit Author, quercinæ trianguli ritu in terram oblique defixæ verticetenus instar pyramidis confluebant, isthic ne a se invicem recederent circulo solido ferreo junctæ erant, ex hujus circuli utraque extremitate ansa erat ferrea, cui utrinque lora fundæ illigabantur. Funda, quæ in medium machinæ ex loris propendebat, constabat multis bu-

Anonymi Mss.

Digitized by Google

bubuli corii commissuris affabre consutis, similiter & illius lora; tanta quidem firmitate non solum, ut etiam trecentarum librarum pondus sustineret; sed & tanta corii flexibilitate, ut ictum non remoraretur. Infra fundam trabes firmissimis ferreis ligaturis, ne inferiori parte ictus vehementiæ cederent, invicem erant junctæ; ex ligaturæ simul sustinebant chalybeum solidum instrumentum, quod instar arcus intendi & remitti poterat; extrema enim sua parte in semicirculi formam contortum firmissime ligaturis ferreis trabique mediæ affixum erat, altera sui extrema parte liberum in palæque normam efformatum, ut accedente vi deprimi posset, ac remissum fundam cum saxo propelleret. In aversa hujus palæ parte solidus erat uncus ferreus, cui catena innectebatur, perque eam dispositis utrinque ferreis rotis machina hæc summa vi lente deprimebatur, seu intendebatur, ut vim haberet elasticam. Dum igitur saxum, seu quodcunque aliud genus fundæ jam impositum, vibrandum erat, summo impetu catena relaxabatur, quo pacto intensum chalybeum instrumentum se se in pristinum statum restituere connitens vi sua elastica tam vehementem fundæ superjectæque materiæ impingebat ictum, ut ad ducentos etiam passus saxa, molesque faciendas per aerem propelleret, ac occurrentia sibi seu subrueret, seu certe labefactaret. Sed saxum, inquit ulterius author, seu quamcunque aliam molem faciendam firmam, aut certe firmo involucro instratam esse oportuit, secus enim ictus machinæ ea in ipsa funda irrito ictu contrivit. Hactenus Anonymus. Monstratur hodie in arce Carlsteinensi saxum in globi figuram ruditer dolatum, quod ipse spectavi, duos prope centenarios ponderans, quod ex ejusmodi machina eo jactum perhibetur. Ceterum machinam ejusmodi Carolo M. non incognitam vocat Turpinus *Petrariam*. *Aptatis, inquit, juxta murum petrariis & mangatellis, & troiis & arietibus*, græce λιθοβόλος dicebatur. *Turpin. de reb. Caroli M. c. 10.*

ANNUS 809.

In alia Bohemiæ parte Wrssovecius, & facinorosorum hominum quotidiano accursu, & Moravica intemperie audacior, non jam ferox persultabat agros, sed ipsa

Digitized by Google

Zatecenſes cum Wrſſovecio infeliciter pugnant.

Zatecenſia mœnia magnis terroribus quatiebat. In his anguſtiis oppidani ab vana alieni præſidii ſpe ad domeſticas vires, ultimamque deſperationem verſi, pugnandum ſibi eruptione putaverunt. Et favit principio fortuna æquiori cauſæ. Zatecenſes enim magno animorum æſtu in confertiſſimos illati, hoſtem loco propellunt, Wrſſovecium ipſum accepto vulnere tardiorem capiunt. Sed mox Wrſſoveciani ex amiſſione tam chari capitis amentibus ſimiles ferociſſime in confuſos invecti centum amplius interfectis, aliis item centum & quinquaginta captis, in caſtrumque Wladarz abductis, ductorem ſuum ex mediis hoſtibus eripiunt, Zatecenſium reliquis propinquitas urbis ſaluti fuit. Hæc clades Wiſſehradi nunciata Wogeno tanto opere doluit, quod amiſſi liberi acerbius dolere patri non debuiſſent. Doloris argumentum jusjurandum fuit graviſſimum, (a) quo ſe Princeps e veſtigio conceptis verbis obſtrinxit, non admiſſurum quietem animo, quam Wrſſovecio parem Zatecianæ ſtragi cladem reddidiſſet, ejusque oppidum ſolo æquaſſet. (b)

Dolor Wogeni ex clade Zatecenſium.

ANNUS JESU CHRISTI 809.

LEONIS III. PAPÆ 15. CAROLI IMPER 10. WOGENI 6.

Helmold. Chron. Slav. l. 1 c. 52. & l. 1. c. 83.

(a) Helmoldus de Slavis inquit: *Neque juramentis facile indulgent.* Et alibi: *Juraciones difficillime admittuntur: Nam jurare apud Slavos quaſi perjurare eſt, ob invicem Deorum iram.* Ceterum cum neceſſitate adacti juramenta præſtitiſſent, memorat ea per idola ſua facta fuiſſe, religioſiſſimeque ſervata, ſcilicet ea plane religione, qua Pertaridus Longobardus apud Eddium Hunnis concivibus Slavorum

Eddius in

Digitized by Google

rum fuisse his verbis confitetur: *Fui, inquit, aliquando in die juventutis meæ exul de patria expulsus sub pagano quodam rege Hunnorum degens, qui iniit mecum fœdus in Deo suo idolo, ut nunquam me inimicis meis prodidisset, vel dedisset. Et post spatium temporis venerunt ad regem paganum sermone inimicorum meorum nuncii promittentes sibi dare sub jurejurando solidorum aureorum modium plenum, si me illis ad internecionem dedisset: quibus non consentiens dixit; sine dubio dii vitam succidant, si hoc piaculum facio, invitus pactum Deorum meorum.* Ex hoc discant, qui Hunnis, Slavisque nullam fidem, religionemque fuisse scripserunt. *vita Wilfridi Ebor. Ep. apud Mabillon. in Act. SS. Ord. S. Benedict. c. 27.*

(*b*) Weleslavinus præter bellum hoc cum Wrssovecio, Moravisque gestum, etiam Wogeno prælia cum Romanis tribuit. Qua in re maxime mirandus Balbinus, qui eum sequitur, cui tamen non incognitum erat vel juxta ipsam Weleslavini Chronologiam pridem Romanos abfuisse Danubio, ubi bella hæc gesta Weleslavinus scribit. *Weleslav. in Genesl. Duc. Balb. Dec. 1. l. 7. c. 7.*

ANNUS 810.

Præfecti, optimatesque, qui Australis plagæ ditiones tenebant, his Moravorum populationibus perculsi conventum egerunt in castro Chlum (*a*) apud Prostislaum Chlumi filium, videlicet Czaslavus, Wozyslaus, Polemilus, Budhostus & Newrzesus. Concordibus animis in hanc abitum sententiam, ut prædatores illos Moravos tanquam grassantem luem patria exterminarent. Id ut assequerentur, non aptius visum consilium, quam si clam per vias vicosque manipulos locarent, qui ab occulto inopinos excipiant, sensimque atterant. Nihil hoc consilio fuisse salubrius eventus docuit; nam insidiarum ignari Moravi, quoquo pene pedem intulerant, misere cæsi, prostratique. Abierat dies unus itemque alter, cum Moravi *Præfectorum Bohemiæ conventus.*

Digitized by Google

decrescere suorum numerum, solitoque paciores ex quotidianis rapinis castrum repetere conspicati, mirari primum unde illa sociorum raritas? cognitis demum Chlumecensibus consiliis, illam arcem ex improviso aggredi decernunt. Jamque silenti agmine procedebant, cum Bohemi insidiarum in tempore admoniti deprehensos iniquissimis locis maxima cæde profligarunt, viarum compendiis fugientes etiam reliquias assecuti, cædes inter ipsas in Moraviam se se infuderunt cum hoste. Quos cum Bohemorum plures turbæ consequerentur, magnam Moraviæ partem ferro & igni deleverunt, castraque Strazick & Bytow, (b) illa latrocinantium seminaria aggressi impressione facta obtinuerunt, nec mora humi straverunt. Victor deinde exercitus cum ultione prædaque diviti gravis ex hostico reversus, ingentem populatibus lætandi materiem dedit. Id cum conspexissent reliquiæ illæ, quæ tutandi castri Oheb causa isthic adhuc restiterant, clam fugam ineunt, inque Moraviam viis abditis vestigia relegunt.

Boemi Moraviā vastant.

ANNUS JESU CHRISTI 810.

LEONIS III. PAPÆ 16. CAROLI IMPER. 11. WOGENI 7.

(a) Nominatissima olim gentis nostræ familia *de Chlum* ab hoc castro nomen traxit. Stetit id adhuc sub Slavatis, quorum nemo id magnifico opere condidit, hodie ex eo nihil superest in regione Czaslaviensi; duo tamen vici Chlum nomen retinent, uterque inter Czaslaviam & Teutobrodam, nec incredibile alterum, qui

qui lapide ab Haber diffitus est, super viciniſſimo ſibi monte aliquando injectum caſtrum habuiſſe.

(*b*) Strazick idem eſſe cum hodierno oppido *Startz*, Bitow vero cum hodierno *Biteſch*, quæ non longe ab invicem in regione Znoymenſi remota ſunt, exiſtimat noſter P. Victorinus.

PRÆTERMISSA.

Hoc anno Pipinus Italiæ Rex Caroli M. filius, qui tributum annuum a gente noſtra pendendum pactus eſt, VIII. Idus Julii anno trigeſimo tertio ætatis ſuæ obiit. Eodem anno adnotat non modo Eginhardus, ſed Annales Hildeshemenſes, aliique per univerſam Europam ſummam bonum luem graſſatam, nec indemnes quosque manſiſſe mortales. *Thegenus in geſt. Ludov. Pii c. 5. Eginhard. ad h. a. Annal. Hildesh. apud Leibnitz. T. I. p. 714.*

ANNUS 811.

Deſertas præſidiariorum fuga Ohebianas munitiones Bojak quidam Slowochuvii filius imperio patris occupavit, ſervitiorumque ſuorum opera brevi tempore in caſtellum monti cognomine vertit, Slowocho patre, Czaslao & Newrzeſo (quod Bojak defenſurum ſe contra Moravos eas ſubſtructiones recepiſſet) ſumtum, operamque conferentibus, nec non in omnem hoſtilis irruptionis caſum certam opem pollicentibus. *Arx Oheb.*

Id opus fervebat tum maxime, cum in Moravia Hormidorus (*a*) Rex dolore acceptæ a Moravis cladis finiumque ſuorum vaſtatorum irritatus maximo apparatu bellum contra Bohemos inſtruxit. Sed molientem immatura mors præoccupavit. *Hormidor. Moraviæ Rex moritur.*

Con-

Digitized by Google

Itemque Lesko III. Dux Poloniarum.

Consimile eodem anno fatum erat Leskonis III. (b) Poloniæ Ducis, cui præter moram Poloni filium Pompilium successorem substituerunt, ceteris fratribus per orientales Sarmatiæ oras principatu dispertito. (c) Sed breve admodum hujus Pompilii fuit imperium, unico relicto filio herede.

ANNUS JESU CHRISTI 811.

LEONIS III. PAPÆ 17. CAROLI IMPER. 12. WOGENI 8.

Dubrav. hist. Boh. l. 2.

(a) Eundem Hormidorum seu Hormidorem etiam profert Dubravius, qui eodem pene cum Hayecio tempore scripsit, quanquam posterius eum sub Nekdani demum imperium rejiciat. At illius in veteri quopiam Scriptore ne vestigium quidem est. Tam inconcinnum quoque: hoc jam ævo Reges Moraviæ tribuere, quibus multo posterius eam adhuc caruisse, consequentium annorum memoriis testatum fiet. Pessina quidem & Stredovskius, eundem Hormidorum tutantur; sed nulla alia quam Hayecii & Dubravii authoritate.

Pessin. Mart. Morav. l. 1. c. 3

(b) Quæ de Leskone III. primi Poloniæ Scriptores fabulati sint, supra retulimus. Idem supra laudatus Kadlubecius præterea ait ab hujus Lesci uxore Julia Julii Cæsaris sorore geminas urbes fundatas: alteram appellatam a nomine fratris *Julius* quæ hodie *Labusk* sit, alteram a suo nomine *Julin* quæ Lublin postea dicta sit. Hanc vero Juliam ab eo postmodum repudiatam fuisse, & pellicem superinductam, ex qua 20. filios susceperit.

Kadlubec. hist. Polon. l. 1. epist. 16.

(c) Ridiculam prorsus terrarum divisionem a Leskone hoc III. factam inter filios suos memorat Sarnicius. Srbia, inquit, cessit Jaxæ, Mysia Vladislao, Zgorzelitia, seu Brandeburgum Premyslo, Rugiani, Pomerani, cum Cassubiis Bogdano, Visimiria Visimaro. Mirum profecto, qui non Bohemiam, Saxoniam, & Franciam alicui filiorum quoque adscripserit, cum 20. numero ei fuisse scribat Kadlubecius.

Sarnic. Annal. Pol. l. 5. c. 2

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆTERMISSA.

Anno hoc Pipinum Carolus alter Caroli M. filiorum in æternitatem consecutus est pridie nonas Decembris, is ipsus, qui gentem nostram bello lacessivit patris imperio. Eodem anno hæc habet Eginhardus: *Imperator - - - alterum exercitum misit in Pannonias ad controversias Hunnorum & Sclaverum finiendas.* Et deinde: *Fuere etiam Aquis adventum ejus expectantes, qui de Pannonia venerunt, Cani, Zauci, Principes Avarum; & Thudum & alii primores Sclavorum circa Danubium habitantium, qui a ducibus copiarum, quæ in Pannoniam missæ fuerunt, ad præsentiam principis venire jussi erant.* Ad priorem locum A. R. P. Pray: *Quæ illæ Avarum cum Sclavis controversiæ fuerint, non memorat Eginhardus. Credibile est limitum causa obortas esse, & quidem cum Marahanis, quod primores Sclavorum circa Danubium habitantium inter legatos, qui cum Avaribus ad Imperatorem Aquisgranum venere, profectos fuisse idem Eginhardus laudato loco perhibeat: Nec enim ea ætate diversi ab Marahanis Sclavi Danubium accolebant.* Idem prorsus sentio; & oppido apparet ex Thuduno seu Thodano, qui isthic non inter Principes Avarum, sed Slavorum primores refertur, quemque non levibus argumentis supra probavimus earum aliqua terrarum spatia tenuisse, quæ postea proprie Maravania seu Moravia dicta. Ceterum minus fideliter hic egit A. R. P. Pray, cum non integrum locum Eginhardi retulit, memoriamque Tuduni præteriit, certe non alio fine, quam quod locus hic sat luculenter Tudunum hunc Sclavum fuisse probet, quem ille Hunnum fecerat; tum maxime ne sua inverteretur sententia, cum eum jam anno 799. abjuratis Christianis sacris interfectum memorat, easque pœnas dedisse, de quibus jam Eginhardus ad annum 796. egerat. Certe ex hoc loco Eginhardi liquet Thudunum adhuc superfuisse, ejusque memorias etiam posteriores annis videbimus.

Eginhardus ad h. a.

Pray in Annal. Hun. P. II. l. 3. p. 288.

Idem p. 181 & 282.

ANNUS 812.

Crebris rumoribus Wrssovecios belli apparatus in majus extollentibus motus Princeps, Comitia totius gentis ad diem XVII. Kal. Maji Wissehradi indixit,

Comitia Wissehradi.

Digitized by Google

perduellibus declaratis, qui contemsissent ad diem adesse. Convenit indicto die ingens Czechiæ universæ multitudo, quam cum confertam vidisset Princeps, egressus laudavit promtam voluntatem, explicatoque, in quo respublica versaretur, periculo, adhortatus est singulos armis se se accingerent, rebusque instruerent omnibus, quæ ad profectionem militarem opus essent. Peculiaris etiam caduceator ad Rohovicium Wrssovecium, illum Bohemiæ turbinem ablegatus. Sed is cum factione sua, quæ erat hominum insania, non modo nullus venit, verum etiam ejus jussu præfectum legato caput in comitii portis clam appendit. Nox erat post comitialem diem prima, qua sacrosancta illa publici legati cervix affixa est. Orto mane cum armata multitudo in Comitium se infunderet, omnibus spectaculo, terrorique fuit cruentum caput. Inde & cujus hominis foret illa cervix percontantibus alios aliis, accursu dejectum portis caput; & quanquam cruor ac sanies lineamenta, notasque vultus confuderant, cognitum tamen Przichi caduceatoris esse illustris viri, quo homine nihil Principi plebique gratius. Fremente populo, patribusque interfectorem magno clamore ad supplicium petentibus ad Principem populi murmur, fremitusque venit. Is conscenso suggestu auctorem cædis Wrssovecium miserabili planctu ostendit. Compositis dein ad indignationem verbis, atrocissima hominis facinora persecutus omnium arma, atque animos in Wrssovecium movit. Diximus alicubi supra Rohovicium Wrssovecium oppidum suum Wladarz ad dubios casus sic munitionibus firmasse, ut

Wrssovecius legatum Wogeni obtruncat.

par-

Digitized by Google

parva manu capi non posset. Ad id oppidum universa multitudo armata egressa octo post dies consedit, hæsitque aliquanto longius, quam vel obsessores exspectarent. Sex certe & triginta fluxere dies, quod Wissehradenses & pertinaciter locum oppugnarint, nec minus oppidum saxorum variarumque ignitarum molium jactatione in oppugnantes obstinate se defenderit. Sed tandem multitudini, virtutique Wissehradensium cedere debuit; nam cum duo de triginta scalarum præsidio muri conscenduntur, Prostislaus invicti animi vir portas effringit, occupatoque cum suis cohortibus aditu obvios trucidat, se seque in oppidum infundens, mox urbanam arcem Wrssovecii domicilium eodem impetu capit. Insidentem hic aureæ sublimem sellæ Wrssovecium deprehendunt, correptumque ad Principem Wissehradum in catenis mittunt. (a) Ab ea re gesta diripiendi oppidi signum datum, quo in discursu, quidquid armatum obviam fuit, concisum. Exhausta præda, injecti tectis ignes, quodque ignes demoliri non poterant, ferramentis excisum. tum triumphantium ritu (b) reditum ad Principem parant, qui victoribus magno plausu obviam progressus, singulorum virtutem elogiis celebravit, addito severissimo interdicto, ne, dum Bohemorum nomen stabit, quispiam oppidum istud resuscitare audeat. Rohovicium vero in carcerem retrudi jussit, atque ne ab alimentis quid ei negaretur, præcepit, scilicet ut incolumis servaretur suppliciis, quæ sua cum proceribus consultatio statuturа esset in ejusmodi scelus, qui Principis nomen ambivisset, jura legationum violasset, totque per provinciam latrocinia incendiaque fecisset. AN-

Wrssovecius captivatur.

Wladare castrum evertitur.

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 812.

LEONIS III. PAPÆ 18. CAROLI IMPER. 13. WOGENI 9.

(a) Pater Victorinus noster ex Dubravio & Paprocio ad hunc locum in Wrssovecii prehensione hæc accidisse memorat: dum capto Wladarzio discurreret ad prædam miles, insolentis laedibrii species dicitur eum in cœnaculo exterruisse. Insidebat, ut dictum, aureæ sellæ in regio ornatu Wrssovecius trucibus oculis, supercilioque gravissimo formidinem cum metu spargens. Perculit ea sive torvitas, sive præsentis animi fiducia, sive ementita majestas militem suos Principes vereri doctum, jamque consternatus recedebat, cum Protislaus trepidanti supervenit, discussoque illo oculorum ludibrio, „ & super cetera inquit flagitia fucum etiam facies larvatum scelus, „ cujus devotum orco caput ultrices dudum Furiæ præstolantur?„ simulque cum dicto stringebat maleficaturus hominem, nisi debitam sibi prædam militaris turba occupasset. Tum enim vero spectaculo fuit & miserabilis Wrssovecii fortuna, & singularis militum rapacitas, cum alii facto impetu Wrssovecium agerent de sella præcipitem, tu ream alii sedem comminuerent: in frusta, raptarent alii hinc, alii illinc male simulatam majestatem, chlamydemque purpuream, & picta tunicam, & armillas, & quidquid pretiosum fulgebat a captivo corpore discinderent; quidam etiam gladiorum capulis miserum hominis caput contunderent; postremo, ubi nihil avaritia habuit, quod rapuret, Wrssovecius sic concerptus ac defloccatus in compedibus Wisbradum missus est.

(b) Jam olim veteribus Slavis Hunnisque aliquem triumphum cognitum, victoribusque belliducibus certos honores decretos antiquis veterum vestigiis proditum; nec dubium similem aliquam notionem jam obtinuisse prioribus sæculis, ut vexilla, arma, ceteræque ex hostico manubiæ publica ovatione in urbem inferrentur; quemadmodum eam anno 1038. descripsit Cosmas, cum Brzetislaus devictis Polonis triumphabundus Pragam ingressus esset. Sua enim vexilla Deorum picturis exornata, suos tubicines, insignemque armorum apparatum ha-

Cosm. Chron. Boh. l. 2. ad An. 1038.

Digitized by Google

habuisse Slavos testatur Ditmarus, antequam adhuc ad Christiana sacra transiviſſent. *Ditm. Restit. l. 3. p. 343. & 345. item l. 6. p. 381. & l. 7. p. 476.*

ANNUS 813.

Everso Wladarzio, Wrssovecio capto perinde quasi fortuna Wogeno se despondisset, ad ceteram felicitatem filiam quoque Stybam illi addidit. Geminata felicitas multiplicem ubique lætitiam peperit. Primores ad natalitia epula vocati. (a) Super mensam injecta a Principe Wrssovecii mentio, quæsitumque ex patribus, quid illo faciendum censerent? inter pocula igitur, quam quisque largissime bibit, tam atrocissime de supplicio sententiam dixit. Una omnium erat mens: quandoquidem rebellionem intentare Principi, ejus populum lacerare, prædari, trucidareque violenter ausus, secus viam in furcam ageretur, quo id supplicii genus exempli instar ante omnium oculos obversaretur. Unus omnium Bozdiechus Principi affinitate junctus nihil eorum probabat. „ Constat, inquit, „ Wrssovecium militarem esse virum, domoque illustri natum, vim is sibi ipse inferat, frangatque gulam laqueo, „ sed absint tortores, absit carnificis manus. „ (b) Verum & huic sententiæ interceſſit Banka uxor Principis, quæ nescio quibus imaginibus insomniisque ea nocte pulsata vaticinantis more edixit: „ Siquidem in præsens Wrssovecium „ interficitis, futurum est, nisi vaticinia me mea fallunt, „ ut Wrssovecia domus Wissehradensem ab stirpe exscin-

Styba filia Wogeno nascitur.

Consultatio de supplicio Wrssovecii.

Digitized by Google

„ dat; sin liberum dimittitis, Wrssovecius ipse manu sua „ Libussæ, Przemyslique progeniem ab radice evellet. „ Ego vero adjiciendum Wrssovecio ad vitæ usuram annum „ reor, interea gravis atque invidiosa fatorum necessitas „ abibit, valeat deinde Bozdiechi sententia. „ In hæc Bancæ verba manibus pedibusque ab ceteris itum.

ANNUS JESU CHRISTI 813.

LEONIS III. PAPÆ 19. CAROLI IMPER. 14. LUDOVICI 1. WOGENI 10.

Helmold. Chron. Slav. l. 1. c. 82.

(a) De Slavorum lautissimis conviviis ac hospitalitate hæc Helmoldus: *Expletis*, inquit, *mysteriis sacris, rogavit Pribizlaus* (Dux Slavorum) *ut diverteremur in domum suam. Et excepit nos cum magna alacritate, fecitque nobis convivium lautum. Mensam nobis appositam viginti fercula cumulurunt. Illic experimento didici, quod ante fama vulgante cognovi, quia nulla gens honestior Slavis in hospitalitatis gratia. In colligendis enim hospitibus omnes quasi ex sententia alacres sunt, ut nec hospitium quenquam postulare necesse sit. Quicquid enim agricultura, piscationibus seu venatione conquirunt, totum in largitatis opus conferunt, eo fortiorem quemque, quo profusiorem jactitantes, cujus ostentationis affectatio multos eorum ad furta vel latrocinia propellit. Quæ utique vitiorum apud eos quidem venialia sunt: excusantur enim hospitalitatis palliatione. Slavorum enim legibus accedens, quod nocte furatus fueris* (videlicet ex hostico; nam inter se severissimis legibus pœnisque arcebantur, ut alias ostendimus) *craftina hospitibus disperties. Si quis vero, quod rarissimum est, peregrinum hospitio removisse deprehensus fuerit, hujus domum vel facultates incendio consumere licitum est, atque in id omnium vota pariter conspirant, illum inglorium, illum vilem, & ab omnibus exsibilandum dicentes, quod hospiti partem negare non timuisset.* Hactenus Helmoldus. Idem fere habet l. 2. c. 12.

(b) Alterum hoc exemplum, quo nobilitati honor habitus, ut ne in carnificis manus incidat, qui mos ad posteros transiit, ut alibi persecuti sumus.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆTERMISSA.

Hoc anno Carolus M. filium ſuum Ludovicum coronari, & Regni conſortem fecit, Bernardum vero nepotem, Pipini filium Italiæ Regem appellavit. *Eginhard. ad h. a.*

ANNUS 814.

Tertium jam annum Rohovicius Wrſſovecius inter ſqualores carceris maceratus, poſteaquam perire volenti non dabatur mors, ſimiliter ac telis confixa ſerpens cùm in jaculatores non poteſt, in venabula vanos morſus exercet, in lacerandis optimatum, Principisque nominibus contumelioſos dentes fatigabat, minasque ſpumabat. Omnium tamen maxime Proſtislaum, aliosque præcipuos tanti mali ſui auctores furioſus mordebat. Quod cum ad Principem delatum eſſet, ſic furere pergenti maturam dudum ſuppliciis animam tandem eliſurus conſilio procerum inito, qui communi ſuffragio ſuperiore jam anno latam in eum ſententiam confirmabant, educi vinctum e carcere, collumque ſibi obſtringere laqueo imperat. Stabat tum forte via publica annoſa trans Moldavam quercus late patentes diffuſa ramos, ea furcæ locum ſubire debuit, inſignis mox Rohovicii nomine futura. Jamque etiam immanis hominum multitudo ad ſpectaculum confluxerat Wrſſovecii videndi, ſuppliciique ſpectandi avida; cum accepto ſigno centurionum validiſſimi reum in catenis producunt. Qui cum fatalem horam, & ſupplicii genus intellexit, circum-

Digitized by Google

cumlato truci vultu, versa in populum rabie execrari, maledicere, pestem ab se genteque sua omnibus atque exitium minari. Inter has execrationes ac diras trajecto Moldava supplicii locum tandem tenuit, insertoque in laqueum collo fauces sibi ipse elisit; cumque ab infelici arbore pendens palpitaret, narravere spectatores, malos dæmones clarissimos sibilos, complosiones, cachinnos vicinis saltibus edidisse. Atque ab iis risibus illi loco *Smichow*, (a) porro autem quercui Rohoviciæ nomen mansit.

Wrssovecius laqueo sibi guttam infringere cogitur.

Smichow.

ANNUS JESU CHRISTI 814.

LEONIS PAPÆ 20. LUDOVICI IMPER. 2. WOGENI 11.

(a) Suburbium id hodie est Micro-Pragæ extra portam, ut vocant Ugezdensem, multis nobilium civiumque Pragensium voluptuariis domibus nobilitatum. His locis Joannes Rex insigne cœnobium Carthusianorum condidit Hussitico furore tandem inter prima deletum. Plura mihi ad manus sunt hujus cœnobii diplomata, in quibus situs hujus monasterii, fundi, viciniæque describuntur, nuspiam tamen nominis *Smichow* mentionem reperio, quin omni loco hanc lævam Moldavæ ripam, terrarumque tractum *Ugezd* appellatum fuisse deprehendo, ut recte argumentatio deduci possit *Smichow* nomen posterius esse. Sic enim habet diploma fundationis anno 1342. a Joanne Rege, ejus filio primogenito Carolo, & Joanne Episcopo Pragensi datum: *In Ugest prope Pragam super ripam fluminis Multavæ sitam.* Et rursum: *Orti Beatissimæ Virginis in Ugest.* Rem alio diplomate confirmat Carolus IV. anno 1360. his verbis: *Domum, Ortum, & Curiam ad nos ut Regem Boemiæ juxta ejusdem Regni consuetudinem per mortem quondam Alberti Venerabilis Arnesti Archi-Episcopi Pragensis Suffraganei; quæ quidem domus in Ugesd extra muros Minoris Civitatis nostræ Pragensis esse dignoscitur situata legittime devolutam donamus.* Ugezd autem locus hic vocabatur, quod

Apud Adam. Gluseys in Anecdot. n. 366. p. 490.

Digitized by Google

quod isthic trajectus major esset plaustrorum oneratorum per Moldavam in ripam alteram sub Wissehrado hodie *Podskal* appellatam, qui quidem in hunc usque diem perseverat, eumque vetustissimum hic loci Hayecius ad hunc annum innuit. Quod enim hodiernis Boemis Přiwoz hoc majoribus *Ugezd* dicebatur. Ceterum reperio circa annum 1430. Joannem *Smikow* vulgo Smikowsky appellatum Cartusianorum vastata & deserta loca occupasse, tenuisseque, scilicet eum ipsum, qui in historiis nostris clarus ob Casimiri Regis Poloniæ factionem, Slanensisque urbis expugnationem. An ab eo locus hic postea nomen *Smikow* seu *Smichow* invenerit, conjectura esto. Hodie intra ipsos muros Pragenses adhuc læva Moldavæ ripa nomen *Ugezd* retinet. Recentior manus in Mss. picturato de Smichow, quod vicum appellat, addit: id anno 1611. a Passaviensibus exustum fuisse.

Frencelius in Nomenclatore utriusque Lusatiæ. Tabellæ Geneal. Mss. in fam. Smikowsky.

Ms. Picturatum in Wogeno

PRÆTERMISSA.

Hoc anno V. Kal. Februarii migravit ad superos Carolus Imperator, a rebus gestis post mortem primum, ut erudite advertit Pagius, *Magni* nomine insignitus; nobis hic duobus ex capitibus commemorandus, tum quod primus is fuisse legatur, qui gentem nostram ad annuum solvendum tributum pacis ergo adegit, tum quod postea illius jam cœlitibus sociati festum ad diem 8. Februarii sub ritu duplici Boemia recolat. Quod verosimillme jam inde a Carolo IV. Imperatore & Patriæ Patre cœpit, qui cum sancti hujus nomen gereret, eum peculiari veneratione perpetuo prosecutus. Nam anno 1372. ut memorat Pessina, partem de brachio hujus divi in Boemiam Aquisgrano attulit, nec non dentem Osnaburgo sibi dono missum eodem anno accepit. Quin ut hujus sancti cultus in patria increbresceret jam anno 1351. augustissimam basilicam cum Collegio Canonicorum Regularium S. Augustini in Carlow seu Carlshof, quæ postea in muros Pragenses recepta est, amplissima cum dote fundavit. Rursum vero ogganiunt exteri quique Scriptores: Carolum in testamento suo seu præcepto, quod moriturus fecit, & quo filiis suis terras partitus est, Boemiam inter alias Ludovico adjudicasse. Sed Welserus, qui hujus præcepti capita enarrat, Boemiæ mentionem non facit. Vicinissimus enim limes Bohemiam attingens, qui isthic adfertur, est pagus *Nortgove*, cujus situm in tabula nostra Geographica huic parti præmissa videre licet. Ceterum audita Caroli morte legationes gentium ad Ludovicum venisse Eginhardus scribit, quas inter & Boemorum fuisse vix

Eginhardus ad h. a.

Pessin. Phosph. Septic. Rad. 1. p. 503.

Welserus rerum Boicar. VI ad An. 806

Eginhardus ad h. a.

Digitized by Google

dubium eſt, quæ ſcilicet amicitiam, pactaque tributi renovarit, cum nuſpiam legatur ſimultates quaſpiam Boemos inter & Francos initio imperii Ludovici interceſſiſſe.

ANNUS 815.

Secuta Wrſſovecii ſupplicium ſumma reipublicæ tranquillitas felicitatem patriæ multis rebus extulit. Wogenus pro ſua prudentia ut cognovit ad majeſtatis incrementa divitias, atque idcirco auri exquiſitionem plurimum facere, eo præcipue intendit aciem mentis, ut populi operam ad rimanda terræ viſcera, proluendaque aurifera ſabuleta excitaret. Nec fefellit eum conſilium; nam ut erat hominum iſtorum verſus Wogenum amor, obſequendique voluntas, ærarium illi Principis ampliſſimis e terra erutis ſpoliis locupletarunt. Contra Wogenus neminem præmio vacuum dimiſit, diſpertitus inter diligentiores agros, montes, vallesque, ut & ii excitatis prædiis domeſticam rem augerent, quandoquidem ad alendas familias annona abundaret.

Eodem anno Wogenus in regione Baubinia aliter Piſecenſi dicta (a) ſuo ſumtu illuſtrem domum condi fecit commodis metallicorum ſervituram. Ejus domus procurationem cuipiam clientum ſuorum Druh dicto commiſit, a quo poſtea caſtrum Druhow nomen ſortitum eſt. (b)

Druhow caſtrum.

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 815.

LEONIS III. PAPÆ 21. LUDOVICI IMPER. 3. WOGENI 12.

(a) Baubinensis regio verosimillime dicta Hayecio, ut etiam sensit Balbinus, a monte Baubin, quem Dresserus montem *Bubonis* vocat, ubi feraciſſimæ aurifodinæ sub Boleslao inventæ; eidem monti instrata erat olim arx paris cognominis, hodie vicus inter hos montes positus nomen retinet. Baubinensis tamen regionis memoria nuspiam mihi adhuc in aliquo vetusto documento occurrit. Ceterum minus recte Hayecius: cum Baubinensem, seu quæ Prachinensis proprie dicta regio erat, hoc ævo cum Pisecensi confudit; nam eas distinctas fuisse etiam posterius ex tot diplomatibus eodem tempore datis liquet. Utraque hæc regio tamen hodie in unum *districtum Prachinensem* dictum coaluit, qui nomen suum non habet ab hodierna urbe districtuali *Prachatitz* appellata, ut vulgo creditur, sed ab vetusta arce & civitate *Praben* seu *Prabno*, cujus rudera apud Horazdiovicium in prærato monte hodiedum Prachiner-Berg nuncupato, & quem in crepidine aurifer fluvius Ottava allambit, spectantur. Cœvus sæculi XI. Scriptor hoc nomine eam urbem vocat. Sic enim ille: *Bretizlaus - - - cujusdam urbis confinia, quæ Praben dicitur causa venationis cum suis adiit.* Quo fato autem postea interierit, non constat. Ante annum Christi 1500. tentavit Puta Schwihovius supremus Regni Judex summus in stirpe sua, ejusque ætatis architectus eam excitare & reconcinnare; sed mors molimen abrupit. Pendent, inquit Balbinus in casum etiam lapides & mœnia, seque antiquitatem sentire demonstrant. *Balb. Dec. 1. l. 1. c. 18.* *In Actis SS. 4. Maji in vita B. Gerhardi.* *Balb. Dec. l. l. 3. c. 3. §. 8.*

(b) Balbinus arcem desertam esse scribit ad Pisekam, ego hujus nominis hodie hic loci nec inter deserta, nec residua ullum castrum reperio. Exstant rudera vetustæ arcis ad vicum Drachow, qui prope Welhartitz est, an idem, affirmare non ausim. *Balb. Dec. l. l. 3. c. 8. §. 4.*

PRÆTERMISSA.

Imperator Ludovicus, inquit Eginhardus: *In loco, qui dicitur Padrabrunna generalem populi sui conventum habebat. Ibi ad eum omnes Orientalium Sclavorum primores & legati venerunt*, & dein subjungit: illum ordinasse *Eginhardus ad h. a.*

Digitized by Google

res Sclavorum. Qui autem hi Slavi orientales fuerint, explicat se idem ad annum 822. his verbis: *In quo conventu omnium orientalium Slavorum, hoc est Abotritorum, Sorabborum, Wilsorum Behemannorum, Marvanorum, Predecentorum, & in Pannonia residentium Avarum legationes cum muneribus ad se missis excepit.* Et quanquam Abotriti, Wilsique passim ab Helmoldo, Lucio aliisque Scriptoribus inter septentrionales Slavos veniant, tamen orientales etiam ii recte Francis dicti sunt respectu Saxoniæ inferioris, quam tum tenebant, & e qua passim suos exercitus contra eos educebant. Hoc igitur anno Behemannorum legatio munera sua, seu annuum tributum detulisse ad hunc Padabrunensem conventum videtur. Quid autem Ludovicus, & quorum Slavorum rebus ordinaverit, est incompertum. E quo Eginhardi loco planum fit: minime verosimile esse, quod Kunschke & Pannach referunt: Sorabos, Slavosque ceteros, quamprimum Carolus M. vita functus esset, Ludovico obedientiam præstare noluisse, seque armorum virtute in libertatem asseruisse. Neque vero præcipuus Helmoldi locus scilicet l. 1. c. 7. §. 3. citatus aliquid eis patrocinatur. Nam is quidem Boemos & Sorabos desciviſse scribit, & jugum servitutis excussisse, non autem post Caroli M. sed Ludovici Regis Germaniæ mortem.

Idem ad An. 822.

Helm. Chron. Slav. l. 1. c. 15.

Luc. de Regno Croat. & Dalmat. l. 1. c. 15.

Kunschke & Pannach. Dissert. hist. de Lusat. sect. 5. §. 6.

Helm. Chron. Slav. l. 1. c. 7. §. 3.

ANNUS 816.

Idem Pisecensis ager primus hoc anno vivum muliebri fastus, luxusque exemplum in Bohemia tulit. Kr sel ex pago Kraslicze (a) homo præpotens, forma egregius matrimonii vinculo junctam habuit Rzepicziam ris secum dignitatis ac formæ mulierem; sed tumore a mi, corporisque robore multum marito superiorem. H sublato hoc ipso anno e vivis viro vidua, id est sui j omniumque mariti bonorum heres facta, (b) jam palam stum diffundere ac explicare cœpit. Nam cum equo v retur (& equitabat ut plurimum cruribus ritu virorum

Rzepiciæ potentis feminæ luxus.

ca-

Digitized by Google

catis) equus aureis phaleris aureis item ſtragulis & ephippiis conſtratus, ipſa laneis cothurnis mire molliterque contextis ocreata geſtibat procul adorari colique, ingente a tergo in talaribus tunicis pediſſequarum numero eam comitante, pompamque augente.

Frequentibus imbribus eluviones enatæ maximæ annum hunc damnoſiſſimum ærario Principis reddidere; nam aquæ plerasque in Bohemia, ac humiliores præſertim circa Piſekam & Sufficium fodinas ingreſſæ ad ſummum opplevere, operaque proluendo auro excitata diſturbavere. *Eluviones magnæ.*

ANNUS JESU CHRISTI 816.

STEPHANI IV. PAPÆ 1. LUDOVICI IMP. 4. WOGENI 13.

(a) Kraslicze in hac regione nullum ſupereſt, Kraſchowitz vicus in confiniis urbis Piſecæ eſt, Kraſslowitz inter Piſekam & Wodnianam.

(b) Ex hoc loco conjicit P. Victorinus noſter: Majorum noſtrorum lege veroſimillime cautum fuiſſe, ut, quemadmodum in multis Poloniæ regionibus hodie perſeverat, uxor in omnia mariti bona ſuccedat. At vero legis hujus apud nos nulla exſtat memoria. Jus Municipale Mſ. Germanicum ſæculo XIV. exaratum in Bibliotheca Metropolitana aſſervatum, quodque ſe plurimis locis ad antiquiſſimas conſuetudines, & leges ſæculi XIII. revocat, uxoribus nonniſi concedit tertiam partem dum ſeu maritus cum herede uno, ſeu absque herede decedit; at ſi plures proles heredes relinquat, uxori nonniſi partem parem cum prolibus decernit. Sic vero illud veteri teutonica dialecto: Von erſten: Ob ein Man an ſeinen tottpett ligt, der mag ſein gut ſchicken, und geben, wem er wil, und wie er wil angehindert, ging aber derſelbe ab angeſchefft, und lieſſi ein haußfraw, und ein kint, ſo

Digitized by Google

sol dy fraw an seinem gute haben ein dritteil, und das kinte czwei teil. Liess aber derselbe mer kinter den ains, und ein haußfraw, und ging ab angeschessfte, so sol die fraw haben an dem gut mit dem kintern ain gleichteil, als vil, als der kinter eins. Ging er aber ab angeschessfte, und liess ein haußfraw, und nicht kinter, so sol haben an seinen gut die fraw ein dritteil, und die andern czwey teil sullen gevallen auf desselben nechsten freund swertes halben, und der frawen sol stet iclichen folgen ir frawlich haußrath, als vor im statpuch geschriben stet. Porro ut ex eodem Jure Municipali liquet, tam dos quam hereditas uxoris tantum restricta erat, ut neque eam alienare, neque oppignorare posset, quo sic post mortem ejus integra ad mariti heredes transiret. Porro non injucundum erit ex eodem Jure municipali referre, quæ ex supellectili domestica decedente marito uxoris reputata sint. Hæc autem sunt his verbis contexta: Wen der man stirbt, so nymt daz weip, daz darczu gerat gehort, noch dem drissengestin, do gehort czu alles, daz geworcht ist von golde und von silber, daz czu frawen gecird gehord, von vingerlein, furspan, taschen, schupeil, von scheiden geworcht, so di frawen pflegen czutragen. Schaf, gens, und anten, und huner, kasten mit aufgehoben liden, Pet, und pful, kussen, und lailachen, und tischlachen, umbheng, sperlachen, ruklachen, tebech, twelin, und weipliche claider, und gebende, flachs und pfanne, die man ausmitet, die geheren czu der gerat, becken, leichter, und die puch, di czu gots dinst gehoren, die frawen lesen, wachskessel, und saumscherin, daz ist alles daz czu der frawen gehoret ꝛc.

PRÆTERMISSA.

Eginhard. ad h. a. *Hieme transacta*, inquit, *Eginhardus, Saxones & orientales Franci expeditione in Sorabos Sclavos, qui dicto audientes non erant, facere jussi, imperata strenue compleverunt, & contumacium audaciam non magno labore compresserunt. Nam una civitate expugnata, quidquid in ea gente rebelle videbatur, subjugatione promissa quievit.* Eadem fere habet Theganus, & auctor vitæ Ludovici Pii. Quanquam Boemi Soraborum his temporibus fœderati fuerint, tamen vix hujus tumultus bellici partem tulerunt, cum id non universam gentem Sorabicam, sed quandam tantum ejus rempublicam spectaverit, quæ expugnata civitate sua illico quievit.

Theganus §. 15. Auctor vit. Ludov. Pii p. 364.

AN-

Digitized by Google

ANNUS 817.

Multa consignata sunt literis de dictæ Rzepiciæ muliebri arrogantia, & stulta ostentatione. Ea elegantem domum castri instar super monte edito locavit nomine suo Rzepicium (a) nuncupatam. In hanc omnem thesaurum auri longe lateque collectum ad sæculi illius admirationem immensum prope acervavit. Erat enim ei maxima turba metallicorum, prolutorum, liquatorumque, quorum inter manus, accedente heræ suæ industria, aurum veluti crescebat, tantumque arrogantis mulieris auxit divitias, ut parem haberet neminem. *Rzepizium castrum.*

Iisdem temporibus Wogenus Princeps vitæ longævitatem sibi pollicens, ut commodis suis filiique consuleret, inferiorem Suilli montis arcem magnifico opere exstrui fecit, (b) Wissehradense porro castrum solus habitaturus, illam cessurus filio. *Arx in Suillo monte magnificentius conditur.*

ANNUS JESU CHRISTI 817.

PASCHALIS PAPÆ 1. LUDOVICI IMP. 5.

WOGENI 14.

(a) Perstat hodie vicus *Rzepicz* templo insignis in regione Prachinensi prope Strakonizium. Ab eo castro cumprimis sæculo XV. nominata erat Rzepicziorum dictorum familia, e qua maxime Chwal & Kunaš Taboritarum Capitanei se se memorabiles in nostris Annalibus reddidere.

(b)

Digitized by Google

(*b*) Quo loco hæc arx ſteterit diſceptatio inter noſtros eſt; plerique in ea loca rejiciunt, quibus a Wladislao II. Rege noſtro palatium regium excitatum eſt, hodieque perdurat. At controvertit Thomas Berghauer in ſuo Proto-Martyre pœnitentiæ; & recte quidem, nam ſi diligentius vita Caroli IV. a ſe ipſo conſcripta, expendatur, non obſcure liquet arcem hanc eo ſpatio ſtetiſſe, quod hodie das Ober-ſt-Burggrafen-Amt e regione domus Lobkoviczianæ appellamus; huc enim acceſſus & currulis & pedeſter longe vetuſtior eſt, ipſumque adhuc nomen alte Schloß-Stiegen indigitat, quam alter, qui per mediam Micro-Pragam ducit, poſt excitatam primum a Wladislao Rege novam arcem inventus, ac poſtea magis magisque euntium pergentiumque commoditati adaptatus.

PRÆTERMISSA.

Eginhardus Annal. Moiſſiac. & Francofuld. ad h. a.

Eginhardus, Annales Moiſſiacenſes & Francofuldenſes inquiunt: Ludovicus *filium ſuum primogenitum Lotharium coronavit, & nominis atque imperii ſui ſocium ſibi conſtituit, ceteros Reges appellatos, unum* (Pipinum) *Aquitaniæ, alterum* (Ludovicum) *Bojoariæ præfecit.* Charta diviſionis,

Baluz. T. I. Capit. p. 575. alii. In præcepto de diviſione Regni Capit. T. I. p. 685. Ekhard. l. 28. c. 135.

quam edidit Baluzius (ut paſſim eam citant authores) refert, quod hoc anno Ludovicus per diviſionem iſtam paternam acceperit *Bajoariam Carentanos, Beheimios, Avaros, atque Slavos, qui ab orientali parte Bojoariæ ſunt.* Idem refert Ekhardus ex Annalibus Metenſibus, additque: Ludovicum quidem in Bajoariam edueandum miſſum, ob ætatem tamen non ſatis adultam interea dum adoleſceret, regnum per miſſos regios Ludovici Imperatoris nomine fuiſſe gubernatum. Ego authorum fidei, qui chartam diviſionis a Baluzio editam citarunt, derogare nolim; attamen ipſius Baluzii Capitularia Francorum tanquam fontes (quæ fruſtra in diverſis Bibliothecis quæſivi) inſpicere præſtabuiſſet; multam enim ſuſpicionem mihi res parit: *Beheimios* perperam fuiſſe intruſos: quî enim illi tum primum poſt Carentanos commemorati? qui commemoratis jam Carentanis rurſum poſtea *Slavi, qui ab orientali parte ſunt Bajoariæ*, qui hi ipſi Carentani fuere, relati? qui *Obotritorum, Wilzorum Soraborum*, qui pari cum Beheimiis conditione cenſebantur, nulla mentio? qui etiam aliarum terrarum Bajoariæ ab occidente finitimarum, quas ad Ludovicum filium recidiſſe certo conſtat, nulla memoria?

Ad h. a. & An. 821. Nithard. l. 1. p.

Annales certe Eginhardi, Laurisheimenſes, Francofuldenſes Bohemanos in hac terrarum diviſione non recenſent, nec Nithardus Angelbertus Nepos Caroli M., nec Anonymus auctor vitæ Ludovici Pii, nec

Ago-

Digitized by Google

Agobardus in flebili ſua epiſtola *de diviſione Imperii Francorum inter filios Ludovici Imperatoris* inſcripta Bohemannos referunt, quanquam aliorum populorum, terrarumque Ludovico filio ſubjectorum accuratam deſcriptionem faciant. At vero concedamus etiam Bohemannos in hac diviſionis charta fuiſſe comprehenſos, certe Ludovicus plus juris in eos non obtinuit, quam ſupra Carolum M. ſub annum 806. acquiſiviſſe fuſe probavimus, atque vel eo inter Ludovici filii populos recenſitos, quod ad Regiam majeſtatem ſuam tuendam eo ævo non leve adminiculum fuerit ſingulis annis *D. marcas & CXX. electos boves* tributi inſtar a Bohemis percipere. Quam ob cauſam etiam Jordanus huic chartæ inſertos credit, argumentisque dilucidat. Chronica certe vetuſtiſſima S. Benigni Divionenſis his verbis nobis patrocinantur diſtinctionem inter gentes ſubjectas & tributarias facientia: *Ludovicus vero* (accepit) *Germaniam hoc eſt Bavariam & Saxoniam & reliqua regna, quæ Carolus M. pater ſuus bellando ſubegerat, id eſt Pannoniam, Daciam, Iſtriam, Liburniam, atque Dalmaciam*, hactenus ſubactas gentes commemoravit author, jam tranſit ad tributarias: *Barbaras quoque gentes, quas tributarias fecerat, qui ſunt Veletabi, Sorabi, Abodriti, Boemani & reliqui, quos longum eſt enumerare. Has omnes gentes memoratus Auguſtus Ludovicus omni tempore vitæ ſuæ habuit ſubjectas.* Priores videlicet pleno jure, poſteriores nonniſi tributi ratione.

86. *apud Kulpiſium. Auctor vitæ Ludov. Pii p.* 369.

Jord. Orig. Slav. c. 29. §. 38. & 29. *Chron S. Bened. Divion. apud Lucam d'Acheri T. II p.* 375.

ANNUS 818.

Wſſeken atrienſis Rzepiciæ perdite Braſſenam dominæ ſuæ pediſſequam deperibat, cujus potiundæ ſpem cum invita hera abſciſſam ſibi videret, non dubitavit Rzepiciæ pandere amores ſuos, Braſſenamque uxorem ſuppliciter poſtulare. Illa ſtomachum bilemque oſtentans, quaſi vero capitale eſſet aliquid ab ſe, quod facere nollet, expoſcere, quadrupedem e veſtigio conſtringi, tum pedes cippo, (a) manus libro vinciri juſſit, revera atrienſis ſui pecuniarum magis, quam captivitatis avida; palam pro-

Digitized by Google

nuncians: eum his vinculis non exiturum prius, quam aurum omne ab eo tulisset. Abierant nonnulli dies, miserumque hominem extrema jam fames urgebat, cum Brassena Wssekenii sui miseriis concitata, ut mutuus amor res est solers atque ingeniosa, perfosso substructoque clam custodiæ loco e vinculorum nexibus captivum explicuit, jamque nova conjux hærens fugientis lateri in tutum cum amoribus suis evasit. In collem eminentem pertingentes, isthic tempore nonnullo clam commorati sunt simul, cum Wsseken collectis hinc atque illinc mercenariis summo silentio domum firmam prius isthic constitutam haberet, quam finitimis id palam fieret. Servitiorum fugam exspectatione omnium mitius accepit Rzepicia; illa enim atriensem suum natura alioqui ferocem atque extrema adversus se audentem verita, speculatores quaquaversum, qui in fugitivos sedulo inquirerent, ablegavit; imo vero, quo arctius sibi obstringeret novos conjuges, vetusque maleficium recenti benefacto restingueret, nuncium ad fugitivos expediit, sancte pollicita, si reverterentur, non modo fugam impunem fore, verum etiam dominæ gratiam, dotemque inventuros. Et stetit promissis femina, acceptaque fide reduces tanto oneravit auro, quantum suæ cujusque manus ferre potuerunt. Tum utrumque oravit, ne amicitiæ porro excolendæ causa longius ab ea discederent. Sic præter spem Brassenæ suæ potitus atriensis, quo Rzepiciæ gratiam referret, eo prorsus loco, in quem veluti in asylum e ma-

Wsseken & Brassena amatores fugitivi.

ce-

Digitized by Google

ceria profugerat, caſtellum Wſſeken (hodie Stieken appellatur) herilium fodinarum propugnaculum permuniit. (b) *Arx Stieken.*

ANNUS JESU CHRISTI 818.

PASCHALIS PAPÆ 2. LUDOVICI IMPER. 6. WOGENI 15.

(a) Cippus machina eſt lignea, qua jam vetuſtas uſa eſt ferreorum vinculorum compedumque loco. Conſtat duabus trabibus dolatis in transverſum affabre adunatis, ut jungi, disjungi, atque vecte appoſito pro arbitrio claudi poſſit. Eo loco, quo trabium commiſſura eſt, exſecti ſunt circuli, ſeu orbes, qui plane diametrum manuum, pedum, collique capiant, in quem ſcilicet etiam collotenus rei, ſi delicti gravitas expoſceret, claudi ſolebant (ſolentque hodie) ac ſubinde plane torqueri. Ejus exempla paſſim adhuc in vicis noſtris proſtantia palam videre licet, in urbibus eorum uſus fere antiquatus eſt. Antiquiſſimæ vero illius ſunt ubivis in hiſtoriis memoriæ. Mſ. multis picturis illuſtratum, quod in Bibliotheca ſua Cæſarea Vindobonenſi recenſet, & cujus etiam icones æri inciſas exhibet Lambecius plane Wenceslaum, vulgo pigrum dictum, Imperatorem & Regem noſtrum, quem a Pragenſibus captum fuiſſe conſtat, in ejusmodi cippo captivum præſentat. Exſtat etiam in urbe veteri, in domus Trautmannsdorfianæ, hodie Schlikianæ nuncupatæ arcula gothico labore inſigniter fabricata, in qua idem Wenceslaus captivus in litera W cippi inſtar efformata in lapide exſectus viſitur. Sed quis ſibi perſuadeat Imperatorem & Regem tam dedecoroſe habitum; ut procul dubio odium populi, quo verſus Wenceslaum flagrabat, hæc indigna majeſtate ſupplicia effinxerit. Ceterum aliud etiam cippi genus quibuſdam dynaſtis in uſu eſt, quod minus vocatur, paſſimque Fiedel audit; id plerumque feminarum in ſcortationes prolapſarum collis inſeri ſolitum, quicum ad publica ſervilia opera condemnabantur; hodie AUGUSTISSIMÆ noſtræ interdicto ſublatum eſt eum in uſum.

(b) Supereſt hodie locus is, oppidique nomen obtinet ſede Comitum Loſy nobilitatum, Strakonicio itemque Rzepicio nonniſi uno lapide diſſitum.

Digitized by Google

PRÆTERMISSA.

Annal. Moiſſiacenſes ad h. a. Annales Moiſſiacenſes hoc anno memorant: exercitum Ludovici, quem in orientem miſerat, cum triumpho reverſum. Contra quos autem hoc bellum geſtum, non liquet, niſi contra Lindevitum Slavorum Ducem, qui hodiernæ Sclavoniæ terras obtinebat, ſuſceptum dicamus; cum Eginhardus dicat ad hunc annum: eum res novas moli-

Eginhardus ad h. a. tum, quod quereretur apud Ludovicum Imperatorem ſe ſe Godolai Comitis & Marcæ Foro-Julienſis Præfecti ibi a Ludovico conſtituti tyrannidem & arrogantiam ferre ultra non poſſe. Quæ vel Scriptorum Moraviæ gratia apponimus, ut teſtatum fiat, has tum terras alios duces a Moravis habuiſſe, quas ipſi jam perperam Moraviæ vindicant.

Pagius in Crit. Baron. ad h. a. Ad hunc etiam circiter annum Pagius rejicit reſuſcitationem Laureacenſis Archi-Epiſcopatus, creatumque Urolphum primum quidem ſedis rurſum Metropolitam (poſtquam ſedes hæc anno circiter 568. fuiſſet ab Hunnis everſa, atque adeo duobus & medio ſæculo paſtore viduata) quem piiſſimum Præſulum ad convertendam gentem Moravorum, ſuſcepta ad eos peregrinatione, nullum non moviſſe lapidem ſcribit. At vero Chronicon Laureacenſium & Patavienſium

Apud Hier. Pez. T. I. p. 1304. Pontificum ejus temporis Archi-Epiſcopum facit Rincharium, ab eoque omnes Moravos baptizatos ait. Eundem denique Rincharium præfuiſſe Eccleſiæ Patavienſi anno 823. prodit diploma Ludovici Pii eidem dicto anno IV. Kal. Julii Francofurti datum apud Lazium, &

*Lazius de migrat. Gent. l. 7. & l. 12. Commen. Reipubl. Rom. ſect. 3. c. 7. Hund in Metrop. Salisburg. in Epiſc. Laureac. & Patav. *Pray in Annal. Veter. Hun. P. 2. l. 3. p. 287. **Calles in Annal. Auſt. l. 3. p. 173 Stredovsky S. Mor. Inſt. l. 1. c. 9. Pray cit. loco.* alterum Ludovici Regis anno ſequente datum apud A. R. P. Pray*. Qua difficultate procul dubio pulſatus Hundius, Gevoldus & A. R. P. Sigiſmundus Calles**: Urolfum Paſſavienſis Eccleſiæ quondam electum Epiſcopum poſtea Romam profectum, & Laureacenſis Archi-Epiſcopatus inſignia ab Eugenio II. impetraſſe memorat. Id quidem Stredovskius & A. R. P. Pray jam ad annum 806. rejiciunt. Sed jam alias notavimus catalogos Epiſcoporum Patavienſium multum eſſe perturbatos, nec juſtam ſeriem, annosque circa hæc tempora poſſe elici, nam Urolfum hunc plerumque ante Hattonem & Rincharium ſtatuunt, eique nonniſi annum tribuunt, ut veroſimilis videri poſſit Hundii, Gevoldi, & A. R. P. Sigiſmundi Calles ſententia ab eo primum nonnisi anno uno tentum Epiſcopatum, ac poſtea reaſſumtum poſt Rincharium, quo ſimul tempore Archi-Epiſcopale pallium ab Eugenio II. impetravit. Jam vero ſive Urolfum, ſive Rincharium Epiſcopum fuiſſe dicamus, Moraviæ hoc cumprimis tempore Evangelii lucem illuxiſſe ex

Bul-

Digitized by Google

Bulla Eugenii alisque supra allatis veterum testimoniis palam est; quam ad rem non parum contulisse videtur finitimi aut in ipsa Moravia considentis Todani seu Tutundi (ut eum Eugenius appellat) Ducis opera jam pridem ad fidem Christianam conversi. Bulla Eugenii Papæ etiam Moymarum Moravorum Ducem circa annum 824. Christianum facit; at de ejus conversione, rebusque gestis ad hæc usque tempora nihil in veteribus notatum reperimus, nisi fortassis hic ipse annus sit susceptæ a se baptismi; ad hunc annum enim Chronicon Monasterii Mellicensis ista apponit: *Illo etium tempore quidam Rex Sclavorum cum tota familia sua est baptizatus in Moguntia.* *Apud Hier. Pez. in Script. rer. Austr. T. I*

ANNUS 819.

Horrida tempestates & terræ motus.

Annus octingentesimus undevicesimus fœdis tempestatibus infamis consecuturorum bellorum tristis erat prodromus. Discedente ab omni parte cœlo perpetua fulgurum coruscatio, gravissima tonitrua, fulminumque ruentium fragor; multa item terræ quassatio, crebrique motus, aliique ab iratis omnibus elementis terrores in iis locis post hominum memoriam non visi, sic omnium animos cum ædificiorum fundamentis concusserant, ut maxima hominum pars desperata salute antris cavernisque subterraneis se abderent. Duo de triginta dies ea rerum convulsio tenuit, post hos cœlestes sensim iræ detumuere, datæque tandem hominibus respirandi facultas. (a)

Nihilo clementior, paulo tamen dispar Polonos affinem Bohemis populum tempestas oppressit. Imperabat illi genti Pompilius seu Popiel eo nomine tertius, qui hoc anno patri cognomini in ducatum successerat, homo crudelis

Digitized by Google

& sanguinarius, qui cum immanissimis suppliciis ac cædibus equestrem ordinem populumque exhausisset, versa postremo in suos rabie Lechum quoque ac Popilium filios truculentus pater jugulavit. Tantam inclementissimi hominis feritatem cum populus non posset, dii ulti sunt, statimque a filiorum cæde infinita agrestium murium agmina in tyrannum immissa, vivum cum uxore & liberis comederunt. (b)

Popiel III. Polon. Dux vivus a muribus comestus.

ANNUS JESU CHRISTI 819.

PASCHALIS PAPÆ 3. LUDOVICI IMPER. 7.

WOGENI 16.

(a) Similia fere in diversis regionibus evenisse annis quatuor posterius, videlicet anno 823. narrat Eginhardus.

Eginhard. ad An. 823.

(b) Hæc de Popilio primus retulit Kadlubecius; qui addit tum stagna, fluvios & paludes fugientem vestigio suo insistentes habuisse mures, a quibus tandem cuidam turri inclusus absumtus sit. Dlugossus porro hoc ipso tempore ait vicinas per circuitum gentes infesto agmine Poloniam ingressas, pro libitu resistente nullo eam spoliis & rapinis afflixisse; quæ Dlugossi verba verosimillime Pessinæ argumento fuerunt, ut hæc scriberet: scilicet posteaquam Popelii istius mortem Mogemirus Moraviæ Dux cognovisset causa electionis novi Principis turbari statum reipublicæ Polonæ, & susdeque agi omnia, ille spe dilatandi imperii sui in Poloniam contenderit cum exercitu, & cum nullum haberet resistentem, negotio facili partem potiorem superioris seu minoris Poloniæ una cum Cracovia urbe in potestatem redegerit. Coactos itaque Polonos electionem Piasti hominis quidem plebeji, sed tamen solertis ac felicis, accelerare; qui consertis postea cum Mogemiro armis causam Polonorum nonnihil restauraverit; nam accepto in prælio vulnere Mogemirus pacem iniit, ac loca quæpiam regno suo viciniora, quæ prius milite suo eripuerat, ceteras inter conditiones retinuit.

Kadlubec. l. 1. epist. 18. Dlugossus hist. Polon. l. 1. Pessin. Mor. Morav. l. 1. c. 3 p. 35.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆTERMISSA.

Hoc anno rursum exercitus in Pannoniam a Ludovico Imp. missus propter Liudeviti Slavorum Ducis bellicos motus; sed is parum prospere rebus gestis coactus regredi. Superbia itaque elatus Liudevitus legatis missis pacis conditiones Ludovico proposuit; sed iis rejectis aliæ ei transmissæ, quas cum Liudevitus execraretur, omnes vicinas gentes, hasque inter *Tunatianam*, seu ut alia exemplaria habent, *Tunaitanam* ad socia arma sollicitavit. Casus tamen hoc anno est a Baldricho Duce Foro-Julienſi ad Dravum, alterumque hostem nactus Slavorum Dalmatarum Ducem Bornam Francorum clientem ab eo quoque cæditur. Collectis Liudevitus viribus mense Decembri in Dalmatiam infunditur, omniaque vastat; cui cum Borna impar esset, nonnisi castellis se tuitus est. Sed occasionem postea nactus, gravi damno ac clade affectum rursum e Dalmatia ejecit, ita fere Eginhardus. E quibus oppido liquet Liudeviti istius regiones ultra Dravum in hodierna Sclavonia, non Moravia, ut multi sensere rerum Moravicarum Scriptores, quærendas esse; quod præsertim ex trium Ludovicianorum exercituum itinere contra Liudevitum anno sequenti prehenso palam fit. Pessina etiam hunc Liudevitum fratrem Mogemiri Ducis Moraviæ facit, quod nec affirmare, nec inficiari velim; ceterum autem bellum hoc Liudeviti etiam Moravos aliqua parte respexisse vix dubitaverim; qui verosimillime sub *Tunaitanorum* populo, quem in studia sua pellexit Liudevitus, comprehendi mihi videntur. Nam qui fuerit, aut quo loco sederit hic populus, nemo uspiam prodidit. At vero ego per *Tunaitanos*, nihil aliud quam Danubii accolas intelligi existimo; constat enim *Duna* Slavis dictum *Danubium*, atque ut genius erat veteris linguæ Slavicæ nomina gentilia passim in *ane* effingendi ut Pomerane, Slezane, Luczane, Marovane &c. *Dunaytane* aliud nihil significarint, quam Danubii accolas, inter quos Liudevito viciniſſimi fuere Moravi.

Eginhardus ad h. a

Pessin. Mart. Morav. l. 2. c. 2 p. 35.

ANNUS 820.

Delapsus secundo Albi in agrum Litomericensem germanus (a) hostis omnem eam viciniam circa Bilinam

Germanorum in Bohemiam irruptio

Digitized by Google

nam Litomericiumque populabundus pervasit, mancipia captivamque prædam retro in patriam ratibus, compactisque trabibus agens. Id cum fieret crebro, hostiumque multitudo & licentia crescerent, anxio Principi, & quo pacto hostem populationibus prohiberet, sollicite cum proceribus consultanti, senatorum nonnemo, quem vulgo Strzek vocabant, suasit: nihil tam e re futurum, quam ulterioris ripæ, ubi Albis latius e Bohemia se se evolvit, munitio; id si fieret, tum hosti secundi adversique fluminis navigationem ereptum iri. Placuit consilium Principi ceteræque senatus coronæ, sollicitatus consultor ipse, perficeret salutare negotium, quod sapienter excogitasset. Is collecta servitiorum manu idoneo maxime loco altæ ripæ ligneam, sed opere munitissimo arcem imposuit, tutamque hoc munimine præstitit ab hoste ea parte provinciam. Arx a consultore ejusque architecto nomen Strzekow invenit. (a)

Strzekow arx.

ANNUS JESU CHRISTI 820.

PASCHALIS PAPÆ 4. LUDOVICI IMPER. 8. WOGENI 17.

(a) Minus recte Hayecius ex ævi sui Geographia etiam sæculi istius, de quo agimus, gentium situm expendit. Ex omnibus coævis constat hac parte ævo isto finitimos fuisse Bohemis Srbos gentem Slavicam, qui omnem terrarum tractum Salam inter et Albim tenuerunt, ut alias ex Eginhardo & Poeta Saxone ostendimus. Multo posterius, ut suis annis indicabimus, & quidem facile post duo sæcula tum primum Germani in has oras penetrarunt. Et quanquam Franci jam castella quæpiam ad ipsa pene ostia Salæ tenuerint, tamen vix credibile eos pervasa omni Soraborum terra demum in Bohemiam ir-

Digitized by Google

irrupisse. Eginhardus certe coævus omnes a Danubio ad oceanum usque protensos populos Slavos facit, sic enim ille: *Omnes barbaras nationes inter Danubium & oceanum positas lingua quidem pene similes, moribus & habitu solum dissimiles &c.* nominatim vero de Sorabis erudite Schoetgenius: dum Sclavi universam Misniæ regionem incolebant, nullæ erant germanicæ nationes hic locorum, verum illæ primum huc immigrarunt, postquam Imperator Henricus I. Sclavos debeliavit. Cuthenus prior, at ejusdem sæculi cum Hayecio Scriptor, nihil de his bellis cum Germanis habitis refert; sed in alium majorem prolapsus errorem: eum Sorabos Germanicam gentem facit, aitque illos Bohemorum commercio linguæ suæ oblitos, in Slavorum mores transiisse, eorumque sermonem adsciviisse.

Eginhardus in vita Car. M.

Apud Kreyssig. P. 4. in hist. dom. de Ilburg. p. 32. Cuthen. apud Welcslav. c. 12.

(*b*) Balbinus castrum hoc in ruinis jacere ait; passim id hodiernum castrum Schrekenstein esse autumatur ad Austam olim munitissimum & adhuc sæculo XV. in historiis nostris clarum. A. R. P. Erber hodiedum inter arces habitatas Celsissimi Principis Ferd. Philippi a Lobkowitz censet.

Balb. Dec. 1. l. 3. c. 8. §. 1.

Erber Not. Illust. Reg. Bohem. c. 8.

PRÆTERMISSA.

Hoc anno tres illi exercitus Ludovici contra Liudevitum expediuntur, quorum alter ex Italia per alpes Noricas, alter per Carantanorum provinciam, tertius per Pannoniam superiorem intravit: omnis exercitus transmisso Dravo fluvio igne & ferro terras ejus vastavit. E quibus situs terrarum Liudeviti contra Scriptores Moravos firmatur.

Eginhard. ad h. a.

ANNUS 821.

Excluſi Albis navigatione Germani, nihilo tamen minus terrestri itinere per juga montium saltusque invios magno numero circa Luczanorum, seu Luczensium agros emersérunt, ac priusquam incolæ adesse hostem plene persentiscerent, expilatis circum oppidis atque incensis, magnam captivorum multitudinem more pecorum præ se

Altera Germanorum in Bohemiam eruptio.

Digitized by Google

agentes in Germaniam tranſtulerunt. (a) Luczani tam improviſo hoſtium adventu, agrisque late fumantibus, non ſecus quam caſus tulerat, exterriti, legatos confeſtim Wiſſehradum mittunt rogatum auxilium. Wogenus pro amore ſuo, quo ferebatur in populum, paternaque ſollicitudine lecta viritim ducentorum capitum cohorte, quam celerrime poterat, laborantibus ferre ſuppetias contendit; & ut ab eorum armis majorem hoſti metum incuteret, plerosque loricis affabre paratis indui, telis, arcubus, ac ſagittis inſtrui, nec non corneos umbones in manus dari juſſit. Ei expeditioni præfectus Kadan quidam vir ſtrenuus, plenusque conſilii. Maturata profectione Kadan ipſos duo de triginta dies nequicquam hoſtem, procul dubio jam rerum harum conſcium ad Liczkam præſtolatus, confirmatis civibus, ac de promta ſua ope, cum neceſſitas tulerit, ſperare juſſis, raptim cum ſuo agmine contra Germanos profectus, ſimilem caſtello domum magnis aggeribus ac vallis ad flumen præterlabens communiit. Atque hæc ipſa domus eſt, quæ deinde civium operumque acceſſu in validam urbem evecta, a conditore ſuo Kadana (b) vocitata eſt. Eas ob res collaudatus a Principe Kadan mercedem laboris inſignia munera cum præfectura caſtri hujus accepit, commiſſa eidem cura finium tutandorum, dataque fiducia: habiturum omni tempore promta & expedita auxilia Principis, ubi vires ſuæ non pares futuræ eſſent.

Kadanus propugnaculum contra Germanos.

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 821.

PASCHALIS PAPÆ 5. LUDOVICI IMPER. 9.

WOGENI 18.

(a) Stranskius hostes hos Misnios facit; sed jam alias docuimus Misniorum, Misniæque nominis originem ad Henrici Aucupis tempora, sæculumque sequens pertinere, ut plane historiæ horum temporum non cohæreat, Germanos his locis sedisse, nisi Sorabos fuisse dicamus: de quibus quidem, præterquam quod in vetustis altissimum silentium, etiam testatum est eos Bohemorum socios ac fœderatos fuisse. *Stranskÿ Reipubl. Boh. c. 2. Prodrom. Annal. Hayec. p. 69.*

(b) Anonymus Poeta Pragæ anno 1611. præso datus, qui urbium Boemiæ origines disticho complectitur, ita de Kadana canit:

Kanad Bojorum arx olim validissima, Kadan
Urbs nunc mutato nomine clara cluet. *Anonymi Poeta v. 28.*

Quod si veteri aliquo documento nixum est, dicere liceat fortassis *Kanad* istud *Kamburg* seu *Kanaburg* esse hactenus incognitum castrum Bohemiæ, quod ad annum 806. proferunt ad Agaram seu Egram fluvium Annales Moissiacenses, & quod anno eodem Carolum Caroli M. filium obsedisse scribunt. Ceterum Kadana hodie urbs est regia in tractu Zatecensi, tredecim ab urbe Praga distans milliaribus in historiis nostris non semel memorabilis.

PRÆTERMISSA.

Eginhardus inquit: *Eo anno dominus Imperator post festi Paschalis expletionem per Mosam navigavit, ibique constitutam annis superioribus, atque conscriptam inter filios suos regni partitionem recensuit, ac juramentis optimatum, qui tunc adesse poterant, confirmavit.* Hæc igitur verosimillime est illa charta divisionis, quam Baluzium inter XVIII. Capitula. Capit. Reg. Franc. T. I. publicasse scribunt authores, & de qua ad annum 817. jam egimus. Eruditissimus Juris-Consultus Adamus Fridericus Glafey conatur evincere publicata hac partitione inter filios Ludovici Pii longe aliam formam accepisse Germaniam. Effectam scilicet vigore hujus *Eginhard. ad h. a.* *Glafey in pragmatischen Geschichte c. 1. §. 2.*

Digitized by Google

Ludovicianæ conſtitutionis Germaniam novæ ſeparatæque reipublicæ e pluribus membris adunatæ corpus; hacque ipſa partitione perveniſſe Bohemos in nexum communem unius & ſejunctæ Germanæ politicæ civitatis, cujus caput Ludovicus Ludovici Imperatoris filius fuerit. Sed jam alias copioſe oſtendimus Bohemiam in nexum alium nullum veniſſe, quam annui cenſus, quod certe de univerſis Slavicis populis teſtatur Poeta Saxo, qui cum enumeraſſet gentes omnes quos Carolus M. ſibi ſubdidit, ſcilicet Vaſcones, Aquitanos, Pyrenæos, Hiberos, Italos, Saxones, Pannoniam utramque, Liburnos, Dalmatas, Dacos, deinde ſubdit:

Poeta Saxo apud Leibnit. T. I. p. 162.

Selavorum populos cenſum ſibi ſolvere fecit
Plures, quam quisquam dinumerare queat.

Neq vero hæc recte conciliari poſſunt, ut jam tum ſeparatum novæ Germanicæque reipublicæ corpus effingatur, cum paulo poſt laceratum infractumque legatur ab ipſo Ludovico Imperatore, qui Carolo filio ſuo juniori dedit Alemanniam, partemque Rhetiæ, ob quod tanta diſſidia patrem inter ceterosque filios orta narrant coævi.

Thegan. Chor. Ep. §. 35 item Nithard. p. 86. apud Kulpiſium.

ANNUS 822.

Annus octingenteſimus alter & viceſimus Bancæ vaticinio inſignis. Hæc futurorum ſcientia nobilis ex occaſione Germanici motus, hoſtiumque repetitis vicibus regionem lacerantium a marito Principe rogata, ſi quid de Bohemicæ gentis fato ex Deorum ſuorum oraculis noſſet? ſi hoſtes porro proſperis ſucceſſibus uſuri eſſent? ſi Principatus Bohemiæ aliquando interiturus, aut linguæ hujus gens delenda? Poſt denum ſenum dierum inducias, nocturnasque placationes & ſacrificia tandem in hæc verba reſpondit: „ Dii ſuperi, & inferi, dii aquei & aerei, & „ illi

Bancæ vaticinatio.

Digitized by Google

„ illi, qui veniunt a quatuor mundi plagis, hoc me reſpon-
„ ſo per Kyhalam (a) dignati ſunt: Genus tuum o Princeps
„ & natio linguæ Czechicæ non ſubjacet fatorum legibus,
„ neque peribit unquam, tametſi defuturæ non ſint gentes
„ alienæ, quæ Principem cum populo delere geſtiant. (b)
„ Tum tu igitur auſculta verbis meis, utque urbs medio
„ patriæ fundata (de qua Libuſſa communis Bohemiæ ma-
„ ter vaticinata plurimum eſt) amplietur, cura. Hæc enim
„ difficilibus atque anguſtis temporibus certo ſemper præſi-
„ dio futura eſt noſtratibus. „

ANNUS JESU CHRISTI 822.

PASCHALIS PAPÆ 6. LUDOVICI IMPER. 10.

WOGENI 19.

(a) Nomen novum, quo Dearum Slavicarum catalogum augere poſſunt, qui hiſtoriæ hujus partem tractandam ſuſcipiunt. Quod Deæ hujus officium fuerit nuſpiam proditum, ſi vetus Slavica etymologia ſpectetur, *Sternutantem* ſignificat.

(b) Balbinus ſimile huic oraculum Petri Codicilli profert, qui Rudolpho II. imperante Aſtrologus nominatiſſimus palam docuiſſe perhibetur: *Se ſe ex ſiderum curſu hauſiſſe, nunquam Crouticum Bohemiæ populum periturum, quamquam ad incitas, & egeſtatis terminos Bohemiam redigi aliquando contingeret.* At ſi Rudolphi II. ævo divinationes Aſtrologicæ non majori in pretio ac fide fuere, quam hodie, paucos invenerit Petrus Codicillus, qui hæc certo ex ſiderum curſu conjici poſſe crediderint. Subjicit tamen ad ſuperiora Balbinus: *Certe tot machinæ adverſus linguam & gentem noſtrum prioribus ſæculis admotæ ſunt, ut mirum ſit ſupereſſe, qui Bohemice in Bohemia loquantur, aut qui ſe inter nos natos fateantur &c.* *Balb. Dec. I. l. 3. c. 19.*

Digitized by Google

PRÆTERMISSA.

Eginhardus ad h. a.

Ludovicus Imperator, inquit Eginhardus, in conventu ad Franconofurt *omnium orientalium Sclavorum hoc est Abotritorum, Soraborum, Wilsorum, Behemanorum, Marvanorum, Prædicentorum & in Pannonia residentium Avarum legationes cum muneribus ad se missis excepit.* Ex his muneribus, legatisque missis, ut Stranskius refert, quidam Germaniæ J. Consulti subjectionem Francicis Regibus quoque elicere nituntur. Sed sive munera ista *annua* fuerint, ut ea alio loco ita appellat Eginhardus, scilicet *pactum illud cum Bohemis tributum*, sive alia *spontanea dona*, subjectionem illa nullam prorsum portendunt. Legimus in Prisco jam sæculo V. ab Orientalibus Imperatoribus legatos missos cum tributo ad Attilam, legimus id non semel de Imperatoribus occidentalibus, qui idem fecere quibusque barbaris gentibus, legimus rursum hoc ipso tempore id Bulgaris præstitum a Constantinopolitano Imperatore, quis tamen unquam sensit orientale Imperium seu Attilæ, seu Bulgaris, aut Occidentale illis gentibus barbaris subjectum fuisse? quin cum non semel evenisse comperiatur, ut duabus gentibus eodem prorsus tempore amicitiæ colendæ, pacisque conservandæ causa tributum pensum fuerit, uti Bulgaris, & Saracenis ab Orientali Imperio, dicendum foret id uno eodemque tempore diversarum gentium regibus subjectum fuisse. Quare uti Cointius & Pagius recte argumentantur: Bajoarios anno 741. adhuc Francis subjectos non fuisse, quanquam tributum annuum jam penderint, ita prorsum de gente nostra id plena securitate dicere liceat. Multo minus vero spontanea per legatos missa munera subjectionem arguunt; ea enim a liberis, nunquamque Franciæ subjectis populis missa fuisse non semel apud Eginhardum legimus, videlicet Constantinopolitanis Imperatoribus, Bulgaris, Saracenis, Persis, aliisque remotissimis orbis Monarchis, nec vero consuetudo ista hodie antiquata est. Porro de legatis mitti solitis recte monet Jordanus: distinctionem faciendam esse circa eos, qui ad comitia generalia comparuere: an videlicet *coacte*, an *sponte* adfuerint? Et dein, productis vetustissimis Comitiorum locis sub Carolingicis Imperatoribus celebratis, ostendit: se se gentem nostram semper sponte, tanquam extraneam, & solius pacis amicitiæque servandæ causa stitisse; quod vel ipse Eginhardus non obscure ad annum sequentem de barbaris gentibus innuit his verbis: *Mense Majo conventus ibidem habitus, in quo non universæ Franciæ primores, sed de orientali Francia, Bajoaria, Alemannia,*

Stransky Reipubl. Boh. c. 3. §. 2. & 3. Eginhard. ad An. 828. Priscus in Excerpt. legat.

Cointius ad An. 741. n. 24. Pagi. ad eund. An.

Jordan. in Comment. de Archi Pincern. Boh. c. 4. §. 11.

Eginhardus ad An. 823.

Digitized by Google

atque Alemanniæ contermina Burgundiæ, & regionibus Rheno adjacentibus adesse jussi sunt. Enumeratis his, qui adesse jussi, tum ad legationes spontaneas barbarorum transit: *In quo*, inquit, *inter ceteros barbarorum legationes, quæ sua sponte venerunt, duo fratres reges videlicet Wilsorum controversiam inter se de regno habentes ad Imperatoris præsentiam venerunt.* Si igitur Wilsi Slavi, qui toties a Carolo victi, imo qui ad Reges suscipiendos, quos Carolus tuitus est, coacti fuere, tamen sponte venisse asseruntur, quis genti nostræ ob legationes suas missas servitutis vincula injicere audeat? Neque vero ipsis Slavorum rebuspublicis, Ducibusque inusitatum fuit inter se legationes cum muneribus mittere pacis & amicitiæ solum excolendæ, non subjectionis cujuspiam contestandæ causa, sic enim memorat Constantinus Porphyrogenitus a Slavis Servis seu Srbis missa Bulgaris: *Duo mancipia, duos falcones, duos canes, & pelles nonaginta*, hancque xeniorum rationem appellatam esse *Pactum* videlicet de amicitia & pace colenda. *Constantin. Porphyr. de administr. imp. c. 22.*

Eodem anno confectum est bellum Liudeviti Slavorum Ducis; nam cum is appropinquante Francico exercitu Sisciam civitatem (ea Schœnlebero & Valvasori est civitas Sisseck, ubi Kulpa in Savum illabitur) tanto opere a se munitam deserüisset, ac ad Sorabos profugisset, tandem anno sequente Liudemisli Bornæ Dalmatiæ Ducis avunculi consilio interemtus est. His addit Pessina: * Liudeviti filios Rasticz sive Ratislaum, item Radislaum & Vratislaum appellatum, alterum Bogislaum, per summam vim patriis sedibus ejectos esse a Ladaslavo Dalmatiæ Rege, & ejus cognato Liudemislo, coactosque in Moraviam ad patruum Mogemirum transire. Sed diligens alias in fontibus citandis Pessina, unde hæc hauserit, nuspiam indicavit; nec Eginhardus, qui diligenter & copiose res Liudeviti persecutus est, uspiam quid de filiis ejus refert. *Eginhardus ad h. a. Schœnleber. P. III. Carniol. Antiq. & Nov. p. 409. Valvas. Anmerkungen in der Ehre des Herzogthums Crain l. 14. c. 22. p. 252. * Pessin. Mars. Morav. l. 2. c. 7. p. 138.*

ANNUS 823.

Wogenus fatidicæ uxoris secutus carmina, ineunte hujus anni vere occidentales Minoris (a) Pragæ cives in orientem cis Moldavam transtulit, eoque loci ampliores, quam veteres fuerint, domos fundare juſ-

Digitized by Google

Wogenus veterem Pragam munit & auget.

jussit. Accurrente igitur ad diem tertium decimum Aprilis infinita hominum multitudine cum ferramentis omnique fabrilium instrumentorum supellectile sparsa hinc atque illinc adhuc arbusta exscindunt, ædesque struunt, Princeps ipse murorum ambitum sua manu dimensus, fossas vallumque ducere instituit. (b) Ita exiguo interjecto tempore hac parte urbs duo de triginta abhinc annis sub Mnatæ Principatu fundata, præsente anno ædificiorum frequentia, mœnium firmitate atque amplitudine plurimum aucta est fossarum intervallo (quæ a meridionali Wltava circum mœnia ducebantur) ad mille ducentos passus excurrente.

ANNUS JESU CHRISTI 823.

PASCHALIS PAPÆ 7. LUDOVICI IMPER. 11. WOGENI 20.

(a) Micro Pragam ante erectam adhuc hodiernam civitatem novam nomen *novæ urbis* gessisse jam supra innuimus, hujus rei præterea documentum exstat in Jure municipali veteri Ms. Teutonico, in quo in legibus anno 1328. a Consulibus majoris urbis latis hæc leguntur: Es scholl ein icleich gast, der da kumpt gen prag in die alten grossen stat, oder in dy newe mit seiner kawfmanschaft ꝛc. Porro ut hoc *urbis novæ* nomen unicuique peregrinum, tam alterum *veteris urbis* jam hoc tempore usitatum videri potest; nam si historiis nostris fides Micro-Praga majore urbe vetustior est. Quare erravere illi, qui tum demum *veteris* nomen enatum crediderunt, cum Carolus IV. novam urbem ei confinem fundasset.

Hammerschmid. Glor. Prag. c. 1.

(b) In hoc conveniunt passim nostri cum Hammerschmid eam partem, quam hodie tenet Judæorum sic dicta civitas, reliquamque ad ripam Moldavæ fluminis in orientem prospectantem prius stetisse, quam

Digitized by Google

quam eam, quam hodie Teynenſis Eccleſia, curia, reliquaque nobiliora ædificia occidentem verſus implent. Præcipuum ingreſſum portamque in hanc urbem fuiſſe eo loco, quo hodie S. Agnetis monaſterium ſtat, id adhuc oſtendere ibidem quempiam arcum veterem vetuſtis civitatum portis ſimillimum hodie perſtantem palam eſt.

PRÆTERMISSA.

Lotharius filius Ludovici ipſo Paſchali die Romæ apud S. Petrum a Paſchali Papa regni coronam & Auguſti nomen accipit. *Eginhardus ad h. a.*

Weleslavinus in hæc tempora jam Hoſtivitum Ducem Bohemiæ rejicit patrem Borziwogi, aitque eum hoc anno cum Celedruho patruele ſuo profectum Francofurtum ad Ludovicum Cæſarem, atque cum eo pacis conditiones feciſſe. At nullo exorto novo bello aut diſſidio, quid his pacis conditionibus opus fuiſſet, non video. Placitum quidem hoc anno Francofurti menſe Majo habitum, barbararum item gentium legationes ſponte adfuiſſe memorat Eginhardus; at Hoſtiviti nuſpiam in veteribus memoria, Celedruhi Soraborum Ducis annis poſterioribus mentio fiet. *Weleslav. in Geneal. Duc. Bohem.* *Eginhardus ad h. a.*

ANNUS 824.

Transgreſſi rurſum obliquo itinere in Bohemiam Miſnenſes (a) declinato nonnihil Albi propius caſtrum Strzekow tecti ſilvis conſederunt. Inde emiſſis quaquaverſum exploratoribus accidit; ut quidam eorum reverſi, præfectum arcis Strzekoviæ Wiſſehradum ad Principem abiiſſe nunciarent. Pronum erat judicare, præfectum ſi cepiſſent, arcem nullo negotio in poteſtate habituros. Ergo obſeſſis viarum flexibus, dum inſidias ſolerter promovent, non defuit induſtriæ fortuna, capitur unico armigero ſtipatus præfectus redux, hoſtiumque ſecurus. Truci deinde cantu perſultans agros hoſtis omnem illam provinciam magis *Nova Miſnenſium in Bohemiam irruptio.* *Præfectus Strzekow captivi capitur.*

Digitized by Google

Bohemici nominis odio, quam cupiditate prædæ crudelibus ubique flammis populatur, captivos secum eripit, ac castrum Strzekow expilatum vastat, in cineremque proturbat. Nuncium istud majore fremitu, quam dolore accepit Wogenus, jurejurando se obstringens ulturum se de mutis illis canibus (sic eum hostem vocabat) vicemque majori crudelitate redditurum.

Strzekow arx vastatur.

Interea dum sic ad Albim barbara feritate Misnenses grassantur, alia Teutonum manus non minorem per Luczenses agros vastitatem circumferebat. Non ausi prodire in campum cives, seque hostium copiis objicere, ne deserta urbs rapacibus eorum manibus spolium fieret. Jamque feliciſſima illa Bohemiæ regio continenti incendio ardere videbatur; cum Wogenus coactis raptim sub signa trecentum septuaginta armatis coram ipse Luczensibus præsidio adesse maturavit. Slanam primis castris ut ventum est, initis de bello gerendo consiliis ægre a Wogeno impetrarunt duces, retro domum cum septuaginta viris ut rediret, neu se, neu cum capite suo rempublicam non necessariis periculis objectaret. Abeunte Principe imperii bellique summa communi suffragio Bozdiecho Principis affini, Bancæque fratri demandata, viro strenuo, truci vultu, graviſſimoque militaris disciplinæ exactori. Bozdiechus conclamatis vasis, altero, quam Slana movit die, silvosum quemdam collem juxta Lukam occupavit, statimque caduceatorem expediit, qui Luczanensibus adventum suum nunciaret, ac subinde ex civibus quæreret, si hostis adesset, quo is numero, quibusque

Alia Germanorum manus ad Lukam.

ca-

Digitized by Google

caſtris degeret? reſponſum is tulit: „ Hoſtem ſanguine ac „ præda ſatiatum receſſiſſe, ceterum ſpeculatores ſuos con„ ſtanter nunciaſſe: minatos Teutones reditum longe majori „ vi & numero, ac tum demum urbi ſuæ exitium intentatu„ ros. Luczenſes igitur his minis, ut par eſt, perterritos „ miſſiſſe ad Kadanæ urbis præfectum ſuppetias rogatum. „ Vix alter illuxit dies, jam diſpoſita in aciem late patentibus campis hoſtium ſigna atque arma fulgentia videre fuit prope ipſam urbem. Eodem tempore Kadan ſuis auxiliis præſto fuit, ducentos armis optime inſtructos ſecum adducens, quibuſcum clanculum ſilvam juxta poſitam ingreſſus, ad ipſum munimentum Puſſtiadla cornu dextrum applicuit. Mille ducentorum amplius capitum exercitus erat Saxonum (b) expeditorum ad pugnam, ſi oppidani erumperent; ſin minus adoriri urbem paratorum. Jamque moræ impatientes muros propius adeunt, maximaque telorum vi poſita ex mœniis præſidia petunt. Luczenſes de Kadani & Bozdiechi ſententia ducentos viginti armatos portis urbis emittunt. Quos ut primum aſpexere Teutones, contineri eorum vix ardor potuit, ne ſubito in eos irrumperent. Sed coercuit hunc præmaturum pugnandi fervorem Saxonum Dux, ſatius ratus, campum ampliorem dandum Luczenſibus, ut demum longius evagatos reditu poſſet intercludere. Procedebant intrepidi adverſus hoſtem Luczenſes inſidiarum Teutonibus ſtructarum non ignari, jamque longius ab urbe conſtitutis, vocem attollit Dux Saxonum: ſigna conferant, imbellemque civium numerum concidant. Et quanquam Luczen-

Digitized by Google

sium multo impar esset numerus, tamen magnis animis vim Saxonum sustinebant, cum interea Kadanus e silvæ suæ latebris procellæ instar erumpens latus hostis muricatis clavis tribulisque misere quassabat. Inopinus etiam cum Pragensibus ab altero latere illico imminebat Bozdiechus attonitumque Saxonem acriter pressit. Tanta tamen erat Saxonum constantia pugnandique peritia, ut agmine suo rite dispertito Bohemum irruentem omni parte animo præsente exciperent. Medium diem prælium istud tenuit, & anceps diu victoria, similisque æstui maris pugna fuit, nunc Bohemis Saxonem, nunc Saxonibus Bohemum loco pellentibus. Demum penes Bohemum victoria non incruenta stetit. Compulsi in globum Saxones mille & supra implacabili rabie cæsi, centum quinquaginta partim vulneribus graves, partim metu prostrati per otium effugere, Bohemo propter lassitudinem fugiendi spatium concedente. E Bohemis cecidere centum quinquaginta septem, tres & viginti semineces ad curanda vulnera in urbem deportati. Victo hoste, excubiisque in omnem casum dispositis, victoriam nostri mutuis amplexibus inter se gratulati, aliquamdiu in loco pugnæ depositis propter diei æstum loricis quievere. Lecta deinde spolia, victorque exercitus in munimenta urbis receptus triduo triumphalibus epulis est recreatus; post gratissimi animi signis inter civium plausus dimissus Kadanus eodem, quo excessit die domum reversus est. Bozdiechus eadem loca repetiit, quibus ante per dies tres castra metatus erat, collemque tumultuaria arce Bozdiechow (tro-

Victoria Bohemorum de Saxonibus.

Digitized by Google

(trophæi æternum futurum monimentum) exornavit, posteritas Bezdiekow (c) appellavit. Inde lætum Principi laturus nuncium Wissehradum acceleravit. *Bezdiekow arx.*

ANNUS JESU CHRISTI 824.

EUGENII II. PAPÆ 1. LUDOVICI IMPER. 12.

WOGENI 21.

(a) Misnensium nomen tunc nec dum enatum alias ostendimus, regio illa Bohemis finitima, ut habet Ditmarus, Slavice *Lomacia*, teutonibus *Dalemincia* vocabatur, eratque pagus Soraborum Slavorum; hincque est, quod multo posterius adhuc Cosmas noster, auctor Chronici Gozecensis, aliique veteres hodiernam Misniam *Sirbiam* vocent. Soraborum vero istorum hos pagos enumerat Abbas Gotvicensis *Nisseni*, *Bresenici*, *Dalemincii*, qui hac parte Boemis erat limitaneus, *Chutici*, *Mogellini*, *Insen*, *Belgora*, *Prettin*, *Sicili*, *Plisni*, *Vedu*, *Witao*, *Tuchurino*, *Orla*, *Zurba*, *Quesciza*, *Nedelice*, *Neletice*, *Liubanizi*, *Nudici*, *Nizici*, *Cluze*, *Koledicza*, *Scrimunde*, *Litice*, *aliique plures*, palamque est ex ejus tabula Geographica ab Albi usque ad hodiernam Egrensem regionem Sorabos incinxisse Bohemiam. Nominatimque *Dalemincia* a Misnia ad Albim, & abhinc a sinistris ad Mildam orientalem prope Freybergam secus confinia nostra usque ad fluvium Mildam occidentalem se se porrigebat. *Ditmar. Mersseb. l. 1.* *Chron. Gotvic. l. 4. vocib. Dalemincia & Sorabi.*

(b) Istud prorsus incredibile hostem hunc Saxonem fuisse: remotiores eo adhuc ævo a nobis fuere Saxones, ut ex Poeta Saxone videre est, & rem copiose persecutus est Abbas Gotvicensis, nec quo pacto illi per Soraborum Bohemis fœderatorum omnes terras impunes transire potuerint, intelligi potest, nisi per Bojoarios, aut Francos orientales hæc attentasse dicamus. At constat eo jam tempore Saxones subactos e nutu & imperio Imperatorum stetisse, nec injussu aliquid tentare ausos; quodsi Ludovici mandato id susceptum fuisset, procul dubio in Francicis Scriptoribus rei hujus aliquam memoriam & præsertim Eginhardo, qui hoc anno multiloquus est, haberemus. Ceterum verosimillime belli hujus Germanici memoria originem habet a traditione, quæ temporis & Chronologiæ minus tenax id in hos an- *Poeta Saxo ad An. 785. & 798. Chron. Gotvic. l. 4.*

Digitized by Google

nos perperam rejecit, cum ad annum 805. & 806. pertineat, quo id copioſe narravimus ex coævis.

(c) Nullum cognomine caſtrum aut oppidum in regione Zatecenſi hodie nobis ſuppeditant tabulæ Geographicæ.

PRÆTERMISSA.

Pagius in Crit. Baron. ad h. a.

Ad hunc annum vel ſequentem Pagius veroſimillime rejiciendam autumat Bullam Eugenii Papæ II. omni nota temporaria carentem; quam Urolphus Epiſcopus Patavienſis Romam profectus impetravit, & qua Archi-Epiſcopus Laureacenſis nominatus in ſede ſua confirmatur quatuor ei ſubjectis Epiſcopis. Hæc cum ad dilucidandam Moraviæ hiſtoriam plurimum faciat, eam hic proferre, obſcurioraque quædam enodare digniſſimum viſum. Habetur autem illa T. VII. Conciliorum, ſæpiſſimeque recuſa a diverſis ab Hundio in Metrop. Salisburgenſi, Goldaſto in Appendice Documentorum. Schœnslebero in Annal. Carniol. Peſſina in marte Moraviæ, Stredovskio in ſacra Moraviæ hiſtoria. Sigismundo Calles in Annalibus Auſtriæ, Georgio Pray in Annal. Veter. Hunnorum aliisque plurimis: ſic autem habet.

Hund. T. I. p. 346. Gold. p. 482. Peſſin. l. 1 c. 3. Schœnsleb. T. 3. p. 410. Stredovsky l. 1 c. 11. p. 68. Calles. l. 3. Pray P. 2. l. 3.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Rathfredo ſanctæ Favianenſis Eccleſiæ, & Methodio ſanctæ ſpeculi Julienſis, quæ & Sorigüturenſis nuncupatur, atque Alevino ſanctæ Nitravienſis Eccleſiæ, parique modo Annoni ſanctæ Vetvarienſis Eccleſiæ Epiſcopis. Simul etiam Tutundo, nec non Moymaro ducibus, & optimatibus, exercitibusque plebis Hunniæ, quæ & Avaria dicitur & Moravia. (alii habent Moraviæ) *Deſiderio ſalutis animarum veſtrarum filii in Chriſto chariſſimi, cum audivimus Chriſtianiſſimam converſationem veſtram, & ſanctæ fidei, bonorumque operum veſtrorum profectum, ſummo gaudio, atque lætitia fuimus exhilarati; quia divina in vobis operante clementia, ut Apoſtolus ait: ubi abundavit delictum, ibi ſuperabundavit gratia, atque quomodo ſancta Dei Eccleſia noſtris temporibus quotidianam in electione veſtra ſuſcipit incrementum. Cujus optabilis rumoris index fuit Revetendiſſimus Frolphus* (alii ſcribunt Urolphus) *ſanctæ Laureacenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, & ſanctiſſimus frater noſter, veſter autem ſpiritualis Pater, qui per ſuam ſanctam prædicationem adoptivos Deo vos genuit filios.*

Is

Is itaque ad Apostolorum limina orationis causa veniens, novam Ecclesiam nostris Apostolicis benedictionibus informandam subnixe commendavit, quam domino auxiliante Catholice gubernandam in vestris partibus suscepit. In quibus etiam quondam Romanorum quoque, Gepidarumque ætate, ut e lectione certum est, in septem Episcoporum Parochias Antecessores sui jure Metropolitano obtinuerant Diœcesim. Qua ex justitia & lege præfatus Deo dignissimus Archi-Episcopus debito obligatur, ut illi terræ prius Christicolæ, atque suorum antiquitus Antecessorum creditæ providentiæ, quam nunc vos Dei omnipotentis occulto mediante judicio, velut hereditariam possidetis, ipse Evangelicus Agricola diu negata cœlestis spargat semina vitæ, atque in lucrandis Christi animabus redivivam de vobis nutriat segetem. Quem nos doctissimum divini oraculi ministrum, saluti vestræ cognoscentes per omnia necessarium, fide, & exemplo probatum merito erga illum Apostolicam servantes sententiam, qua dicitur: quomodo credent sine prædicante? aut quomodo prædicabunt, nisi mittantur? ab hac sancta Romana matre Ecclesia vobis tunc rectorem transmisimus. Atque etiamnum in præfatis regionibus Hunniæ, quæ & Avaria appellatur, sed & Moraviæ, provinciarum quoque Pannoniæ, sive Mœsiæ Apostolicam vicem nostram, & Diœcesim, atque jus Ecclesiasticum exercendi & usum ac potestatem Antecessorum suorum, videlicet sanctæ Laureacensis Ecclesiæ Archi-Episcoporum sibi, successoribusque suis Canonica auctoritate committimus, atque hujus constitutionis nostræ decretum subscriptionis privilegio roboramus. Pallium præterea juxta consuetudinem antiquam sanctitati suæ dedimus, quod ita sibi concessimus, sicut prædecessores nostri, suis prædecessoribus concessere; privilegiorum suorum scilicet integritate servata. Cujus dilectioni, quamvis hoc debito permitteremus, propter vestras autem petitiones, super hac re flagitantibus ad honorem suum, nostram Apostolicam vicem, & auctoritatem insuper accumulabimus, quod nunquam suis est permissum prioribus. Quatenus & vos confratres, & Coepiscopi deinceps ei reverentiam ampliorem exhibere sciatis, & in sana doctrina cœlestis eruditionis ad ædificationem vestram, ut filii sapientes obediatis; atque vos Laici Primates, & vulgus saluberrimis præcep-

Digitized by Google

ceptis ſuis non velut homini, ſed tanquam Deo humiliter obtemperetis, & in fide Catholica, quam per Dominum JEſum conſequuti eſtis, fortes permaneatis. Nam totius dolt artifex diabolus, cujus dominio, & pompis in baptiſmate abrenunciaſtis, jacturam & damnum veſtræ ſalutaris ſurreptionis moleſte patitur, ac per varias occaſiones zizania perfidiæ ſeminando, velut multa injuria bacchatur; & ut veſtrum aliquis terga vertat ſanctæ profeſſioni, inceſſanter molitur. Quapropter ſæpe dicti Archi-Epiſcopi videlicet Paſtoris veſtri a Deo deſtinati inſtitutionibus benignas aures præbete, qui vos & verſutiem ſathanæ cavere, atque ejus æternos cruciatus evadere inſtruit, ac ipſe in die judicii de bonis operibus veſtris ſeculorum domino perpetua remunerandos gloria præſentabit. Ad perfectam autem, & neceſſariam eruditionis veſtræ ſalutem, cum, ut comperimus, non ſufficiant pauci, qui modo vobis conſtituti ſunt Epiſcopi, quia plures ſunt adhuc gentilitatis errore ibidem detenti, ad quos propter inopiam præconum divini verbi, nondum pervenit notitia Chriſti. Idcirco enim, ut augeſcat turba fidelium, ſtudeat ſolertia veſtra pro mercede, & remiſſione peccatorum veſtrorum adminiculum, atque juvamen præbere Reverendiſſimo Yrolpho Archi-Epiſcopo, quatenus dudum illic conſtitutorum Epiſcoporum numerus impleatur. Qui congrue conſtituti, & vobis poſterisque veſtris poterunt eſſe proficui, ſi ad reſtaurationem Eccleſiarum propter nomen Domini, de poſſeſſionibus veſtris, quas reditus dotesque earum fama divulgante quondam fuiſſe noveritis, æternam ſufficientiam vobis comparantes eisdem Eccleſiis ipſi conferatis, idoneis viris ad hoc miniſterium electis: maxime in illis locis, ſi opportunitas, & utilitas commendaverit, ordinentur Antiſtites, ubi indicia Eccleſiarum, & ædificiorum ſedes pontificales olim fuiſſe demonſtrant; ſin autem illius arbitrio, & deliberationi, qui vel ubi diſponantur Epiſcopi, concedimus; cui vicem noſtram apud vos Eccleſiaſtici regiminis per omnia commiſimus. Hactenus Eugenii literæ. Jam:

I. Bulla hæc radix & fundamentum eſt, quod Patavienſes Epiſcopi deinde contra SS. Cyrillum & Methudium in Moravia tueri conati ſint jurisdictionem, eamque a diœceſi ſua avelli amariſſime tulerint. Integra ejus Bullæ fragmenta totidem verbis repetita invenire eſt

Digitized by Google

est in posterioribus Piligrini Archi-Episcopi literis. Et Hatto Archi-Episcopus Moguntiensis, item Episcopi Bavariæ in suis querelis ad Joannem Pontificem datis non obscura ejus faciunt indicia, dum posterior cumprimis dicit: *Et idcirco Patavienſis Episcopus civitatis, in cujus diœceſis ſunt illius* (Moraviæ) *terræ populi ab exordio Chriſtianitatis eorum, quando voluit, & debuit illuc, nullo obſtante intravit, & ſynodalem cum illis & cum ſuis etiam inibi viventibus conventum frequentavit, & omnia, quæ agenda ſunt, potenter egit.* Non desunt tamen Scriptores Salisburgenses, qui, ob veterem illam Salisburgensem inter & Patavienſem de Pallio Archi-Episcopali litem, non modo hanc, sed & posteriores quasdam subleſtas probare conantur, quorum præcipua hæc sunt argumenta: Veterum Francicorum Scriptorum silentium, Urolpho nonnisi unum annum Episcopatus circa annum 806. concedi a vetustissimis catalogis Episcoporum Patavienſium, Reginarium his ipsis temporibus sedi Patavienſi præsediſſe testatum esse tot superstitibus diplomatibus, in iisque nonnisi Episcopum vocitari, &c. At quandoquidem Pagio aliisque rei criticæ peritissimis viris, qui has ipsas Eugenii literas retulerunt, nunquam visum est Bullam hanc vitio aliquo laborare, conciliari discrepantia adjumento sententiæ Hundii, Gevoldi, & Sigismundi Calles facile possunt: scilicet si dicamus Urolphum Patavienſem sedem deseruiſſe, cum ad Moravos Evangelii prædicandi causa profectus est, atque ideo longius a sede sua absenti, & fortassis non reluctanti substitutum Reginarium. Urolphum tamen memorem veteris sedis Archi-Episcopalis Laureacenſis (cum divini verbi segetem mirum quantum creſcere, pluresque Episcopos laborum suorum socios adeſſe cognoſceret) demum Archi-Episcopi Laureacenſis titulum, ejusque Archi-Episcopatus restaurationem Romæ quæsiviſſe, ac propter infinita sua merita ab Eugenio II. subjectis noviſſime erectis quatuor Episcopatibus, obtinuiſſe. Reginario vero, dum viveret, nomen, juraque Episcopi Patavienſis integra perstitiſſe, cum nec ejus, nec Episcopatus Patavienſis in hac bulla minima sit mentio. Demortuo tandem Reginario Urolphum in sedem Patavienſem reassumtum, indeque factum, ut postea successores Episcopi Patavienſes merito sibi dignitatem Archi-Episcopi Laureacenſis vindicaverint, suaque Episcopalia jura in Moravia persecuti sint.

Apud Lambec. Bibl. Vindob. l. 2. c. 8 Gevold. in addit. Hundii Gold. in Append. document. Balbin. Dec. 1. l. 6. p. 1. Hunn. 4. Paul. & Franc. Mezger. hiſt. Salisburg. l. 3.

II. Quod ad quatuor novos Episcopatus attinet: *Favianenſis Eccleſia* minus recte hactenus a plerisque authoribus accepta est pro hodierna Viennenſi, Viennaque primaria Archiducatus Austriæ civitate,

Digitized by Google

Lamb. Bibl. Vindob. T. II. c. 1. n. 11. & seqq. ut erudite copioseque probat Lambecius. Nam documentis vetustis ostendit Vindobonam seu Viennam omni retro antiquitate semper distinctam fuisse a Flaviana seu Flavianis castris, hæcque sita fuisse inter Comagenam hodiernum Langenleber & Cetium montem seu Kalenberg, ubi præcipuum S. Severini Monasterium sæculo V. stetit. Veterum Viennensium Episcoporum seriem texuit Buccellinus in sua Germania sacra; sed eam non omne ferre punctum eruditi quique sentire. De reliquis tribus Episcopatibus erudite, ut cetera omnia, Pagius: *Pagius in Crit. Baron. ad h. a.* *Civitates horum Episcopatuum jam a multis sæculis excisæ, & earum situs vix hodie cognitus.* At Moravici, Austriaci, Hungaricique Scriptores mirum quantum digladiantur in designandis locis horum Episcopatuum. Pessina omnes hos tres Episcopatus Moraviæ vindicat, idem facit Stredovskius. De Nitravienſi & Vetvarienſi repugnare nolim, scilicet si Moravia in tota sua latitudine sumatur, pro ut deinde a Constantino Porphyrogenito sumta est, & *Magna Moravia* appellata; at de ceteris duobus præmaturum mihi videtur hic jam Episcopatus tot locare, & præter morem illorum cumprimis temporum, quo fines Episcopatuum latissimi esse solebant, tot Pontificias sedes velut in saccum concludere. Ut taceam derogari vetustissimis documentis & traditioni: SS. Cyrillum & Methodium primos fuisse Moraviæ Episcopos. Querela certe Episcoporum Bavariæ ad Joannem Pontificem summum porrecta clare testatur nonnisi tum primum & antecessoris sui temporibus Episcopum in Moravia constitutum, idemque sub Theotmaro Archi-Episcopo Salisburgensi factum, qui ea ætate vixit, probat Franciscus & Paulus Mezger. Nec incredibile videtur, omnes hos quatuor Episcopatus, seu propter Patavienſis & Juvavienſis Antistitum contradictionem, seu propter gentilium Slavorum motum ad robur & stabilitatem suam non pertigisse, aut si pertigerunt, nonnisi brevissimo temporis intervallo durasse, quandoquidem de illis nuspiam postea aliqua memoria, imo Patavienſis hic jura sua exercuisse, infra Waag fluvium etiam Juvavienſis sacerdotes & Archi-Presbyteros suos in hanc lævam Danubii ripam transmisisse ex coævis legatur. Sed juvat situm & memorias horum trium Episcopatuum, quandoquidem nostri passim eos ad Moraviæ historiam referunt, expedire;

Pessin. Marte Morav. l. 1. c. 3 Stredovsky S. Morav. hist. l. 1 c. 11 Constant. Porphyr. de administ. Imp.

Gevold. in addit. Hundii. Pessina Mart. Morav. l 2. c. 7 Schœnslehen. in Annal. Carn. P. 3. p. 473. Mezger. hist. Salisburg. l. 3. p. 22.

Anonym. de Converſ. Boj. & Carens.

III. De *Nitravienſi Eccleſia* fere conveniunt auctores eam non esse aliam quam Nitrienſem in hodierno Comitatu Nitrienſi ubi & fluvius & ejusdem nominis urbs hodie perstat. Si vero Nitria illa fuit: Alevi-

Digitized by Google

vinus ab Eugenio II. isthic ordinatus Episcopus ad possessionem perveniisse non videtur, aut certe non diu perstitisse. Nam ex Anonymo coævo liquet Nitriam hanc fuisse inter possessiones Prinninæ adhuc gentilis & verosimillime Moymari feudatarii, qui postea ab eo in exilium actus, & sacro baptismate ablutus isthic ab Adalramo Archi-Episcopo Salisburgensi sibi consecrari fecit Ecclesiam, in quam Archi-Episcopi Salisburgenses perpetuo missis huc Archi-Presbyteris jus suum, ut auctor loquitur, *potestative exercuerunt, usque dum quidam Græcus Methodius nomine noviter inventis Slavinis literis linguam latinam, doctrinamque Romanam vilescere fecit cuncto populo.* *Idem ibid.* *Idem ibid.*

IV. Jam ut ad Ecclesiam Speculi-Julienſem seu Zoriguturensem veniamus: perantiqua est persuasio Olomucium Moraviæ Metropolim olim *Montem Julii* appellatum, & a Julio Maximinio sæculo III. jam conditum. Id Georgius Rex Bohemiæ & Marchio Moraviæ jam anno 1459. in diplomate suo 16. Febr. Olomucii dato asseverat. E quo primus omnium Aventinus argumentatus est: hanc *Speculi Julienſem* Ecclesiam non aliam esse quam *Olomucensem*, quem postea plena securitate Moraviæ Scriptores sequuti sunt. At si etiam verbis Georgii Regis fidem adhibeamus Olomucium olim *Julii Montem* appellatum, adhuc magna a *Speculo Julii* discrepantia, nec quispiam vel conjectura explicuit, cur aliter *Zoriguturensis* & unde vocitata, tum pene incredibile: illa ætate Episcopatum ab altero nonnisi unius diei itineris intervallo fuisse constitutum. Imo & illud: sæculo III. jam *Julii Montem* appellatum, & a Julio Maximino conditum fuisse multis rationibus cum historiis eorum temporum, ut jam alias innuimus, pugnat. Nec certam fidem facit diploma Georgii in re undecim sæculis a se remota; antiquiora ab ipso sæculo XII. supersunt diplomata, quibus hodierna Vienna *Faviana* item *Fabiana* & *Flaviana castra* appellatur, quibus non obstantibus erudite tamen convicit Lambecius antiquitatem hanc insigniter hallucinatam, Vindobonamque a Faviana distinctam fuisse. Profecto in historiis sæculi III. & IV. quas accurate per epitomen in Prodromo nostro attulimus, nuspiam legitur: Romanos exercitus hac parte ultra Danubium tam longe in barbarorum gentes progressos; & si illi his locis civitates suas habuere, ut quid scripsere: Terrarum situm ultra Albim & Danubium sibi esse incognitum? & cur Antonii Augusti itinerarium his locis nuspiam Romanorum iter quoddam indicavit? ut taceam tam latina vocabula apud nullum veterem Geogra- *Apud Streovsky S. Morav. hist. l. 1. c. 5. Aventin. Annal. Bojor. l. 4. p. 194.* *Lamb. Bibl. Vindob. T. II. c. 1.*

Digitized by Google

phum his terrarum ſpatiis inveniri. Habuere quidem Romani nonnunquam caſtella in ipſis Quadorum terris, ut in Prodromo noſtro oſtendimus; ſed illa in ipſis ripis transdanubianis excitata erant, tamque lividis ſemper a Quadis excepta oculis, ut non quieſcerent prius, dum ea funditus evertiſſent. Procul igitur dubio hoc *Speculo-Juliam* in cisdanubianas terras reponendum, ad quas Julius Cæſar pertigit, & a quo plura loca, ut Julia, *Julio-bona, Julio-Magus, Julium Carnicum, Juliopolis &c.* nomen accepiſſe reperimus. Et quanquam *Speculum-Julii* nec in Itinerario Antonii, nec Notitia Orientalis Imperii, nec in tabula Peutingeriana, Ætio, aut alio vetere Geographo exprimatur, tamen vocabulum ipſum indicat caſtellum quodpiam eminenti loco prope Danubium fuiſſe, unde tanquam ex ſpecula Romani olim Quadorum, Marcomannorumque motus obſervare potuerint. Nolim quidem certo affirmare id cum *Julio-Bona*, cujus omnes veteres hoc terrarum tractu meminere, unum idemque eſſe, at certe non longe abfuiſſe mihi perſuadet temporum iſtorum, de quibus iſthic agimus, hiſtoria. Nam inconcinne ſtatuerentur Epiſcopatus alibi, quam locis illis, quæ Chriſti religionem his terrarum confiniis jam ſuſcepiſſe ex vetuſtis fideque dignis authoribus ſupra comperimus. Jam ſi ſuperiora repetamus, liquet tres Duces hoc terrarum tractu Chriſtianam fidem amplexos: Primum *Todanum*, ſeu Tudunum, in hac Eugenii bulla *Tutundum* appellatum, qui ut alias innuimus, veroſimillime terras circa hodiernum Waag fluvium tenuit, atque hinc etiam Nitriam inter poſſeſſiones ſuas (in quas eo demortuo Prinnina ſucceſſit) numeraſſe videtur. Alter Moymarus eſt proprie dictus Moravorum Dux, hacque ipſa in Bulla memoratus, cui mox infra *Vetvarium* vindicabimus. Tertius Theodorus eſt Hunnorum Caganus ſeu Regulus ab ipſo Urolpho, ut paſſim ſentiunt authores, ad Chriſtiana ſacra traductus. Qui, ut ante retulimus ex Eginhardo, propter Bohemorum infeſtationem a Carolo M. inter Carnuntum & Zagabriam terras ad habitandum accepit; hoc vero tempore veroſimillime jam mortuus, cum ejus Bulla Eugenii nullam memoriam faciat. His itaque Theodori terris, in quarum ambitu olim *Julio-Bonam* ſtetiſſe plusquam certum eſt, maxime credibile eſt etiam Epiſcopatum, atque hunc *Speculi-Julienſem* ſeu *Zorigaturenſem* excitatum fuiſſe. Et quid ſi dicamus ſcribarum vitio & hallucinatione loco *Zagabrienſis* Zoguturenſis, uti non rara eſt nominum propriorum corruptio, irrepſiſſe? præſertim cum in voce hac mire varient Authores, aliis *Zoriguturenſis*, aliis *Zoguturenſis*, aliis *Zaturenſis*, aliis *Tugturien-*

Hunſtzime T. I. German. ſacr. p. 147. Pray Annal. Hunnor. P. 2. l. 3. Ad Ann. 805.

Hier. Pez. Script. Auſtr.

rienſis, aliis plane *Ongaturenſis* legentibus. Certe in eam Bullam vel alia ſcribarum poſteriorum hallucinatio irrepſit, dum *Moraviæ* nomen profert, quod poſteriorum ſæculorum eſſe certo conſtat, cum hac ætate non aliter quam *Marahania*, ſeu *Maravania*, item *Murhavania* nuncupata, ſcriptaque reperiatur. Quod ad Favianenſem Epiſcopatum concernit, ejus erectio minime repugnat hiſtoriis horum temporum, cum ex Anonymo coævo aliisque conſtet, hunc ipſum terrarum tractum jam a Carolo M. inter Epiſcopos & Comites fuiſſe diviſum, maximamque partem a Bojoariis occupatum. *T. I. Diſſert. II. p. XXII.* *Anonym. de Converſ. Bajoar. & Carent. Diplom. Ludovici Pii. Apud Pez. & Calles l. 3.*

V. Nulla major, quam de *Vetvarienſi Eccleſia* inter hiſtoricos concertatio, quibusdam ad Moraviam hodiernam, quibusdam ad Hungariam locum hunc rejicientibus. Lazius cenſet eſſe *Bitoviam* Germanis *Wettau* dictum Moraviæ oppidum ad Teyam fluvium in regione Znoymenſi. Aventinus habet pro *Veſzprimio*. Zuentivani, Hanſizius, & Sigismundus Calles pro *Altenburgo*. Stredovskius * aliique Moravici Scriptores pro *Welehradio* quondam regia Ducum Moraviæ, ubi dein SS. Cyrillus & Methudius ſedem Archi-Epiſcopalem inſtituerunt. Alii Ouvarinum, alii *Walarium* vetus illud credunt, quod inter Laureacum, & Juvavum ſitum erat, quo loco, ut habet Author de Converſione Bojoariorum & Carentanorum, jam S. Rudpertus in honorem S. Petri Eccleſiam conſtruxit, & id neſcio, quo diplomate Ludovici Regis Germaniæ conantur firmare dato anno 836. Epiſcopo Reginario Patavienſi in quo Annonis iſtius Eccleſiæ Vetvarienſis Epiſcopi fiat mentio. Nos de loco ipſo litem nulli movere volumus. At id perſuadet Bulla ſupra allata Epiſcopatum hunc in Moravia, non item Hungaria fuiſſe; cum enim Bulla hæc peculiariter etiam Moymaro Moraviæ Duci inſcripta ſit, ad eumque cumprimis adhortatio Pontificis pertineat de providendis redditibus ampliationeque fundorum Epiſcopatus, vix dubium ulli ſuboriri poteſt in Moymari Ducis proprietatibus etiam inſtitutum Epiſcopum. At priores tres ad eum vix pertinere oſtendimus, igitur veroſimillime hæc Vetvarienſis Eccleſia, quæ quoquo demum loco ſteterit, ad Moymarum Moraviamque ſpectaſſe videtur. Nec argumentatio Hanſizii & Timonis pro Hungaria locum hunc vindicantium (quod *Vetvar* nomen Hunnicum, non Slavicum eſſet) cujuſpiam roboris eſt, cum antea ex Annalibus Eginhardi oſtenderimus: Hunnos ante Caroli M. bellum Hunnicum transdanubianam ripam a Camp fluvio usque Moravam flumen accoluiſſe; imo etiam Theodorus Hunnorum Ca- *Lazius in Chronograph. Hungar. p. 41. Aventin. Annal. Boj. l. 2. Zuentiv. in Catal. SS. Hung. ad 14. Jan. Hanſiz. Germ. ſacr. T. I. p. 148. Calles Annal. Auſtr. l. 3. *Stredovsky Morav. S. l. 1. c. 11.* *Hanſiz. Germ. ſac. T. I. p. 149. Timon. in Imag. antiq. Hung. l. 2. c. 14*

Digitized by Google

ganus a Bohemis Moravisque pulsus isthic alicubi sederit, ut ita locus hic *Vewar* nomen suum ab Hunnis habere, eisque propulsis retinere potuerit. Quanquam, ut jam supra observavimus, nec hic ipse Episcopatus, quibus quibus demum obstantibus fatis ad suam maturitatem pertigisse videntur, & universa Constitutio Eugenii II. effectu caruisse, cum postea usque ad SS. Cyrilli & Methudii adventum isthic nonnisi Presbyteri rem divinam exercuisse legantur, &, ut ex querela Episcoporum Bavariæ supra allata patet, Patavienſem Episcopum perpetuo jus suum in Moraviam conservasse. Neque patrocinatur quidpiam Epistola Pilgrini Archi-Episcopi ad Benedictum Papam circa annum 972. data, in qua is ait: *Quatuor Antistites manssse in Moravia usque dum Ungri regnum Bavariorum invaserunt.* Nam isthic *Moravia* jam accipitur in sensu sæculi IX. finientis quo tanquam florentissimum Regnum latissime patens jam multas Pannoniæ, cisdanubianasque regiones comprehendit, & *Moravia Magna* a Constantino Porphyrogenito appellatur, quo sæculo eam quatuor Episcopatus in terrarum suarum ambitu tenuisse nullus dubito.

Apud Lamb. Bibl. Vindob. l. 2. c. 8.

ANNUS 825.

Adduxerunt Misnenses (a) rates plurimas ad Albis ripas, quibus in Bohemiam trajicerent, eas per adversum flumen ad confluentem Bilinæ & Albis centum viginti hominibus oneratas trahi fecere, id animo secum serio præmeditantes, ut quidquid prædatoria manu seu de captivis, seu pecoribus, seu supellectile rapuissent, iisdem ratibus injectum transferrent in patriam suam. Jamque metam profectionis suæ assecuti relictis quibusdam ad lintrium custodiam in juxta positos vicos prædabundi effusi sunt. Octiduum integrum illa populatio tenuit, cum passim his locis metu fugitivi ad ipsius montis Rzip confinia præsidium

Digitized by Google

dium quærerent, popularibusque ſuis Germanorum tyrannidem ipſis lacrymis quererentur. Subito viri quique maxime ſtrenui armis ſe accinxere juſtas a prædatoribus pœnas expetituri; & Braſſykus quidam profeſſione faber reliquis ſe ducem præbens, alium, quam ſperaverant, Miſnenſibus e Bohemia monſtravit exitum. Octoginta ſeptem neque plures erant Bohemi, quos Braſſykus ſe ſequi juſſit, cum iis novus patriæ vindex occupato transverſis itineribus inferiore Albis, Bilinam haurientis, gurgite aggreſſus ex inſidiis reduces cum præda & captivis raptores, tantum ex improviſo confuſis ac ſtupentibus terrorem intulit, ut abjectis armis ultro fodienda mucronibus pectora objectarint, neſcio quam Bohemorum multitudinem animo effingentes. Nemini parſum. Captivi libertati, adeoque vitæ redditi, raptæ res dominis cum fide reſtitutæ, victorque populus cum tripudio ad ſua reverſus. Hæc altera clades immane quantum vicino Teutoni diripiendæ porro Boemiæ accidit pruritum.

Miſnenſium clades ad Bilinam fluvium.

ANNUS JESU CHRISTI 825.

EUGENII II. PAPÆ 2. LUDOVICI IMPER. 13.

WOGENI 22.

(4) Georgius Kunſchke & Joannes Pannach in hodierna Miſnenſi regione Germanos jam ſtatuunt. Witikindum II. enim Budſeciæ dominum faciunt, quem ajunt hoc anno ipſo obiiſſe, poſtquam Chriſtianam religionem contra Bohemorum & reliquorum Slavorum impetus maſcule defendiſſet. Imo & Rochlizii jam Comitem defigunt, cujus filiam Julandam uxorem Witikindi II. fuiſſe ſcri-

In diſſert. hiſt. de Luſat. ſect. 8. §. 4.

Digitized by Google

scribunt. Sed authores nonnisi novissimi sunt, quos illi in præsidium narrationis suæ adsciscunt, & multo rectius senserunt, qui *Budsseciam* istam in Westphalia illiusque confiniis quærendam judicarunt, ut taceam gravissimorum Authorum supra allatorum judicium, omnem Witichindi Genealogiam multum infirma historiæ basi niti contendentium.

PRÆTERMISSA.

Pessin. Mart. Morav. l. 1. c. 3

Pessina circa hæc tempora plura de Moymaro, quem Mogemirum vocat, Moravorum Duce narrat, sed ea seu ex fontibus prope nullis, seu incertis recentissimisque, imo liber 3. Dubravii, quem in rem suam citat, ne mentionem quidem Mogemiri habet. Et primo quidem Regem contra veterum omnium fidem nominat; imo Stredovskius non est veritus glossam in Bullam Eugenii II. ingerere eum quoque Regem appellando. Tum narrat Pessina eum gubernacula a bello Hungarico auspicatum, diuque ancipiti fortuna gessisse, & ne a Francis impediretur primum omnium ex Moraviæ Regibus cum Germanorum Principe Ludovico Imperatore amicitiam iniisse, ac Francofurti fœdus, contradicente licet fratre Lidovito, pepigisse, postea vero Episcopis potestatem fecisse Evangelium in terris suis libere prædicandi. Post confectum Hungaricum bellum suscepisse Polonicum, de quo jam egimus anno 819. Post hoc rursum contra Hungaros profectum, binoque prælio victum amissa potiore parte exercitus, ac flore nobilitatis una cum Bogislao Lidoviti fratre Slavoniæ quondam Regis minore natu filio pacem ab Hungaris pretio & precibus redimere coactum. Sed quos ille hic statuat Hungaros ignoro; constat enim Hunnos, qui in Pannonia residui erant, clientes & vasallos fuisse Ludovici, ut ita eos lacessere non potuerit, quin simul Ludovicum appeteret. Tum pugnat etiam cum Porphyrogenito aliisque vetustissimis ante Liudevitum, jam alium Sclavoniæ Regem facere, quandoquidem post expulsos a Carolo M. his locis Avares tum primum Slavi Croatæ in has vacuas terras transierunt, primusque omnium Dux, de quo sæpe supra, Liudevitus legitur. Tum in eo etiam hallucinatus, quod Liudevitum, quem hic fratrem appellavit Mogemiri, l. 2. c. 24. filium faciat.

Stredovsky sacra Morav. hist. l. 1. c. 11.

Porphyrog. de administr. Imp. c. 40 Pray in Annal. Hunnor. P. 2. l. 3. p. 281.

AN-

Digitized by Google

ANNUS 826.

Vir quidam copiis familiaribus locuples ac pecuniosus, nec minus plurium illustrium cognatione clarus de pago Buczinky (a) cognomento Russysuad non longe ab Albis alveo sibi clientelisque suis insignem constituit domum, quam contra Germanorum irruptiones securam ut præstaret, munimentis undiquaque ad castri normam cinxit, nomineque suo Russisuadow gaudere gestiit. (b) *Russisuadow castrum.*

Eidem frater fuit Lahoborz non minorum divitiarum auctoritatisque in populo. Eum Russisuad, id fraterno amori tribueret, oravit, ne longius ab eo discederet, ut sub imminens quodquod periculum ejus præsente consilio & opera uti posset. Accepit Lahoborz consilium suæ quoque securitati perfalutare, cumque uxore Wietrussia prope flumen locum ædificando castro destinavit, quod ab ea nomen Wietruss mutuavit. (c) Isthic exsectis silvis, aptatisque agris regio longe lateque pascuis frugibusque læta paucum intra tempus efformata. *Wietruss urbs.*

ANNUS JESU CHRISTI 826.

EUGENII II. PAPÆ 3. LUDOVICI IMPER. 14.

WOGENI 23.

(a) Buczynky hodiernum Buschinn vicum in regione Litomericensi olim Equestris Ordinis sedem non longe Bohemo-Lippa remotum autumat noster P. Victorinus.

Digitized by Google

(b) Castrum hoc posterius compendio *Sſuadow* appellatum & novem milliaribus Praga dissitum fuisse, suo denique tempore in ruinis gemuisse refert Balbinus. Hodie in numero arcium desertarum non comparet, nisi a Balbini ævo restauratam arcem *Schwaden* dicamus ad ditiones serenissimi Ducis Clementis Bavariæ pertinentem, quæ totidem milliaribus Praga dissita, ad ipsum flumen Albim supra Austam condita est e dextra Albis ripa.

Balb. Dec. 1. l. 3. c. 8. §. 1, & 4.

(c) Wietrusch castrum itidem ruderum nonnisi indicio nominis sui reliquias conservare idem Balbinus meminit. Hoc loco arcem Comitum ab Harrach *Gross-Brisen* hodie appellatam nonnisi medio lapide Sſuadovio dissitam consistere, memoret noster P. Victorinus.

Balbin. c. l.

PRÆTERMISSA.

Hoc anno rursum quospiam Soraborum motus refert Eginhardus, scilicet Tunglonem unum de Soraborum primoribus accusatum apud Ludovicum Imperatorem de turbis; sed demum in generali conventu ad Franconofurt habito se purgasse dato filio obside. Qui motus cum unius soliusque e primoribus fuerint, vix ad Bohemos pertinuere.

Eginhard. ad h. a.

ANNUS 827.

Idem, quos statim prædiximus fratres habito inter se consilio Principem adierunt condendæ alicubi urbi facultatem adjumentaque impetratum, (quæ sub Germanorum irruptiones universa regionis illius incolis certo esset tutamini. Nihil hac postulatione æquius ratus Wogenus viris his de patriæ salute sapienter prospicientibus triginta famulos totidemque auri marcas dari jussit. Dum alacres, plenique bonæ spei Mauracensia vada, (a) ea fuere in Egra flumine, trajicere parant, en mulierem a tergo clamantem ac consistere jubentem. Cum ad vocem gradum defixissent,

Digitized by Google

sent, propior jam illa: „Egregii, inquit, juvenes, & „patriæ amantes filii, aurum, qui vobis eripiat, nullus „est. Pergite secundis avibus, tertioque post die, quam „domos vestras revisseritis, urbem novam auspicari in ani„mum inducite.„ Palam erat anum esse Pythiam. Ad eam ergo versi fratres viæque comites: „Mater, inquiunt, „quoniam de auro convenit, scilicet Pythium habes, quin „dicis igitur, quo loco novam urbem auspicato condi„mus?„ ad ea sic respondit anus: „Ubi quarto diluculo „clarissimis collucentes ignibus silvas conspecturi estis, ibi „excisis dumis & vepribus (qui Slavis Haussty significa„bant) non adeo magnum circuitum urbi insternendæ pa„rate, urbemque novam ab eo dumeto Haussty nuncu„pate, (b) fatale id omen hostibus futurum, quorum im„petus eum ad obicem perpetuo frangendos cognoscet po„steritas.„ Hæc cum dixisset celeriter se juvenum grati animi significationes testantium oculis subduxit. At illi oraculo læti indicatum felicibus flammis locum quarta luce vepribus exuunt, nudumque spatium mœnibus non maximis amplexi urbem *Haussti* postea (c) *Austi* vocitatam in orbem invehunt. *Austa urbs.*

Iisdem diebus Wogenus inclinata jam ætate, & instantibus fatis futurorum sollicitus non modo primores senatoresque, sed & nobilium quorumque ac consiliis clarorum turbam in Wissehrad evocavit, universim jam jam collectos, quæ seu patriæ salutaria, seu perniciosa reipublicæ instarent, edocuit multis, nec fatalem jam sibi impendere

Digitized by Google

diem conticuit. Posteaquam loquendi finem fecit, patres in hæc verba respondere: „ Si quam optime animata sunt „ erga vitam felicitatemque tuam Princeps vota nostra, tam „ proni ad exaudiendum ea essent superi, næ tu propter „ æque sapientissimeque administratam rempublicam omnium „ suffragio immortalitatem consequerere. Sed eam immu„ tabilem fatorum legem novimus, ut te ei quoque, proh „ dolor! succubiturum aliquando non ignoremus. Jam „ vero prospiciendum rebus singulis, ut ab exitu tuo Bohe„ mia non minori felicitate gaudeat; providendum, in„ quiunt, ut simillimi moribus patri filii stirpem tuam genti „ nostræ æviternam reddant, nepotesque exemplis tuis pa„ ternis incitati, imaginem tuam exprimere satagant. Ne „ tarda Principum optime filiis tuis jam jam generandæ so„ boli maturis adolescentibus uxores dare, id domus tuæ, „ id nostra salus exposcit. „ Nec abnuit Wogenus, gnarus quam valide staret firmata liberis Principalis domus. Altero mox die Krzezomyslum filium aliter Wnyslavum dictum Ostromeczio ad se evocavit, alterumque Budeczio (d) Wratislaum. Krzezomyslo ex patrum sententia Libussam Rodmili de Weleslawicz (e) filiam despondit. Tertio abhinc die secundo genito Wratislao Kazkam Borhossi de Kassin natam in uxorem tradidit, diesque permulti nuptialibus conviviis, solemnitatibusque ductis,

Krzezomysli & Wratislai filiorum connubia.

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 827.

GREGORII IV. PAPÆ 1. LUDOVICI IMPER. 15.

WOGENI 24.

(a) *Maurach* vocabulum hanc antiquitatem non ſpectat, ita trajectus ad hodiernum Libochowitz ſæculo XVI. nomen ferebat.

(b) Hanc Etymologiam jam ad annum 773. refutavimus, nec enim dyphthongus *au* majoribus noſtris tum erat cognita, & hæc ipſa urbs in diplomate Boleslai Pii Brzevnovienſi Cœnobio dato, tum in Spitignei Eccleſiæ Litomericenſis *Uſtby* ſcripta legitur.

(c) Ad hunc locum noſter P. Victorinus: Auſta germanis vulgo Außig vocitata urbs regia eſt in agro Litomericenſi, 9. Praga milliaribus diſtans, ipſi Albi adſita cum arce vetuſtiſſima. Ejus a Germanorum irruptionibus bellisque creberrimæ in hiſtoriis noſtris memoriæ. Cœnobio, quod Roſenſes olim urbis domini Prædicatorum Ordini extra mœnia erexerant, Huſſitæque everterant, alterum anno 1618. ad S. Adalbertum dictum intra muros ſucceſſit. Stransky præterea refert: Vinum, quod hic ante-urbanis ſub rupibus naſcitur, quodque ideo *Podskalnie* dicitur, non habet aliud in patria noſtra, a quo generoſitate ſuperetur; nec locus fere ad Albim alius eſt, ubi typhlarum ſeu oculatorum piſcium captura ſit uberior. *Stransky Reipubl. Boj. c. 2. §. 15.*

(d) Locum hunc jam rurſum reſtauratum fuiſſe oportet, cum ante vaſtatum retulerit Hayecius.

(e) Weleslawin vetuſtiſſimus vicus hodie ad Pragam perſtans refertur in diplomate Boleslai Pii Brzevnovienſi cœnobio dato, interque proprietates hujus Cœnobii conſignatur.

PRÆTERMISSA.

Hoc anno, quod ad hiſtoriam noſtram pertineat, id ſolum meminit Eginhardus: Annualia dona rurſum ad Compendium Ludovico Im- *Eginhardus ad h. a.*

Digitized by Google

Pessin. Mart. Moravd. l. c. 3 & l. 2. c. 4. Imperatori præsentata fuisse. Pessina ad hunc annum præterea refert illud secundum Mogemiri Moraviæ Ducis cum Hungaris bellum, de quo jam ad an. 825. in prætermissis egimus. Id certe refutatur fusa *Eginh. c. l.* Eginhardi hujus anni de Pannonia historia, cujus Slavos per Dravum misso exercitu impetitos scribit a Bulgaris, tantumque attritos, ut expulsis eorum Ducibus Bulgarici Rectores illis constituerentur; quare anno sequente Baldrichum Ducem Foro-Julienſem ignaviæ ob id con- *Eginhardus ad ann. 828.* demnatum omnibus honoribus privatum, & ejus marcam inter quatuor Comites fuisse divisam.

ANNUS 828.

Quiescente externo hoste, non defuerunt hoc anno domesticæ turbæ. Wlastak & Sobiesς ex pago Chobolez (a) in agro Zatecensi, seditiosi turbulentique fratres rusticam famulorum manum partim pecuniis, partim pollicitationibus, partim etiam vi ab suis dominis ad se pellexerunt, magnosque, re adhuc Principi tecta, per finitima loca motus cierunt.

Launa vicus expilatur. E ceteris malefactis non postremum fuit, quod Launam (supra Egram is tum vicus erat admodum populosus olimque a Launo filio Krusuovi isthic conditus) ex condicto concubia nocte adorti, aliis cæsis, aliis fugatis incolis, quantam quantam expilaverint, latrocinium etiam crudelitate in humana cumulantes, Horako Launi filio domino loci, quo tum juvene in Bohemia nihil erat venustius, Egrensibus aquis barbara sævitia præfocato. Ob hoc aliaque pessima facinora ad Principem dicendæ causæ ergo vocati, ut flagitiorum comes est contumacia, venire insuper contemserunt.

Horak Launæ dominus aquis præfocatus.

Tam

Digitized by Google

Tam insignis pervicaciæ, quo minus e vestigio pœnas darent, in mora fuit natus per eos dies Wratislao (b) ex conjuge Kazka in castro Budecz filius; quod nuncium quanta voluptate Wogenum affecerit, vix verbis expediri potest. Recens nato puero nomen Wlastislawi (c) impositum, quasi Slavica connotatione dicas Patriæ gloriam. *Wratislao nascitur filius Wlastislaw.*

ANNUS JESU CHRISTI 828.

GREGORII IV. PAPÆ 2. LUDOVICI IMPER. 16.

WOGENI 25.

(a) Vicus is non amplius comparet inter loca regionis Zatecensis. *Kobel* inter summa montium juga, quæ vix quidem tum adhuc culta fuere, in hac provincia reperire est.

(b) Pulkava Wladislaum vocat, sic enim ille: *Weyn duos filios habuit, videlicet Wneslaum, & Wladislaum, inter quos terram Boemicam dividens, Wnislao Pragam & Ducatum Boemiæ donavit, Wladislao vero Lucensem alias Sacensem provinciam distribuit.* Dalemilus Wlastislavum appellat. *Pulkawa Mſ.* *Dalem. hiſt. Bolesl. c. 16.*

(c) Pulkawa filium hunc Wlatislaum nuncupat, sic enim ille: *De Wladislao vero postea Wlatislaus successit.* *Pulkawa Mſ.*

PRÆTERMISSA.

Ad hunc annum præter annua rursum dona Wormatiæ in conventu generali reddita nihil in vetustis ad historiam nostram spectans reperimus. *Eginhardus ad h. a.*

AN-

Digitized by Google

ANNUS 829.

Wogeno a domestica lætitia animum ad seria intendenti, cum superiorum Wlastaci & Sobiesli facinorum memoria in mentem venisset, rursum capitalium rerum misit judices, qui eos vocarent in jus, responsuros senatui: quamobrem Launam deprædati sint, cives indignis modis habuerint, illamque Bohemiæ venustatem Horakum aquis merserint? simul perduelles judicavit, nisi adesse maturassent. Illi cum facile dispicerent, si in judicio sui copiam fecissent, capitis pœnam non evasuros, tametsi secundo mandatum Principis insuper habuere, tamen ut Wogeni indignationem quali quali pœnitentia mitigarent, ad Launam restaurandam, atque in urbem evehendam animum adjecerunt. Itaque oratores Wissehradum extemplo missi, qui invidiam facti mollirent, veniamque supplices peterent, & inprimis docerent: Wlastacum & Sobiessum ad Principi reipublicæque satisfaciendum, cupere Launam in urbem attollere, jamque re ipsa in eo opere desudare, numerosamque coloniam huc duxisse. Ac tametsi per affectam Principis valetudinem ejus causæ cognitio in aliud erat tempus projecta, nihilo tamen minus perficiendo operi acriter instabant fratres, cui & consequente anno supremam adjecerunt manum.

Launa mirifica conversione in civitatem exsurgit.

Per eosdem dies nunciatur Wogeno atque Bancæ Principibus natus Krzezomyslo filius Neklan (b) in castro Ostromecz. Id nuncium avum ægrotantem multum erexit.

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 829.

GREGORII IV. PAPÆ 3. LUDOVICI IMPER 17. WOGENI 26.

(a) Fabulantur nonnulli noſtrorum: Launam urbem veteribus ideo *Lunam* appellatam, quod bicornis lunæ ſimilitudinem retulerit; ſed quis latina propria nomina locorum in regione Slavica quærat? quod *Luna* majoribus dicta ſit, non alia ratio eſt, quam quod dyphthongo *au*, ut alias ſæpe meminimus, Slavi caruerint, eaque omnia per ſimplex *u* enunciaverint, quæ hodie per *au* ſcribimus. Majoribus autem *Luno*, quemadmodum hodie, *ſinum* & *gremium* ſignificabat, veroſimillimeque inde nomen accepit, quod hæc vicinia gremium & ſinus fertilitatis Bohemicæ credita ſit; abhinc enim per Rakonicenſem diſtrictum vallis illa porrigitur ad flumen usque Moldavæ, de qua, ut ait Stranskius, vulgo jactitabant majores noſtri, *ſi toto regno durior annona fieret, ac ſi modo in hac valle ſeges feliciter proveniſſet, fame non perituram Bohemiam.* Anonymus Poeta ſupra laudatus, Pragæ excuſus, urbis Launæ hæc initia ſtatuit; *Stransky Reipubl. Boj. c. 2. §. 12.*

Ad M adjungas X unum: Urbs condita Launa.
Ulrici a Bozeni conjuge ſtructa fuit.

Quod mihi non videtur improbabile, cum ex Annalibus noſtris conſtet Bozenam hanc ruſtici filiam ex vicino Launæ vico Opoczna in Ulrici conjugem aſſumtam fuiſſe. Ad hunc locum addit noſter P. Victorinus: Launæ, regia hodie Bohemiæ civitate; Wenceslaus Rex erexit, dotavitque anno 1253. Cœnobium Ordini Prædicatorum, vitæ exitum in eadem urbe ſortitus. Alterum ſacratis Deo Virginibus Ordinis D. Auguſtini de Pœnitentia B. Mariæ Magdalenæ condidit Bero Launenſis Judex anno 1331. Utrumque bacchantes Huſſitæ anno 1424. ſacrilegis manibus disjecerunt. Exornat tamen hodieque eam civitatem Paroeciæ templum inter Bohemiæ auguſtiora computandum, quod celeber Architectus Beneſſius abſoluta Wladislai Regis in caſtro Pragenſi aula, in partiam, ſcilicet Launam, reverſus in locum antiquioris incendio collapſi civium ſumtibus exſtruxit, akisque fornicibus ſumma arte colligatis operuit anno 1531. operi pene ad apicem perducto immortuus, & primus in eadem Baſilica tumulo illatus. *Hayec. ad An. 1007.*

Digitized by Google

Schleinicius Mſ.

(b) Hic ille *Neklan* eſt, quem Schleinicius ridicule ait nomen ſuum a Bohemis accepiſſe ad retundendam Germanorum cavillationem, qui illum ob corporis brevitatem *Klan* ſeu *Klein* appellaverint, quaſi jam dicerent non parvum fuiſſe. Ceterum vera connotatione veteri Slavica *Neklan* ſignificat *non adora*. Et fortaſſis myſtico ſenſu hoc ei nomen ſeu a parentibus, ſeu populo inditum (cum conſtet hoc tempore paſſim Slavos ad Chriſtiana ſacra tranſiiſſe) ut ei perpetuo monimento eſſet, ne is ad adorandum Chriſtum accederet, quod tum vel maxime Slavi ob aliorum exemplum de ducibus ſuis ethnicis metuebant.

Lodereker in Vocab. ſeptil.

PRÆTERMISSA.

Pagius in Crit. Baron. ad An. 824. n. 18.

Pagius ad hunc annum ſcribit: *Urolpho circa annum 837. demortuo, ſuppreſſum eſt Laureacenſis Archi-Epiſcopi nomen. Diœceſes Laureacenſis ac Patavienſis iterum ſimul ſicuti ante hanc novam erectionem fuerant, unitæ ſunt, & in unam Provinciam coaluerunt Salisburgenſis & Laureacenſis Metropoles usque ad Leonem VII. Papam.* At id ante dictum annum 837. jam acciditſſe multa perſuadent, & quidem veroſimillime hoc ipſo anno 829. quo etiam Szentivani & Stredovskius hujus Præſulis mortem reponunt. Id præſertim conjicere licet ex fragmento literarum ad hunc annum datarum Ludovici Regis apud Hanſizium *, ubi mentio fit limitum novorum inter Salisburgenſem & Patavienſem conſtitutorum his verbis: *Regio, quæ ultra Comagenos montes eſt, inter eos divideretur, ſic ut aquilonarem, occidentalemque oram, qua Spiraza amnis exoritur, & cum altera Spiraza & Arabone confluit, Pataviensis haberet; Reliqua orientem, auſtrumque ſpectantia procurarentur ab Salisburgenſi. Actum Reganesburch anno Chriſto propitio DCCCXXIX. anno XVII. Hludovico Imperatore, filio ejus Hludovico regnante in Bojoaria anno V. XIV. Kal. Decembris Luna XVI. Indict. VIII.* Idem hoc ipſo tempore affirmat Anonymus vetuſtus de Treyſma (hodie veroſimillime Traſmauer Auſtriæ oppidum) loquens. *Baptiſatus eſt in Eccleſia S. Martini, loco Treiſma vocato, ante videlicet pertinenti ad ſedem Juvavenſium.* Quæ ſcilicet loca, ut ante meminimus, Carolus Magnus poſt Hunnorum expulſionem Archi-Epiſcopo Juvavenſi ſubdidit, & hac nova diviſione ad Patavienſem reciderunt. Atque hinc veroſimillime eſt, quod cum terræ ultra Arrabonem ex utraque ora Salisburgenſi adjudicatæ fuerint, paulo poſt legatur apud eundem Anonymum vetuſtum: ab Adalramo Epiſcopo Salisburgenſi ultra Danubium in proprietate Prinninæ dicto loco Nitervo conſecratam Eccleſiam. Et

Szentivani in Differt. Patolip. Catal. 75

14. Dec. Stredovsky S. Morav. hiſt. l. 1. c. 12. p. 73.

* Hanſiz. T. I. Germ. ſacr. p. 155.

Anonym. de Converſ. Boj. & Carenten.

Re-

Digitized by Google

Reginarius Pataviensis Præsul in diplomate Ludovici anno 836. Episcopus, non Archi-Episcopus scriptus reperiatur. Recte hinc etiam sentit A. R. P. Sigismundus Calles: tum Pavianensem una cum Vetvarienſi Episcopatu fuisse sublatum, ac totam eam Provinciam ad Pataviensem rursum Antistitem rediisse. Nec vero Buccellinus in suo Viennensium Episcoporum Catalogo ultra Rathfredum ab Eugenio isthic constitutum progreditur, quem ultimum hujus Ecclesiæ Episcopum facit. Vide novissime prolatum Ludovici diploma.* *Apud Hund. in Metrop. Salisburg. T. I. p. 231. Calles Annal. Austr. l. 3. Buccellin. in Germ. sacra P. 1. p. 50. *Apud Oefelium T. I. scriptor. rer. Boic. p. 703.*

ANNUS 830.

Cum anni hujus cursu procedebat magnis passibus majoris Pragæ munitio & ornatus præsente ubique Principe populumque ad maturandum opus instigante. Jamque exædificati vici, forum amplissimum cum mercatorum apothecis rerumque venalium tabernis constitutum. *Praga major exornatur ac munitur.*

Lætitiam operis nonnihil obturbavit repentina lues, quæ tamen ut nec inopinato ingruit, ita spe celerius evanuit. Multos quidem mortalium ea eripuit, eorumque morte factum, ut multæ maturæ segetes dominis abreptis, computrescerent; at brevitas malorum istorum saluti fuit Boemiæ. *Lues hominum.*

Eodem denique anno jam jam in hibernum inclinante vallum a supero contra Wissehradum ad inferum Wltavam perductum confectumque, ingentis munimenti molem ostentabat. (a)

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 830.

GREGORII IV. PAPÆ 4. LUDOVICI IMPER. 18. WOGENI 27.

(a) Qui primus ambitus majoris urbis Pragæ fuerit, nullis vetustis documentis explicatum. In orientem magis, quam occidentem protensam fuisse superioribus annis docuimus. Nosser P. Victorinus contendit, locum, quo hodie Teynensis Ecclesia stat tum extra illius valla fuisse, ac dein cum illius limites anno 836. Krzezomyslus extenderet, hunc primo locum in muros Pragenses receptum.

Hayec. ad An. 836.

PRÆTERMISSA.

Calles in Annal. Austr. l. 3.

Inter has, inquit eruditissimus vir Sigismundus Calles, *Laureacensi & Pataviensis Præsulum concertationes Pannonici limitis custodia ad Rathbodum est translata.* Sub hoc ipso Rathbodo autem hæc refert Anonymus vetustus ad Moraviæ historiam spectans: *In cujus spatio temporis quidam Prinninu exulatus a Moymaro Duce Moravorum supra Danubium venit ad Rathodum. Qui statim præsentavit illum domino Regi nostro Ludovico, & suo jussu fide instructus baptisatus est in Ecclesia S. Martini loco Treisma vocato* (Treisma Abbati Gotvicensi fluvius est hodie *Drasain* appellatus in Austria, qui non procul a Trasmauer in Danubium se exonerat) *ante videlicet pertinenti ad sedem Juvavensium, qui postea Rathodo commissus, aliquod cum illo fuit tempus.* Quæ autem lis inter Moymarum Ducem Moravorum & Prinninam interceserit, & ob quam causam ille terris suis exactus sit, nuspiam proditur. Conjecturæ tamen locus est, causam vix fuisse aliam, quam ethnicismum, quo Prinnina adhuc tenebatur, & de quo merito metuebat Moymarus jam Christianus, ut ne ea rursum everteret, quæ Todo, seu Tutundus isthic antecessor pie sancteque pro religione Christiana sanxerat. Nam vix Prinnina Christianus factus est, cum rursum in suas proprietates ad Nitriam fluvium restitutus legitur, ibidemque per Adalrammum Archi-Episcopum Salisburgensem (qui veriori calculo anno 836. mortuus est) sibi consecrari fecit Ecclesiam. Sic enim idem Anonymus: *Cui* (Prinninæ) *quondam Adalrammus Archi-Episcopus ultra Danubium in sua proprietate, loco vocato Nitervo, consecravit Ecclesiam.* Ceterum idem Prinnina jam ampliſſimis ad Savum & Dra-

Chron. Goticens. in Tab. Geogr. Med. Ævi.

Anonym. supra c.

Digitized by Google

Dravum a Ludovico Imperatore terris donatus, potissimum in Carantania Sclavoniaque commoratus est, ut ex posterius dicendis planum fiet.

Pessina hujus Prinninæ historiam magnopere confundit: ait enim illum Moyemiro seu Mogemaro I. Moraviæ Regi pari dignitate surrogatum, sed quia is pacis nimium studiosus esset, populum in factiones abiisse, & ad Mogemirum præpotentem quempiam de regia stirpe toparcham deflexisse. Cui cum Prinnina resistere nequiret, ultro sceptrum posuisse, ac cum suorum nonnullis transmisso Danubio ad Ratbodum confugisse. Qua in re mirar Pessinæ consilium, quo argumento is ex uno Moymaro duos nobis obtruserit, cum tamen Chronologia Anonymi de Conversione Bojoariorum accuratissime respondeat Eugenii II. literis, nemoque ante eum de duobus Moyemaris anquam memoriam ingesserit. Nec porro id sustineri potest, cum Prinninam Regem facit; nam Anonymus laudatus ne quidem *Ducis* titulo eum dignatur, quem tamen Moyemaro tribuit, sed nude simpliciterque ait: *Quidam Prinnina*, ut non levè argumentum capi possit: Prinninam nonnisi vasallum, seu feudatarium Moymari fuisse, quod procul dubio voces hæ Anonymi confirmant, cum ab eo *exulatus* dicitur. Magis vero a veterum calle recessit Stredovskius: qui refert Prinninam hunc tranquille egisse Nitriæ, ac sponte ad Ratbodum transiisse, ut ob susceptæ sacra Christiana defensorem haberet.

Pessin. Mart. Morav. l. 1. c. 2

Anonym. de Convers. Bojor. & Carentan.

Stredovsky S. Morav. hist. l. 1. c. 12.

ANNUS 831.

Anno octingentesimo primo & tricesimo accessit ad vallum fossasque, circum veterem Pragam, anno superiore ductas, murus e duro mollique lapide turribus ac propugnaculis per intervalla constitutis. Hoc opere quoque feliciter consummato incessit Principi cupiditas alveum e flumine ducere, partemque Wltavæ in urbanas fossas derivare. Sed ea cogitatio frustra fuit; consulti enim ea super re municipes, quanquam nonnulli probarent,

De Wltava in Majoris Vrbe fossas ducendo consulit.

Digitized by Google

potiores tamen peritioresque negarunt fieri posse, quod fossarum humum raram esse & sabulosam dicerent; in quam si torrentis sensim aquæ se insinuassent, ut necesse foret insinuare, ingentem mœnibus, urbisque ædificiis ac cumprimis caveis subterraneisque receptaculis stragem esse pertimescendam. Destituta hoc quali quali munitionis genere Praga; fossæ vallaque ficco opere perfecta sunt.

Wogenus morbo obit.

Exitus hujus ejusdem anni finem vivendi tertio decimo ægrotationis die Wogeno fecit. (a) Super Hrobkam, ubi mortales exuvias posuit, octiduo funesti ignes vixere, pullataque victima pallentibus Diis sine numero cæsa. Filios superstites reliquit duos Krzezomyslum aliter Wnyslavum appellatum, (b) & Wratislaum, ex iis duos item nepotes, Wlastislaum alterum, alterum Neklanum. (c) Imperavit annis duobus de triginta, obiitque justitiæ & clementiæ laude inclytus, amator Patriæ, ampliator Pragenæ urbis, plenus recte facti, tamque virtutis eximiæ, quæ vix quidem ab gentili homine exspectari potuerit.

ANNUS JESU CHRISTI 831.

GREGORII IV. PAPÆ 5. LUDOVICI IMPER. 19. WOGENI 28.

Strinsky Reipubl. Boh. c. 8. §. 4. Balb. Dec. 1. l. 7. c. 7. & in dissert. post. c. 11. Puczalk. in Navi Eccl. Mss. Picturatum.

(a) Stranskius Wogenum anno 763. mortuum contendit, postquam vixisset annos octo & quinquaginta, quem Balbinus refutat, afferitque eum anno regiminis 38. & Christi 689. fatis cessisse. Puczalka mortuum ait anno 656. Mss. Picturatum regimen auspicatum memorat anno 578. sed annum obitus præteriit, cujus imaginem cum patris sui Mnatæ ex eodem Mss. Picturato hic apponimus.

(b)

Digitized by Google

ФРѦПѦ.
Mnata.

ЧРЖЧЭР.
Wogen.

Salzer Fritz Sc. Prag.

Digitized by Google


Digitized by Google

(b) P. Viderinus noſter ex vetuſtiorum ſententia poſt Wogeni mortem Wnyslavum ſupplet ab Hayecio prætermiſſum, eumque octavum ordine Bohemiæ Ducem facit. Sic vero ille: Wnyslaus, quaſi interiorem gloriam dicas, Hayecio idem, qui Krzezomyslus, aliis vero Bohemiæ Scriptoribus tam ſuperioribus Hayecio, quam ulterioribus, ab illo plane diverſus; utpote qui Wogeni filius natu major, in Principatu ſucceſſor, Krzezomysli parens, Princepsque Bohemiæ octavus eſſe debuit, ut præluſit vetuſtiſſimus Coſmas, & Æneas Silvius, item Dubravius, poſt Hayecium vero Weleslavina, Stranskius & Julius Solimannus, cujus poſteriorjs hi verſus ſunt, atque laudes Wnyslawi: *Coſm. Chron. Boh. l. 1. Æn. Silv. hiſt. Boj. c. 9. Dubrav l. 2. Weleslav. in Geneal Duc. Stransky Reip. Boj. c. 8. Jul. Solim. in ſuis Elogiis.*

Virtutis monimentum ingens, ſine fratre paterni
Noluit hic ſceptri ſolus habere decus,
Ergo jubet fratrem ſolio conſiſtere ſecum,
Atque pari regno ſubdere fræna manu.
Quid non præſtat amor? ſi ſit concordia morum,
Regni etiam ſedes excipit una duos.

Wnyslao regnante, integros duos menſes rapidiſſimi turbines Bohemiam exagitarunt. Acceſſit miſeriæ cumulus, ex molarum ruina, panis penuria. Piiſſimus Dux ſubditorum populorum damna non gravius tulit, quam liberalius ſublevavit. Molæ ex ærario reſtitutæ, civibus ex eodem pro damni modo ſubventum eſt. Itaque civium calamitas verſa eſt in Principis gloriam. Ducis in populum beneficia in ſimilem laudem naturam provocarunt. Auri novæ fodinæ illuxerunt, annonæ vilitas tanta ſecuta eſt, ut frumento emtores deeſſent in Bohemia. Cœpit regnare juxta Veleslavinum anno 656. At juxta Stranskium deceſſit anno 785. cum duos & 20. annos præfuiſſet Bohemiæ, denique juxta Balbinum regiminis ſui vigeſimo ſexto an. 711. Quamobrem vero Wnyslaum e numero Principum expunxerit Hayecius, ſic auguratur Balbinus: *Cum nimia*, inquit, *Principum Bohemiæ multitudine & numero premeretur, & Czechum in Bohemiam A. C. 644. veniſſe, & A. C. 893. Borzivojum Chriſto dediſſe nomen, & S. Wenceslaum a fratre cæſum A. C. 929. poſuiſſet (quæ omnia Chronologiæ adverſantur) intra 285. annos, quindecim duces cum aliquot interregnis a Czecho usque ad S. Wenceslai cædem includere coactus eſt: adeoque ut minorem numerum Principum haberet, Wnyslaum obſcurum alias omiſit, ceteros vero Principum Bohemiæ Imperii annos, ubi ubi potuit, decurtavit.* Hactenus ex Balbino aliisque noſter *Ibid.* *Balbin. tic. l.*

Digitized by Google

ſter P. Victorinus. At cauſæ, quas Balbinus prætermiſſi ab Hayecio Wnyslavi refert, nullæ ſunt; cum enim tota Chronologia Hayecio fuerit arbitraria, quemadmodum ipſi quoque Balbino, ac judicio ſuo efformata, non video, cur non ille de annis reliquorum Principum, quos ſat diu imperantes facit, aliquid detrahere potuiſſet, & ſic Wnyslao locum quoque & ſaltem annos aliquos Principatus deſtinare. Sed quod res eſt, iſtuc mihi quidem videtur, quod Hayecius præ manibus habuerit Pulkavæ MC. mendo laborans, quale & illud exemplar eſt; e quo meum tranſumſi, in quo hæc leguntur: *Huic iterato Wneslaus poſtea ſucceſſit filius ejus dictus Crzeſomyslus.* Ut is itaque Wneslaum pro uno eodemque cum Krzezomyslo habuerit; ſed hallucinatio ſcribæ eſt, *Wneslao* enim habent emendatiores Codices, uti Codex Bibliothecæ A. RR. PP. Crucigerorum cum rubeo corde ad S. Crucem majorem Vetero-Pragæ, & Anonymi Chronicon apud Menkenium. Porro Wnyslavi hujus ſimulacrum demum ſub finem regiminis Krzezomysli ſimul cum ejusdem ex MC. Picturato proferemus.

Apud Menken. T. III. p. 1628.

Balb. Epit. l. 1. c. 16. in notis.

(c) Balbinus Wogeno præterea filiam *Stybam* nomine adſcribit *ſuperſtitem* fuiſſe.

PRÆTERMISSA.

Annal. Bertin. ad h. a.

Annales Bertiniani ad hunc annum memorant multas Sclavorum legationes ad Ludovicum veniſſe in villam Theodonis, ubi eo anno jam tertium placitum Ludovicum tenuiſſe ex vetuſtis oſtendit Pagius. Ad hæc quoque tempora referenda videntur, quæ Anonymus vetuſtus de Prinnina proſequitur: *Interim*, inquit, *exorta eſt inter illos* (Ratbodum ſcilicet & Prinninam) *antiqua diſſenſio, quam Prinnina timens fugam iniit in regionem Wlgariam* (Bulgariam) *cum ſuis, & Hezil filius ejus cum eo, & non multo poſt de Wlgariis Ratimari Ducis* (is erat Dravi accola) *adiit regionem. Illoque tempore Ludovicus Rex miſit Ratbodum cum exercitu multo ad exterminandum Ratimarum Ducem: qui diffiſus ſe defendi poſſe, in fugam converſus eſt cum ſuis, qui cædem evaſerunt. Et prædictus Priwinnus ſubſtitit, & cum ſuis pertranſit fluvium Sauwa, ibique ſuſceptus a Salachone Comite, pacificatus eſt cum Ratbodo. Aliqua vero occaſione iterum percepta, rogantibus prædicti regis fidelibus, præſtitit Rex Prinninæ aliquam inferioris Pannoniæ in beneficium partem circa fluvium qui dicitur Saua. Tunc cæpit ille ibi habitare, & munimen ædificare in quodam nemore, & palu* (palude) *ſelle de fluminis, & circumquaque populos congregare, ac multum ampliari in terra*

Pagius in Crit. Baron. ad h. a. Anonym. de Converſ. Bojoar. & Carent.

Digitized by Google

ra illa. Hanſizius qui aliam editionem quam, Freherianam hujus Anonymi præ manibus habuit, legit fluvium *Sana*, locumque illum *Mosburgum* a palude dictum, veroſimillimeque in Cileenſi tractu fuiſſe autumat, quod huic *Sana* eſſet propinquior. Quem quidem fluvium *Sana* prope *Geyrach* in *Savum* ſe ſe exonerantem profert Abbas Gotvicenſis in ſua tabula Geographica medii ævi. Ex quo ſimul cognoſcimus, quod ſupra meminimus, Prinninæ ditiones inter *Dravum* & *Savum* fuiſſe. Porro hoc procul dubio fuit initium incrementi Regni Moravici, quod poſtea ad ſummam amplitudinem evectum eſt, cum Prinnina demortuo Duces Moraviæ has ſibi terras vindicarunt, ſeu agnationis jure, ſeu quod eorum feudatarius fuiſſet. Denique ex eo codice, quem adhibuit A. R. P. Sigiſmundus Calles multum illuſtratur obſcurus locus editionis Freherianæ præſertim de Hezilone; qua obſcuritate deceptus etiam Brunnerus ex Hezilone hoc Prinninæ filio fecit legatum Liudeviti Bulgarorum Regis.

Hanſiz. T. I. Germ. ſacr.

Calles Annal. Auſtr. l. 3. Brunner in Annal. Boj. P. 2. l. 6.

Digitized by Google

ANNUS 832.

Excedens terris Wogenus nemini post se, seu fato id accidit, seu moribundi industria, Principatum addixerat; (a) ea causa fuit, quamobrem populo Comitiâ indicerentur. Concursu ingenti Czechici populi in atrium castri Wissehrad facto, apertisque Comitiis inter primores senioresque ea consultatio primum locum invenit; „ Quænam remedia omnium optima præsidiaque efficacissima „ futura essent, ut Boemia a Germanorum irruptionibus „ populationibusque tuta redderetur?„ altera erat: „ Quinam inter duos Wogeni relictos filios successor in paterno ducatu constituendus esset?„ Commendabat apud plurimos Wratislaum natu minorem corporis habitus magnitudine eximius, regiaque quædam oris dignitas; adjuvabat alterum natalium prærogativa, & in humili curtoque corpore acerrima ingenii vis. Neutri studia partium, fautorumque deerant. Multis agitatis disceptationibus, causarumque discussione, prævaluere tandem jura natalium. Krze-

Comitia in Wissehrad.

zo-

Digitized by Google

zomysło (b) igitur primogenito imperii paterni summa, id est ducatus Wissehradensis cum omni Pragensi regione in orientem vergente, communibus sententiis delata. Wratislaus, ne paterna hereditate excludi videretur, Luczko, seu Satezia urbe cum provinciis septemtrionalibus (quas Czechi Germanique promiscue colebant, item illi, quos Bohemi Srbos, ii vero se Luczanos dicebant) potitus. (c) Æqui bonique fecere fratres Comitiorum decreta, unusquisque ea terrarum portione, quam designavere patres, contentus, fraternæ cumprimis concordiæ studuere.

Krzezomyslus creatur Princeps Bohemiæ.

Wratislaus obtinet Principatum Zatecensem.

ANNUS JESU CHRISTI 832.

GREGORII IV. PAPÆ 6. LUDOVICI IMPER. 20.

KRZEZOMYSLI I.

(a) Vetustiores omnes: Pulkava, Anonymus apud Menkenium, Silvius, Hofmannus, item Cuthenus Dalemilum sequuntur, qui eam terrarum partitionem jam a vivente patre Wogeno inter filios suos factam scribit his verbis:

Pulkava Ms. apud Menken. T. III. c 11. Silv. hist. Boj. c. 9. Hofman. apud Pez. T. III. c. 10. Cuthen. c. 9. Dalemil. c. 16.

Po tom syn geho ten Wogen sobie zmiegmiesse,
Ten synowa zemi rozdieli,
A za zywota ge odsieli
Luczko da Wlastislawowowi,
Czeske Kniezstwo Wnyeslowowi.

Imo etiam posteriores quique: sic enim canit Cropacius:

Cropac. in Ducib. & Regib. Boh.

Distribuens natis sacra regni sceptra duobus,
Parte sua placide jussit utrumque frui.

(b) Quemadmodum anno superiore Hayecio eveniſſe innuimus, quod ex vitioso Pulkavæ Ms. loco perperam Krzezomyslum cum

Digitized by Google

Æn. Silv. hist. Bob. c. 10. Wnyslao confuderit, ita verosimillime accidit Silvio, quod ex ejusmodi Pulkavæ mendoso loco *Krzezomyslum* pro uno eodemque cum *Neklano* habuerit. Sic vero habet mendosus ille locus apud Menkenium: *Postea filius Grzemyslaus dictus Neklam rexit terrum.* Cum Codex Bibliothecæ A. RR. PP. Crucigerorum cum rubeo corde supra laudatus emendatius sic referat: *Postea vero Cresomysli filius Neklam dictus rexit terram,* Cum Silvio itaque errante erravit quoque Kranzius, & Dlugossus; nam Cosmas, Jaroslaus, Franciscus, Dalemilus Neplaho aliique veteres omnes Krzezomyslum a Neklano distinxerunt. Ceterum Krezomysl antiqua connotatione Slavica hominem acris ingenii significat. Dubravius contra veterum scripturas ubivis locorum prolatas *Krevomyslum* vocat, indeque non mirum nomen id *flexanimum* ei connotare.

Apud Menken. T. III. c. 11. p. 1628.

Pulkava Mſ.

Kranz. Wendal. l. 1. c. 20.

Dlugoſſ. hiſt. Polon. l. 1.

Dubrav. hiſt Bob. l. 3.

(*c*) Vratislao præter Zatecensem regionem obvenisse Srbiam seu hodiernam Lusatiam contendit Stranskius & Cuthenus; quos sequitur Carpzovius, Kunschke & Pannach.* Iidemque duo posteriores addunt: *Annales Fuldenses testari, quod Neklanus superioris Lusatiæ partem in suam potestatem redegerit.* Sed locum hunc Annalium Fuldensium (diversas enim editiones diligenter excussi) ostendi mihi optarem; neque vero uspiam hactenus ab exteris priorem aliquem *Borzivogio* ex Ducibus nostris prolatum reperi. Porro relatio duorum horum authorum §. citato & sequente tam confusa est, ut quid veri ex illa eruam, non videam. Nam si Vratislaus hic, qui Neklanum præcessit, jam partem Lusatiæ tenuit, quomodo eam sibi primum Neklanus vendicavit? quomodo etiam Neklanus cum Carolo M. bello implicitus Zecho seu Lecho belliduci suo bonam Lusatiæ partem in præmium cedere potuit, cum constet eo ipso Caroli bello Lechum hunc occubuisse? quomodo denique Vitichindus I. post mortem Zechonis seu Lechonis non modo dotis, sed & Caroli M. beneficio ac donatione partem hanc Lusatiæ accipere potuit, cum supra ostenderimus Vitichindum facile annis 20. ante exortum Bohemicum bellum satis cessisse? Verosimillimum quidem est: tum vicinos Slavos, ut Francorum indies magis accrescenti potentiæ resistere unitis viribus possent, atque rempublicam Bojemam stabilirent, se se pedetentim Pragensibus Ducibus submisisse, ab iis præsertim emergente bello imperia accepisse, iis subsidia tum a milite tum ære dedisse ac proinde etiam Luiticios seu Lusatas vicinos Pragensis Ducis imperium respexisse: at hæ conjecturæ nostræ sunt, & recentiorum, nulla auctoritate veteri stabilitæ. Quare erudite & vere

Stransky Reip. Boh. c. 7. §. 4. Weleslav. in Silv. s. 11. p. 42. Carpzov. Lauſnitzer. Ehren-Tempel P. 1. c. 2. §. 2. Kunſchke diſſert. hiſt. de Luſat. ſect. 8. §. 2.

Supra ad An. 786.

Man-

Digitized by Google

Manlius: *Ante Henricum primum aucupem de rebus gestis Lusatiorum nihil certi memoriæ proditum.* Nostri quidem Annales (quod pridem etiam advertit Manlius) tam obscuri sunt, dubiique pluribus locis, ut vix erui possit, loquanturne de Zatecensibus, qui etiam Luczane vocabantur, an de hodiernæ Lusatiæ populis? sic Drahomira S. Wenceslai mater hactenus ab omnibus nostris gente Zatecensis credita est, cum nos suo loco ostensuri simus, eam ex Lusatia Slavisque Ztodoranis oriundam fuisse, ut plura alia momenta transeam suis locis proferenda. *Manlius in Deigmate c. 19. §. 2. Idem cit. loc.*

PRÆTERMISSA.

Annales Bertiniani referunt in eo exercitu, quem Ludovicus Bajoariæ Rex in Alemanniam contra Carolum fratrem induxerat etiam Sclavos fuisse: id an ad Bohemos, aut Moravos pertineat, nullibi proditum est. *Annal. Bertin. ad h. a.*

ANNUS 833.

Proceres, summi concilii senatores, omnisque nobilitas, ac cumprimis ii, quorum curæ Principum educatio commissa erat, congressi sunt in arcem Wissehrad consultaturi de inaugurationis die, ad quam universæ Bohemiæ populus evocandus esset. Convenit ad præstitutum dein diem infinita multitudo hominum. *Comitia.*

Egressus Princeps populi sui spectandi causa miratus est numerum, cui capiendo vix campum aliquem parem agnovit; in mandatis igitur dat senioribus populi spectatiores eligant, qui ceremoniis adsint, universæque gentis nomine sacramentum dicant. Delecti triginta supra septingentos hujus generis viri; cetera plebs ad sua redire jussa. Dies is fuit XI. Kal. Junias, cum designata turba ad fon-

Digitized by Google

Fons Gezerka. tem Gezerkam (a) non longe Wiſſehrado diſſitum conſecrationibus Principum ab antiquo inclytum conveniret. Prolata Libuſſæ ſella aurea, in eamque Krzezomysl impoſitus prope dictum fontem. Tum viri duo auctoritate inter primos pollentes Trawian & Hrzislawus productam ex arca Przimislai mitram novi Principis cervici gentili ceremonia imponunt. Conſecuta mox omnis populi acclamatio vitam felicitatemque Principi precantis, ſibi omnia fauſta ab ejus imperio ominantis. Tenuitque is plauſus adgeniculationibus mixtus tempus non breve, cum ad quietem compoſita turba Princeps ſua ſe erigens ſella chlamydatus, ſanctaque Przemysli cidari venerabilis inter latera ſtipantis, ſubſequentisque populi jubila, in ipſam arcem Wiſſerad deductus eſt.

Krzezomysl inauguratur.

ANNUS JESU CHRISTI 833.

GREGORII IV. PAPÆ 7. LUDOVICI IMPER. 21. KRZEZOMYSLI 2.

Balb. Dec. 1. l. 1. c. 27. (a) Balbinus ait: *Qua Wrſſovecium Praga ex urbe via ducit limpidiſſimus fons eſt, quem ob venerationem Principibus debitum muro cinxit antiquitas, ſalutarem hunc fuiſſe, & innoxium antiqui teſtes ſunt, & res ipſa loquitur. Gezerka locus dicitur.* Contra Puczalka fontem hunc eſſe ait in nova urbe infra cœnobium S. Wenceslai prope montanum trajectum, ubi adhuc ſua ætate ſpectatus fuerit; quem itaque fontem ſeu balneum S. Wenceslai dictum, hodieque perſtantem autumat. Alii exiſtimant fontem illum eſſe ante portam Wiſſehradenſem in campanum planitie verſus Nuſslium projecta, ubi antiquo quadri lapidis opere inſtratus fons limpidiſſimus ſpectatur. Qui quidem locus P. Victorino noſtro certior videtur tum propter amplitudinem planitiemque

Puczalka in Navi Eccl. ad An. 711.

ad

Digitized by Google

ad capiendum numerosum populum, tum propter hanc antiqui operis ex quadro lapide molem, quam mediis in campis vix majores nostri præter causam remque gravem exstruxerint. At fons hic passim *Balnei Libussæ* nomen fert, ut vel propter hanc ipsam traditionem honor huic loco tribui, excolique potuerit.

PRÆTERMISSA.

Hoc anno pudendum illud facinus, & oblivione magis quam commemoratione dignum accidit filiorum Ludovici Imperatoris; qui quod Carolo filio ex Juditha noverca genito partem regni deputaverit, armati in optimum patrem non quievere prius, quam ejus conjugem Juditham in exilium deportassent, patrem non modo ad deponenda majestatis insignia, sed & publicam pœnitentiam subeundam coegissent, recluso illo in quodpiam cœnobium arctissimæque custodiæ mandato. Qua in re Gregorii summi Pontificis conatus, animos irritatos placare satagentis, frustrati sunt. Quare merito Annales Weingartenses duobus verbis id exprimunt ad hunc annum: FRANCORUM DEDECUS.

Thegan. Chor. Ep. de gest. Ludov. Imp. Nithardus l. 1.

Annal. Weingart. apud Mabillon. Vet. Analect. Nov. edit. p. 368.

ANNUS 834.

Saxonici hoc anno motus aditum quoque Wratislao ad solemnem suam inaugurationem recluſere. Cum certa fama speculatorumque emissorum indicium referret: Saxoniam Misniamque bellico apparatu strepere, constaretque haud levibus argumentis ea arma ad opprimendos Luzzanos spectare, exterriti, ut par erat, oppidani regionisque illius incolæ ad Krzezomyslum mittunt oratores rem nunciatum, suppetiasque rogatum. Ille temporibus servire doctus, consilium procerum expetit, qui re discussa, parandi Wratislao imperii solliciti, se se ultro offerentem in urbem Zatecium deducunt. Conciliata hic omnium voluntate

Digitized by Google

Wratislaus inauguratur Princeps Zatecensium.

luntate Wratislaus (a) aureæ sellæ foro medio impositus imperium urbis cum Principatus insignibus de manu procerum accipit; quorum jussu non modo cives, sed & universi regionis illius incolæ sacramentum novo Principi dicere compulsi. Hac certa spe promissisque fulti, fore, ut in Krzezomyslo omnique Czechica nobilitate contra hostium molimina tutum præsidium quovis tempore habituri essent. Luczani rebus his læti præter moram Principi suo ad superiorem urbis portam magnificas & Duce dignas ædes construxere. Quod cum ad Germanorum aures pertigisset, cristas illi posuere, duorumque horum ducatuum concordia viriumque unione exterriti omne belli consilium abjecerunt.

ANNUS JESU CHRISTI 834.

GREGORII IV. PAPÆ 8. LUDOVICI IMPER. 22. KRZEZOMYSLI 3.

(a) Hunc Wratislaum a nostris quibusdam exterisque asseri Principem quoque Lusatiæ supra innuimus; at Cuthenus ex eoque Weleslavinus insuper Silesiæ Ducem facit, ab eoque Wratislaviam præcipuam Silesiæ urbem conditam, nomenque invenisse ait, cujus initia Cuthenus ad an. 798. Weleslavinus vero centum & triginta annis prius reponit. Qua in sententia ex nostris non paucos reperere sectatores. Diploma Caroli V. Imp. datum Augustæ Vindelicorum 1530. urbi Wratislaviensi, memorat quidem urbem hanc ab aliquo Wratislao conditam, ab eo nomen assumsisse, imo literam nigram W in aureo campo propterea huic urbi in clypeum concessam; sed quis Wratislaus is fuerit nuspiam indicat. Dissertatio historica apud Sommersberg. eam originem nomenque a Slavis trahere contendit, prius autem *Krod-Slawa* seu *Wrod-Slawa* appellatam, quod ifthic trajectus Slavorum esset,

Weleslavin. in Silv. c. 9.

Balb. Epit. p. 202. & 209.

Apud Sommersb. T. I. p. 912.

Sommersb. T. I. p. 280.

Digitized by Google

set; idque nomen hujus urbis Slavice connotaret. Dlugoſſus eam a Miecislao Polonorum Principe circa an. 965. conditam ſcribit. Dithmarus certe jam anno 1091. iſthic Epiſcopum conſtituit, quem ab Ottone Archi-Epiſcopo Gneſnenſi S. Adalberti M. fratri Gaudentio ſubjectum memorat; & circa annum 1017. mentionem ejus rurſum ingerit *Wercizlavam* urbem hanc appellans. Quare cum Curæus, Schikfuſius, & Henelius aliique Scriptores noſtri, Sileſiæque eam primum a Wratislao Rege noſtro circa annum 1086. ſeu 1089. (quo non modicam Poloniæ partem ſub jugum miſit) conditam credunt; id veroſimillime nonniſi de inſtauratione accipi debet, præſertim cum Coſmas noſter antiquiorem illius referat memoriam his verbis jam ad annum 1054. *Urbs Wratislai, & aliæ civitates a Duce Brecislao redditæ ſunt Polonis ea conditione, ut quam ſibi, tam ſuis ſucceſſoribus D. marcas argenti & XXX. auri annuatim ſolverent.* Quod ad literam W attinet, quam diploma Caroli V. ab eodem Wratislao huic urbi in campo aureo in clypeum datam aſſeverat, id neque ad Wratislaum, de quo hic agitur, neque ad Wratislaum Regem quidem ſpectare poteſt, quandoquidem Mabillonii aliorumque virorum eruditiſſimorum judicio clypeorum uſus præſertim civitatum poſterioris eſt ætatis. Veroſimillime autem hæc litera W ex numis civitatis ducatusque Wratislavienſis traductus eſt in clypeum ipſius urbis. Nam antiquiſſimus mos erat quibusque civitatibus non modo Franciæ, & Saxoniæ, ſed & Luſatiæ, Sileſiæ, Bohemiæque, ut frontem alteram initiali litera nominis ſui, ubi hæ monetæ procuſæ erant, inſignirent, cujus generis monetæ paſſim apud veterum numorum collectores occurrunt. Hinc in monetis urbis Wratislavienſis literam W, in Gœrlicenſibus G, in Zittavienſibus Z, in Pragenſibus PRAG aut ſolum P, in Wiennenſibus W conſpicere licet, ut de tot monetis Bavariæ vicinæ Imperiique Romano-Germanici taceam. Wratislavienſi autem urbi jam antiquiſſimis temporibus jus argenteam monetam cudendi fuiſſe elicitur ex diplomate Caroli IV. Imp. & Boh. Reg. anno 1360. eidem urbi dato, in quo id ad auream etiam monetam ſub ſigno proprio (quod perperam plerique primum Carolo V. tribuunt) extenditur. Sic vero habet diploma: *Quod liceat dictis conſulibus in ipſa civitate Wratislavienſi monetam auri ſub ſignis, figuris, & impreſſionibus monete auri, que in majori civitate noſtra Pragenſi fabricatur, aut ſub aliis ſignis & impreſſionibus ad ipſorum voluntatem cudere, dum tamen ipſa moneta vero ponderе, caractere, & probitate in auro ad inſtar monete auri, que in prefata civitate noſtra cuditur, minime defraudetur.*

Dlugoſſ. hiſt. Polon. l. 1. Dithmar. Reſt. l. 4. p. 357. Idem l. 7. p. 416.

Curæus, Schikfuſ. Henel. in Annal. Sileſ. Balbin. Epit. rer. Boh. p. 202. & 209. Coſmas l. 2. ad An. 6.

Apud Glafeyt in Anecd. n. 45. p. 77.

Digitized by Google

Æn. Silv. hist. Boj. c. 10. Ceterum cum passim a nostris cum Silvio ab hoc Wratislao Wratislavia urbs condita asseratur, fortassis earum nonnulla est, quarum in Annalibus nostris non raro fit memoria. Alteram refert ex *Hofmannus c. 41. apud Hier. Pez. T. III. Hammerschmid in hist. Wissehr. p. 123.* Dalemilo Hofmannus tempore Suatopluci Ducis nostri his verbis: Nun hett Swatoplut gar ein vestes Schloß und Stadt zu Behem, das was genannt Wratislaw. Alterius in regione Chrudimensi facit mentionem diploma Wratislai Regis in fundatione Ecclesiæ Wissehradensis: *Lubgost inter duo scilicet castra Chrudim & Wratislaw.* Et literæ Arnesti Archi-Episcopi Pragensis ad annum 1350. eam in decanatu Mutinensi statuunt his verbis: *Et in decanatu Mutinensi in oppido Alto-Mauta parochialis Ecclesia cum filiali, & domum fratrum Minorum, & infra scriptas Ecclesias per eundem decanatum: Vratislavia, Radost, Hwbrsstk &c.* Perstat hodie in regione Chrudimensi nonnisi uno lapide distans vicus *Wrazlaw*, an castrum & urbs hoc loco steterit, anque nomen hoc inter veteres reliquias censendum sit, nihil expeditum reperio. Quis alterius verosimillimus olim situs fuerit, postea explicabimus.

PRÆTERMISSA.

Francici Scriptores, qui passim annis superioribus de gestis vicinarum regionum quæpiam transcripserunt, his annis quanti quanti distinentur in referendis dissidiis inter Ludovicum Imperatorem & filios, qui hoc anno insignia majestatis publica Episcoporum ceremonia recepit. *Flodoardus l. 2. c. 20.*

Stredovsky S. Morav. hist. l. 1. c. 12. Stredovskius hoc anno Mogemirum I. Regem Christianum Moravorum demortuum asserit, in ejusque locum Brynnonem Nitriensem Ducem successisse, qui scilicet authore Pessina ex uno quoque Moymaro duos fecit, imo historiam Prinninæ magis magisque intricavit. Nam sustineri non potest hoc anno Prinninam Moymaro successisse, & ut is refert, tandem primo ad Ratbodum transiisse; qui ut ante ostendimus, hoc tempore jam in exilio fuit; & profecto Moymarum usque ad annum 846. superfuisse clarum fiet ex annis consequentibus.

ANNUS 835.

Anno supra octingentesimum quinto & tricesimo ab orientali Bohemia Wissehradum nuncii venerunt. Eorum le-

Digitized by Google

legationis summa fuit: „ Quandoquidem vestigia ostende-
„ rent vastissimas quondam urbes in suis finibus stetisse, ea-
„ rumque urbium immanes ruinæ, perinde quasi quædam
„ immensorum corporum cadavera amplissimis spatiis porri-
„ gerentur; (a) earum porro ruinarum, uti & vicorum quo- *Vestigia urbium quondam in Bohemia conditarum.*
„ rundam olim latissime procurrentium striges verius; quam
„ homines incolæ essent, iique perpauci, & barbari cujus-
„ dam ignotique sermonis, (b) se se percontatum venire,
„ si quid illis locis, illisque inquilinis fieri Princeps vellet.„ Ad
ea Krzezomyslus ex senatus-consulto sic respondit: „ Cum eæ *Homines ignoti sermonis.*
„ hominum reliquiæ incommodarent nemini, sinerent eos
„ solitudine sua moribusque vivere; dum aut sensim pauci-
„ tate ipsi sua, rerumque indigentia dispereant, aut se ultra
„ adjungant ad Bohemos. Quodsi loca quæ frugibus ido-
„ nea Bohemi detexissent, ea obtinere atque colere ne du-
„ bitarent. „

ANNUS JESU CHRISTI 835.

GREGORII IV. PAPÆ 9. LUDOVICI IMPER. 23. KRZEZOMYSLI 4.

(a) Ad hunc locum noster P. Victorinus ex Balbino hæc apponit: *Balb. Dec.* cum Ptolemæus (qui sub Antonino Pio Imp. circa A. C. 150. vixit) de Bojohemo patria nostra agit, plurimas civitates veteres enumerat, quarum nec nomen, nec signum hodie reperias. Adnotavit is exactissimis calculis urbes Bojohemorum ab altitudine poli a gradibus 49. usque ad 51. Omnia congruunt in cœlo, nihil de urbibus apparet in terra, certissimumque est eas urbes, quas nominat, apud nos olim stetisse, cumque non appareant, nihil dicere

Digitized by Google

aliud possumus, quam eas periisse. Ubi igitur Casurgis & Budorgis? ubi Marobodui Regia? ubi Mediodunum & Arevinta? ubi Artaunum, Bigerium, Eburum, Arsicua, Phelitia aliæque urbes? quas commemorat, facile vicenæ? nemo miretur, & Boemi veteres, gens magna, & Bojohemi urbes omnes, tempore aliisque injuriis conciderunt, aut nomina mutarunt. Nihilominus earum urbium vestigia diversis per Bohemiam locis hodiedum ostenduntur. Reperies certe in mediis silvis ad ripas fluminum præcipue, & per terram euntia oppidorum fundamenta, ingentes ruderum cumulos & Saxa calce illita, ac miraberis in vallibus desertis ac silvis & montibus jacentium arcium, oppidorum, & urbium ruinas. Hic seges est, ubi Troja fuit. Hactenus P. Victorinus noster ex Balbino.

(b) Germanos pridem seu emigrasse, seu per paucos residuos in Bohemorum Slavorum mores transiisse superioribus annis ostendimus. Ex orientali plagâ Bohemiam ambit Silesia, quæ passim adhuc sæculo XIV. Poloniæ nomine celebrata fuit. De hac Henselius inclytus Scriptor regionis hujus testatur Germanorum immigrationem longe posteriorem esse, & quæque demum isthic Teutonica locorum propria reperiuntur non tantæ esse antiquitatis; quin minime dubitandum esse ea olim Slavica fuisse, & ad Germanorum dein genium seu accommodata, seu penitus abolita fuisse.

Henselius in Silesiograph.

PRÆTERMISSA.

Annal. Bertin. ad h. a.

Hoc anno rursum referunt Annales Bertiniani Ludovicum Imperatorem in generali placito prope Lugdunum in Stremacio habito annualia dona recepisse, quæ inter Boemorum quoque fuisse vix plebium.

ANNUS 836.

Præsentem annum octingentesimum sextum & trigesimum duobus regiis plane factis Krzezomyslus tradunt. Nam & mores dedit populo, & urbi mœnia. Mens enim paternæ disciplinæ, ac tanto opere commendatæ sibi æqui-

Digitized by Google

æquitatis, ut primum sensit a tribunalium avaritia, partiumque studio veluti a fonte mala omnia in rempublicam manare, convocatis majoris Pragæ magistratibus, quatuor spectatissimos juxta atque integerrimos ex eorum gremio judices legit, hortatusque est seorsim singulos ad jus incorrupte administrandum, adjectis minis, bonorumque etiam publicatione & jactura vitæ, si latum unguem ab æquo discessissent. (a) Altero die convocatis universis civibus quatuorviratum hunc coram stitit, quibus ut reverentiam obedientiamque, non secus atque sibi, præstarent præcepit. (b) Confirmata justitia, moribusque fori, ad ornatum urbis versus complures per eosdem dies opere lapideo domos, cœpta item a patre mœnia ab occidente in Austros euntia octingentis passibus produxit. (c)

Quatuor judices Pragæ constituti.

Mœnia longius producta.

Acuerunt deinde industriam Principis sordidæ nubes tantis fœtæ turbinibus, ut in Bohemiam nunquam majori vi effusæ silvas everterent, disturbarent tecta, molasque imprimis frumentarias vento tum propelli solitas collibusque instratas discerperent, ac pene momento summo impetu ex oculis auferrent. (d) Gravissimum quod inde timebatur malum, fames erat. Huic ante omnia malo obviam itum. Princeps firmiores ubique confestim molas ex suo ærario restituit, tecta privatorum opibus celeriter sarta. Post duos amplius menses, quam iras exercuerunt, venti deinde turbines posuere.

Turbines.

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 836.

GREGORII IV. PAPÆ 10. LUDOVICI IMPER. 24. KRZEZOMYSLI 5.

Stransky Reipubl. Boj. c. 12. §. 3.

(a) Ex his Stranskius aliique noſtri Juris Municipalis apud Bohemos exordia deducunt, Krzezomyslumque ejusdem primum conditorem legislatoremque faciunt. Quod ſi authores hi de Juris hujus legibus conſuetudinariis atque non ſcriptis ſentiunt, repugnare nolim; ſcriptas certe nonniſi in ea tempora rejicere oportet, de quibus conſtat genti noſtræ uſum characterum ſcribendique rationem fuiſſe. Jus Municipale in ſcripturam redactum eſſe jam quidem ſub Sobieslao ſeniore circa annum 1135, & dein a Wenceslao Rege circa annum 1250 excultum paſſim legimus in noſtris. At veroſimillimum eſt veram formam ſcripti Juris Municipalis tum primum Regis Joannis tempore inductam eſſe: de quo ita Weleslavinus ex quopiam Mſ. Anno 1341. in octava S. Wenceslai conſules, ſeniores & communitas majoris urbis Pragenſis animadvertentes in urbe ſua magnam rerum perturbationem, e gremio ſuo quatuor viros delegerunt, qui cum Joanne Rege ſcriptum jus Pragenſe colligerent, inque certam formam & ordinem redigerent, ſecundum quod & urbs Praga, & omnes alias urbes Bohemiæ judicia ſua inſtituerent. In eum autem, qui ſe legibus his opponeret, graviſſimæ pœnæ ſtringerentur. Viri tunc delecti fuere Andreas Goldner, Joannes Mathias de Hba, Henricus de Kadano, Udalricus Pleier. ita Weleslavinus. Atque hæc procul dubio eſt illa prima Juris Municipalis pars, quæ veteri dialecto Teutonica exarata habetur in Codice Mſ. Bibliothecæ Metropolitanæ, cujusque copiam mihi fecit Prænobilis ac Clariſſimus Dominus Clauſer Archivarius Regius. Germanice vero, quod mirum eſt, tum reddita veroſimillima, quod Joannes Rex ſermonem Bohemicum non penitus comprehenderet, cui dein poſterior tempore nonnemo perperam ad finem adſcripſit pacem Provincialem Imperatoris & Regis Bohemiæ Wenceslai Pigri dicti cum Electoribus totoque Romano Imperio anno 1389. initam. Dixi autem *prima Pars*, ſcilicet quæ rudis & vix aliquo legum ordine digeſta eſt. At altera pars, quæ in 79. capita diſpertita eſt, conſulumque leges per extenſum additis etiam notis temporariis continet, decreta urbana usque ad annum 1378. complectitur inchoando ab in-

Hayec. ad An. 1250. Dubrav. l. 11. Balbin. Epit. l. 3. c. 10. Weleslav. in Calend. ad III. Non. Oct.

Digitized by Google

no 1328. Atque ita seu Weleslavinum, seu ejus Mſ. hallucinatum arbitror in expreſſione anni 1341, ut veroſimillime dictus annus 1328. ſcribi debuerit, quo Joannes Rex communicato cum civibus majoris urbis conſilio primum leges Municipales conſcribi juſſit. Sic enim ingreſſus Juris Municipalis habet in dicto Codice. *Anno domini MCCCXXVIII. facte ſunt infra ſcripte Conſtitutiones*, & mox diſe geſetze haben dy purger gemeinlich gemacht durch der ſtat eren willen. Et quanquam *Udalricum Pleyer* a Weleslavino citatum inter conſules recenſitum reperiam anno 1335. & 1349. tamen nullas leges, aut legum compilationem anno 1341. factam reperio. Ceterum abſolutis his 79. titulis adjecta ſunt in eodem Codice Jura vetuſta Judæorum, & rurſum Regum conſulumque decreta continuata usque ad annum 1399. M. Paulus Chriſtian præfat. dedicat. in Epitomen Juris Municipalis refert primogenios codices Juris Municipalis adhuc ſuo ævo in Chartophylacio urbis majoris ſervatos fuiſſe, quod ego veroſimillime de hoc ipſo Joanneo legum Municipalium Codice accipiendum reor, quanquam Stranskius majorem eorum antiquitatem innuere videatur. M. Brikcius de Zlitſca demum circa annum 1540. ut memorat Stranskius, primum eas ante confuſas ex Pragæ majoris monumentis conſarcinavit, in grandiuſculumque volumen meliori ordine congeſſit; ſed cum neque ſic omnibus ſatisfacerent, nova methodo emendatius diſtinctiusque deſcriptæ Regi primum Maximiliano ann. 1569. tandem Rudolpho II. ordinum conſenſu anno 1579. curante Melantricho de Aventino, & Daniele de Weleslavina inſcriptæ, mox rurſum Joannis Drazicii majoris Pragæ Primatis procuratione anno ſequenti 1580. vulgatæ, denique duobus iterum annis poſterius Paulus Chriſtianus de Koldin in Martinitz eas conſcripſit, quas conſul & ſenatores majoris urbis Rudolpho II. dedicarunt. Eas poſtremum Petrus Sturba civis Cadanenſis in Germanicum ſermonem tranſtulit, quæ Lipſiis anno 1614. curis ſecundis editæ ſunt; prima earum editio hactenus in manus meas non pertigit.

Stranſky Reip. Boj. c. 12

(*b*) Hammerſchmid hunc quatuorviratum judicum usque ad Sobieslaum, annum videlicet 1135 perduraſſe, ac demum his ſublatis conſulem & ſenatores conſtitutos memorat. At judicum unus perpetuo etiam poſtea perſtitit, hicque prærogativa ſenatores (teutonice tum Schepfen appellatos, & per vices, ut hodie quoque fit, conſulatum gerentes) præceſſit; in omnibus enim decretis urbanis locum habet an-

Hammerſchmid Prodr. Glor. Prag. c. 10. p. 574.

Digitized by Google

Jus Municip. Mſ. ante ſenatores, ſeu juratos; ſic enim idem Jus Municipale: *Hæc ſunt ſtatuta Judicis & Juratorum pro commodo civitatis.* Item *Nos Nicolaus Judex ceterique Jurati &c.* & omni loco: Wir Richter und Schöpfen ꝛc.

Stransky Reip. Boj. c. 2. Hammerſchmid Gl. Prag. c. 1. & 5.

(c) Cetera inter præclara ædificia ſurrexit quoque Pragæ ejusdem Principis ſumtibus, ut memorat Stransky & ex eo Hammerſchmid, domus ducalis verſus orientem magnifica ſtructura, quam poſt Krzezomyslum Principes plerique omnes usque ad Wladislai II. tempora, annumque 1484. inhabitaverint, qui ſcilicet judicio Stransky loeus is ipſus eſt, quem hodie incolunt Archi-Epiſcopales Alumni, ac Archi-Epiſcopale ſeminarium occupat, appellatum in hunc diem *Aula Regia* ab illa perantiqua Principum Regumque habitatione. Sed per-

Berghauer in Proto-Mart. Pœnit. c. 7. p. 282. eruditam hanc in rem facit animadverſionem Thomas Berghauer: *Videtur tamen Stransky confundere palatium regium LÆTAM CURIAM ſeu TEYN dictum cum altero palatio poſt latam Curiam a Boleslao ſævo erectum, cum in poſteriori non priori Wladislaus II. habitavit. Ideo notandum, quod Borzivogius quidem primus Chriſtianus Dux in læta Curia vulgo Teyn dicta reſederit, ac eam etium magnifico templo B. Virginis exornaverit; anteceſſores quoque & ſucceſſores ibidem habitaverint. Poſteaquam vero Boleslaus ſævus e regione Aulæ Teynenſis ad confinia portæ Boleslavienſis aliam ædem ducalem exſtruxiſſet, & ibi frequens egiſſet, prior Teynenſis partim Eccleſiæ, partim aliis ſtructuris collectationum regiarum vulgo* Ungeldt *dictarum ſenſim ceſſerit, uti ex Hayek ad an. 944. videre eſt.*

Annal. Bertin. ad h. a. (d) Annum hunc fatalem teſtantur quique etiam Annales Francici, quo præſertim tantam luem graſſatam eſſe perhibent Bertiniani, ut plurimi Ludovici proceres, præcipue illi, qui hoſtili in eum erant animo, perierint.

PRÆTERMISSA.

Baron. & Pagius ad h. a. Hunc in annum Baronius & Pagius rejiciunt translationem Reliquiarum S. Viti Martyris præcipui Regni noſtri Patroni ex Galliis in Saxoniam in Monaſterium Novæ-Corbejæ; quam translationem Anonymus ejusdem cœnobii peculiari libello complexus eſt, quem vulgavit Mabillonius.

Mabillon. ſæc. IV. Bened. P. 1.

AN-

Digitized by Google

ANNUS 837.

Pernoctibus curis intentus in commune bonum Principis animus, & tutiorem hoc anno & inprimis utilem Moldavæ trajectum reddidit. Ratibus ad eum diem, & iis tam infirmis, ut majora onera non caperent, majoris minorisque Pragæ cives ultro citroque commeandi causa utebantur. Ea transvectio cum non probaretur principi, opificumque ingenio excolendam crederet, acciti hac ipsa de causa in palatium præfecti fabrum, nihil cunctando: ædificaturos se navigium receperunt vasta adeo capacique carina, quæ non modo hominibus trajiciendis, sed equis etiam plaustrisque onustis satis sit. (a) Ibi Princeps: „ Bene, „ inquit, navigium habet, cum flumen alveo pleno cursum „ tenuerit; at enim cadentibus per æstatem aquis, ecquis „ mortalium in ulteriores ripas eam molem acturus est? „ At vero, inquiunt illi: „ Cum aquæ ceciderint, tum per „ vada, ut hodie fit, equi currusque transire poterunt, ce- „ terum ad minora onera ratium usus erit, (b) crescente „ fluvio rursum operam navigii habebimus præclaram. „ Habuit pondus apud Principem responsio. Opus subinde magna fabrum contentione perfectum, fluvioque permissum, rudibus illis annis miraculo fuit, quod ætatis nostræ pontonibus esset simile, caperetque plaustra duo, & præter hominum turbam equos ut minimum decem.

Novæ Moldavam trajiciendi ratio.

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 837.

GREGORII IV. PAPÆ II. LUDOVICI IMPER. 25. KRZEZOMYSLI 6.

(a) Incredibile prorsum est tam sero horum navigiorum usum, hanc-que trajiciendi rationem tam tarde invectam: constat plures in Bohemia fluvios esse sat latos profundosque, quo pacto igitur accrescentibus præsertim toto verno tempore aquis majores nostros transmisisse fluvios dicemus, maxime illos diversarum gentium exercitus tot carris, impedimentis commeatibusque egentes, quos ad retundendam Francorum vim anno 806. collectos retulimus? ostendimus multo ante gentis nostræ terras usque ad Danubium exporrectas fuisse, an hanc navigandi rationem non pridem seu a Germanis, seu Hunnis nostri addiscere potuere? videre illi jam anno 792. Caroli M. pontem navalem, quo navigiis utramque Danubii ripam junxit, videre ejusdem commeatus ingentes in Pannoniam secundo hoc flumine descendentes, tamne stolidos effingamus, ut rationem hanc navigia ejusmodi construendi non assecuti sint? profecto Slavorum septentrionalium piraticas latrocinationes jam perstringunt vetustissimi quique Scriptores, Miscella jam sub Mauricio Imperatore actuaria (quod erat navigii genus) Slavis concedit, & fluvios navalibus pontibus insternere noviss docet; Priscus item non modo *naviculas uno ligno confectas*, sed & *lembos majores, quos in currus imponunt, & in loca stagnantia importent*, concedit.

Eginhard. ad An. 792.

Miscella l. 6 p. 3.

Priscus in excerpt. legat. p. 37.

(b) Anonymus Calendarii Welcslavini amplificator refert majoribus nostris consueras fuisse minores naves viminibus intextas, quæ ea parte, qua aquam contingebant pellibus tectæ, supra vero pice & bitumine affabre illitæ fuerint. Quod si ita se habet, ejusmodi navigii genus dicemus fuisse, quod in oceano Britannico usitatum olim describit Plinius, & de quibus his verbis Isidorus: *Piratæ tam in oceani litoribus quam paludibus vimineis scaphis utuntur, quæ myoparones appellantur.* Perstat hodie in thesauro Regio Pragæ navicula 6. plus minus Pragenses ulnas longa cum eleganti remunculo, tota quanta e corio eleganter facta, medio solum ad capiendum unum corpus foramen seu aperturam habens, quod quique suspicantur ad antiquitates nostras pa-

Anonym. Mss.

Plinius hist. natur. l. 7. c. 56

Isidor. Orig. l. 19. c. 1.

Digitized by Google

patrias pertinere. At ego id magis ad historiam Americanam spectare arbitror, olimque occupato & invento orbe novo a quopiam Regum Hispanorum Wladislao Regi aut alteri in munus & admirationem oblatum; nam lintrium ejusmodi ubique apud Scriptores Americanos, præsertim cum Christophorus Columbus has terras detexisset, memoriæ

PRÆTERMISSA.

Ad annum hunc, ut supra meminimus, Pagius Urolphi Archi-Episcopi Laureacensis & Episcopi Patavienſis mortem reponit. Sed Reginarium jam anno III. Hludovici Germanici præfuisse sedi Patavienſi legitur in diplomate eidem Reginario dato apud Aventinum, qui annus cum anno Christi 831. coincidit, uti palam est ex traditionibus Frisingensibus, ubi Hludovicus Bajovariorum regnum accepisse dicitur anno incarnationis dominicæ 829. *Ad An. 829.* *Avent. Annal. Boj. l. 4. p. 185. Apud Meichelbek charta 540.*

ANNUS 838.

Anno octies centesimo trigesimo octavo Kunak vir rei familiaris abundantissimus Zdiborcæ maritus, natus illustri Kwasonis Bozdiechi, & Bancæ domo, non minimam amplificandæ patriæ navavit operam. Is jam cum anno superiore famulitia sua in orientem ablegasset idoneum construendo castro exquisitum locum, dicto vale Krzezomyslo, præeuntes clientes suos secutus ad occupandam destinandam sibi regionem profectus est. Quatridui itinere in hæc loca perventum. Prima nox ad elegantem villam Przerovium, altera ad urbem Libecium, tertia ad Brudek, (a) postrema sub prælto monte transacta. Postquam illuxisset dies assumtis suorum aliquot montem ascendit, omnemque longe ac late regionem ex eo speculatus, propius Albim flumen domicilium fixit. Mox incisis undequaque arbustis

Digitized by Google

capax pecorum sepimentum hic erigi, sibique ædes exstrui jussit; villam eam Kunaki appellavit omnis circum vicinia; postquam autem plurium annorum decursu isthic proxime surrexit pagus, posteritas locum Kunaticzium dixit. (b)

Kunakow prædium.

ANNUS JESU CHRISTI 838.

GREGORII IV. PAPÆ 12. LUDOVICI IMPER. 26. KRZEZOMYSLI 7.

(a) De Przerovio & Libecio pridem egimus. Brudek fortassis hodiernum Brodek est in regione Boleslaviensi supra Rozdalovíczium situm.

(b) Ab hoc loco non procul abfuit decantatum a divitiis in Annalibus nostris præsertim sæculo XIV. Cœnobium Oppatovicense ordinis S. Benedicti. Hodie vicus nomen Kunjatiz retinet.

PRÆTERMISSA.

Apud Hier. Pez. T. I. ad h. a.

Chronicon vetus Salisburgense ad hunc annum refert exercitum Bojoariorum contra Ratimarum Ducem conscriptum: ut igitur vel illud bellum sit, de quo jam ad annum 831. egimus, vel Ratimarus collectis in fuga & exilio copiis novos motus civerit. Ceterum in eo falsi Moravici Scriptores ac ipse Balbinus noster, Goldastusque, cum hunc Ratimarum Moraviæ Ducem, seu Regulum fecerunt; ex ante relato enim Anonymo coævo liquet, eum Dravi & Savi fluminis accolam fuisse, atque verosimillime unum ex illis Slavorum rectoribus, quos Ducibus eorum expulsis isthic constitutos a Bulgaris memorat Eginhardus, quosque Ludovicus Imperator auctoritate hac exnere e salute regni sui judicavit.

Balb. Epit. l. 10. Goldast. de Regn. Boh. c. 8. §. 4.

Eginhardus ad An. 827.

Ad hunc etiam annum Adelzreiter & Brunnerus Reginharii Episcopi Passavienſis mortem ponunt, ejus scilicet, qui cum Adalramo Archi-Episcopo Salisburgensi de limitibus contendit, & quorum litem Ludovicus, ut ante retulimus, finium descriptione diremit. Et quanquam in hoc fragmento Ludoviciano supra allato nulla fiat mentio

Adelzreit. Annal. Boic. P. I. l. 1, c. 10. Brunn. P. 2. l. 1, n. 7.

Digitized by Google

tio terrarum transdanubianarum, tamen ex posteriorum temporum historia colligitur ex dimensione ripæ cisdanubianæ, etiam Aquilonarem ripam fuisse descriptam; atque cum ibi Arabo fluvius Diœceses Pataviensem & Salisburgensem disjunxerit, e regione transdanubiana Waag flumen Araboni correspondens fuerit limes, qui utramque hanc Diœcesin disterminavit; hinc legimus in querela toties memorata Episcoporum Bavariæ, Pataviensem jus suum in Moraviam exercuisse; legimus in Anonymo de conversione Carentanorum Archi-Episcopum Salisburgensem ultra Waag fluvium Nitriæ munia Episcopalia usque ad SS. Cyrilli & Methudii adventum administrasse. Hinc etiam multo posterius ad annum 1086. reperimus adunato Moraviæ Episcopatui Pragensi, limites ejus usque ad hunc ipsum fluvium Waag describi. Contra veterum igitur mentem scripsit Stredovskius, cum Luitpramum Archi-Episcopum Salisburgensem per universam Moraviam jurisdictionem exercuisse asserit; id enim de terris solum ultra Waag fluvium accipiendum est.

Diplomata Henrici III. apud Cosmam ad An. 1086. Stredovsky S. Morav. hist. l. 1 c. 12. p. 75.

ANNUS 839.

Kunak delectatus loci facie, quam ab eo, quo huc transiit tempore, ut exploraret penitius, nulli pepercit operæ, & propè positas aquas non modo ad terræ fœcunditatem, sed & opportunitates suas maxime conducere intelligens, superius illud prædium famulis gregibusque relinquendum putavit, inque ejus vicem vastam domum in prædicti montis jugo constituit. Cumque primis temporibus a conditore mons Kunaci diceretur, posteri a subjecto Kunaticio Kunaticensia juga vocaverunt. (a)

Kunetizka Hora.

Fuit præterea hic annus maxima omnis generis frugum copia dives, vilisque ad miraculum annona, adeo ut duobus Krzezomyslæis numis (b) tantum tritici veniret, quantum robustissimus quisque humeris deferre posset.

Annonæ vilitas.

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 839.

GREGORII IV. PAPÆ 13. LUDOVICI IMPER. 27. KRZEZOMYSLI 8.

(a) Mons is hodie Kunětická Hora nomen retinet in regione Chrudimensi situs, Praga 12. Pardubicio vix uno lapide diffitus, ruderibus etiam vetustæ arcis adhucdum spectabilis, sæculo XIII. ad ordinem Templariorum pertinebat, qui isthic Commendatorem, ut vocabant, constitutum habebat. Exstincto sub Joanne Rege ortline isto ad Fiscum Regium recidit, perstititque aliquamdiu in patrimonio Regis Joannis, qui isthic castrum communiri fecit. Dein seu liberalitate Regis, seu emtione sub Carolo IV. ad dominos vicinos de Pardubitz transiit, e qua gente hujus montis & castri possessores se se *de Kuneburg* scripsere, in quorum manibus adhuc anno 1437. fuisse legitur. Hodie ad ditionem Regiam Cameralem Pardubitz spectat.

Balb. Dec. 1. l. 3. c. 8. §. 2.

Monetæ Ducum Reg. Bob. Mss.

(b) Anonymus meus, qui monetas Ducum Regumque Bohemiæ compilavit, nullam mentionem facit numi cujuspiam Krzezomyslæi. Quin cum multo supra insinuaverimus gentilium Ducum nostrorum monetas illiteratas, nullisque characteribus, sed plerumque *signis lunæ*, stellarum, rosarum, ensium, hastarum sceptrorumque notatas fuisse; argumentum firmum nullum erui potest, cujusnam Ducis ex fuerint. Ceterum, quod ad pondus attinet, solidi illi duo, quos tabula nostra I. num. excusos protulimus, ad amussim æquant numum Spitignei Ducis ad annum 806. copiose descriptum, ut inter cetera vel illud etiam argumentum sit, monetas eas Bohemicas, secus quam sensit Ludevigius, esse cum ponderis hujus rationem jam a Carolo M. igitur a Ducibus gentilibus repetat Cosmas.

PRÆTERMISSA.

Hoc anno, quo rursum Ludovico filio a reconciliato patre Bajoaria concessa est, nulla fit mentio Boemiæ in divisione Regni seu a Nithardo l. 1. seu ab auctore vitæ Ludovici Pii, seu ab Annalibus Francofuldensibus.

AN-

Digitized by Google

ANNUS 840.

Zbraslaw vir ſpectatiſſimus e Regni ſenatoribus, filius Chleboslai de ſtirpe Kaſſæ & Biwogii urbe & caſtro Kaſſinio oriundus quantum familia & pecore, tantum auro argentoque præpollebat. Non melius has divitias ſe collocaturum ratus eſt, quam ſi Bohemiam novis augeret coloniis. Prædium is itaque amplum duo inter nominata flumina Wltawam & Mzam ſeu Mizam condidit non longe Kaſſinio remotum, ut dulce ſuum natale ſolum perpetuo ob oculos poſitum haberet. Nec mora id firmo lapideo muro circumcingi fecit, atque a ſe *Zbraslaw* (a) vocari juſſit. *Zbraslaw prædium.*

Fratris exemplum imitatus Rodus vir per omnia Zbraslawo ſimilis, pertæſus veteris ſui domicilii, quod hactenus Brzezowicii incoluit, domum vaſtam cum ampliſſimis ſeptis ad Mizam fluvium condidit, & Rodotyn (b) appellavit, (*Tyn* enim ſeptum, & *tyniti* præſepire priſca Slavorum lingua ſignificabat.) Hujus fratris in excolendis agris, augendis prædiis, adornandisque pratis induſtriam tantæ conſecutæ ſunt opes, ut Zbraslavum multis modis vinceret. *Rodotyn prædium.*

ANNUS JESU CHRISTI 840.

GREGORII IV. PAPÆ 14. LOTHARII IMPER. 1. KRZEZOMYSLI 9.

(a) Locus is eſt, quo poſtea ſæculo XIII exeunte Cœnobium *Aulæ Regiæ* ordinis Ciſtercienſium a Wenceslao Rege fundatum eſt,

Digitized by Google

est, hodieque *Zbraslav* seu *Cœnobium Zbräslaviense* vocatur. Reperius est anno superiore insignis Ms. chartaceus Codex (sub sæculi XV exordium exaratus) inter manus cujusdam eruditi viri Consularis Plsnensis cognomento *Stehlik* in vulganda, ut audio, historia Plsnensi ad hoc tempus occupati. In hoc Codice præter Pulkavam, & Franciſci Chronicon longe diversum ab eo, quod annos abhinc aliquot Clarissimus Dominus Kneissel cum suis juridicis thesibus in publicum emisit, etiam continetur: *Chronica Ottocari Regis Bohemiæ Fundatoris sanctæ Coronæ, quam fecit Dominus Petrus Abbas Aulæ Regiæ.* (hunc enim titulum præfefert) Atque hic Petrus is ipsus est, a quo habemus partem II Chroniæ Aulæ Regiæ a Frehero editam, videturque mihi hujus Codicis Chronicon dictum esse epitome; aut potius fragmentum primæ partis Chronicæ Aulæ Regiæ, quæ hucusque desideratur. Ms. hoc benevolentissime mecum communicavit Venerabilis ac Eximius Dominus Wenceslaus Duchovsky Notar. Publ. Jurat. & in causis ad hæret. pravit. pertinentibus expeditor tam rerum patriarum scientissimus, quam Mss. quorumque rarissimorum penu copiose instructus, cui itaque gratam animi vicem hoc publico testimonio probatam cupio. In eo Ms. (quod neque Hayecius, neque alius quis historicorum nostrorum, longe diversa de initiis Zbraslaviensis Cœnobii adferentium, unquam in manibus habuisse videtur) nihil de hoc Zbraslavo memoratur, cum tamen Petrus Abbas originem monasterii sui locique diligenter persequens, primas veluti memorias referat. Sed cum res nuspiam typis excusa sit, imo vix in alterius manibus: dignum mihi visum est ea hic exscribere, quæ de loco hoc ante conditum Cœnobium commemorat, ignota certe hactenus omnibus. Sic autem habent verba illius: *Res quæ semel Deo dicari meruit, amplius usibus humanis applicari tenor S. Canonis non concedit. Sane locus ille, qui vocatur Zbraslaus, licet per intervalla temporum nonnunquam ad usus secularium personarum devenerit, mira tamen Dei dispensatio, qui ibidem jugiter venerari voluit, ad manus hunc religiosorum virorum revocans, eidem ipsum suis legibus conditione perpetua vindicavit. Fuit namque in partibus Bohemiæ Princeps, qui pro mansionis commodo ibidem structuras quasdam formare disposuit, sed quibusdam, ut dicitur, divinæ dispensationis argumentis premonitus, ab inceptis desiit, & locum ipsum cum suis attinentiis monasterio integrorum Monachorum, quod Cadrub nuncupatur, in animæ suæ remedium contulit, & donavit. Abbas igitur Cladrubensis loci ipsius amenitatem conspiciens, Monachos suos ibidem destinare non distulit, sed instauratis quibusdam ædificiis nonnunquam etiam propria in persona ibi habitans, ipsum locum divino cultui totaliter mancipavit.*

Hunc

Digitized by Google

Hunc tres vel bini coluere locum Cladrubini,
Quem dedit his Princeps Monachis pſallendo deinceps.

Poſt hoc Domino Joanni Epiſcopo Pragenſi ipſe locus usquequaque complacuit, & Monachis annuentibus ipſum ſibi vendicans alias ſui Epiſcopatus hereditates pro ipſo loco Cladrubienſi monaſterio aſſignavit.

Sic permutatur locus hic, ſic appropriatur
Pontificis menſis poſſeſſio Cladrubienſis.

Porro magnificus Rex Ottakarus animo venandi more ſolito abdita ſilvarum provincie Kamenſis (reſpondet inſtrumento fundationis ſuo tempore proferendo, quo hoc monaſterium in provincia Kamenſi erectum ſcribitur) *appetiit, & quia hic ſibi congruebat pre ceteris, ſepe comitante Epiſcopo, quem diligebat intime, ibidem crebrius pernoctavit. Et quia, pernoctationis ſue frequentia, bona Epiſcopi in hoc loco videbantur deſtrui, alia regni ſui bona favente Epiſcopo Eccleſiæ Pragenſi contulit, & ſic de loco ipſo ſuisque pertinentiis intromittens, venationis curiam cum cratibus & muris fortiſſimis in eo edificari mandavit. Rex namque ibi edificia ibidem erigit, allodia inſtruit, & pro vitibus in Auſtriam mittens, in montibus circumjacentibus plantat vineas. Atque taliter tandem, defuncto Rege Ottakaro Wenceslaus filius ejus pro eo regnavit, & locum prædictum cum ſuis Baronibus venandi gratia crebrius viſitat, qui poſtea divina gratia preventus loco abrenuncians, eumque pro fundando ibidem ordinis monaſterio, ultronee aſſignat Abbati Zedlicenſi &c.* Abhinc author perſequitur fundationem, & introductionem Ciſtercienſium in hunc locum, ex quo ſuo tempore Hayecium in multis corrigere licebit.

(*b*) Vicus etiam hodie eſt templo nobilitatus e ſiniſtra Beraunæ ſeu Mizæ fluvii ripa non longe Zbraslavio remotus, hodie ad ditiones dicti inclyti Cœnobii ſpectans.

PRÆTERMISSA.

Annales Metenſes, uti & Nithardus referunt hoc anno: Ludovicum Bojoariæ Regem contra Patrem Ludovicum arma moviſſe, egreſſumque Bojoaria in Alemanniam cum quibusdam ſollicitatis Turingis & Saxonibus, cui cum Pater magno exercitu obviam procederet, ſic preſſum fuiſſe Ludovicum in terminos ipſos Turingiæ, ut, itinere per Slavos redemto, in Bojoariam fugere compulſus ſit. Annales Bertiniani etiam addunt, eum munerum elargitione petiiſſe adminicula ex- *Annal. Metenſ. ad h. a. Nithard. l. 1.* *Annal. Bertin. ad h. a.*

Digitized by Google

terarum gentium & paganorum, quo nomine quique exteri Scriptores Sorabos & Bohemos intelligunt; ſed defendit Ludovicum Bavarum A. R. P. Pichler ex Nithardo & Annalibus Fuldenſibus, eum nunquam pagunos habuiſſe in exercitu contra Patrem. Sic autem habent verba Annalium Bertinianorum: *Imperator Germaniam transpoſito Rheno ingreditur fugato filio, & paganorum, exterarumque gentium adminicula etiam ſui præſentia compluribus datis muneribus expetente.* Ejusmodi veroſimillime loco inſpecto comminiſcuntur noſtri Stranskius, Peſſina, Jordanus & Puczalka: Hoſtivitum (quem tunc Bohemiæ præfuiſſe volunt) Ducem ad fugientem Ludovicum inviſiſſe, ſua pacis ſtudia obtuliſſe, ab eo gratanter ſuſceptum, & condigno fœdere ſancito ſocium imperii factum, quarum narrationum nulla apud veteres memoria.

Pichler Tractat. VI. de Ludov. Germ.

*Stransky Reip. Boj. c. 8. §. 8. Peſſina Phoſph. ſeptic. Rad. 3. p. 117. Jordan. Orig. Slav. c. 29. §. 40. Puczalka in Navic. Eccleſ. ad h. a. *Adelzreit. P. I. l. 10. n. 14. Jordan. cit. loco. Chron. Gotvic. Vocab. Thuringia. Idem in Tabul. Geogr. Med. ævi.*

Tam dubium videri poteſt, quod Adelzreiter*, Jordanus, aliique aſſerunt Ludovicum fugientem redemiſſe tranſitum ſuum a Bohemis; nam diligentius expenſis Francorum Annalibus non obſcure eruitur, tranſitum hunc a Sorabis, non item Bohemis redemtum fuiſſe; cum enim Annales Metenſes Ludovicum in Turingia *usque ad fines barbarorum* pulſum eſſe ſcribant, Turingiæ autem fines eo ævo ad ipſam usque Salam (ubi Sorabi conſederant) procurrerint, veroſimilius eſt Ludovicum ad Sorabos ſe ſe recepiſſe, ab iisque tranſitum redemiſſe; nam ab iis per Soraborum terras, quin Bohemiam attingeret, ſecure in Bajoariam ſuam pertingere potuit; excurrere enim Soraborum terræ ad ipſos Nabi fluvii fontes, quo loco Bojoariorum limites cœpere.

Adam. Brem. c. 31. apud Lindebrog.

Adamus Bremenſis hæc refert: *Ludovicus Pius Cæſar M. obiit, ipſe Boemanos, Sorabos, Suſos, & ceteros Slavorum populos ita perdomuit, ut tributarios efficeret.* Sed de nullo Ludovici bello contra Bohemos geſto uſpiam aliquid apud coævos proditum eſt, ut is ſeu error Adami Bremenſis, ſeu librariorum fuerit, qui Ludovico Germanico patrem ſubſtituerunt. Iisdem prope verbis hæc recitat Helmoldus, a quo Adamum Bremenſem lectum fuiſſe non uno loco teſtatum eſt; ſed emendatius hic iſta Ludovico Germanico adſcribit.

Helmold. Chron. Slav. l. 1. c. 7.

Stredovskius denique ad hunc annum defigit obitum Methodii Epiſcopi Speculi-Julienſis ſeu Olomucenſis, quo exſpirante memorat ſedem Epiſcopalem belli diuturnitate agitatam motibus concidiſſe. Sed cum alias non infrequens eſt in citandis authoribus, iſthic fontem non coronavit; Goldaſtus enim & Balbinus annum ſui obitus non conſignant, ad quem utrumque iſthic provocat, quanquam Methodii omnino memoriam referant. Quin in eo graviſſime lapſus Goldaſtus,

Goldaſt. de

cum

cum Methodium hunc cum S. Cyrilli fratre confundit, eum literarum Slavicarum inventorem, & sacræ paginæ in Slavicum interpretem facit. *Reg. Boh. l. 5. c. 2. §. 7.*

Nec prætereundum ex Hammerschmidio hic videtur, qui ad præsentem annum *Klatowcæ* suæ conditricis urbis Clattoviæ obitum reponit, cum annum nonum supra octogesimum ageret, quam prope sanum Klivinæ, eo loco, quo hodie sancti Adalberti Capella condita est, summo luctu ethnicaque funebri pompa tumulatam ait; quo fonte autem hæc hauserit, celavit. *Hammerschmid. histor. Clat. P. 1. c. 11.*

ANNUS 841.

Lætum huic anno initium felix Libussæ partus dedit. Nato ex illa filio in castro Wissehrad nomen Nebihosti impositum. (a) Dux pater, qui gaudio vix se ceperat, tam festivæ diei ergo genitale symposium primoribus gentis instruxit omnium ferculorum potuumque, quæ ætas illa tulerat genere, instructissimum. *Nebihost filius Krzezomysl nascitur.*

At non idem erat anni exitus. Imbres assidui, & comes imbrium multa eluvio per autumni tempus sementem facere prohibuerunt. (b) Inde anno post per Bohemiam non obscura fames. *Imbres.*

ANNUS JESU CHRISTI 841.

GREGORII IV. PAPÆ 15. LOTHARII IMPER 2. KRZEZOMYSLI 10.

(a) Vox hæc, inquit noster P. Victorinus, interpretatione latina *cœlestem hospitem* significat, quod si est: prisca illa Slavica dialecto *Nebo-Goozt* appellatum oportuit. Num ut alias notavimus, *Lodereker*

Digitized by Google

in Vocab. septil. mus, majores noſtri puram literam *h* non habuere, & paſſim per *g* retulerunt, quas voces hodie per *h* enunciamus, ſcribimusque.

(*b*) Non ſoli Bohemiæ ſed & aliis regnis ab imbribus is annus infeſtus fuiſſe legitur. Porphyrogenitus enim de eodem anno, qui ultimus fuit Theophyli, ſcribens, inquit: *Exuberantes pluviæ, prorſusque aeris inæqualitas, intemperiesque terram, ac colonos lædebant, indeque rerum penuria, ac fames.*

Porphyrog. l. 3. n. 39.

PRÆTERMISSA.

Francici Scriptores hoc anno quanti quanti ſunt in recenſendis diſſidiis cruentiſſimisque præliis inter tres Imp. Ludovici defuncti filios, a quibus itaque, quod hiſtoriam noſtram ſpectaret, nihil habemus, præter id ſolum, quod hæc filiorum diſcordia vicinis gentibus occaſionem præbuerit Francis arma inferendi, & veroſimillime pridem illud tributi jugum impoſitum excutiendi, quod non obſcure indigitant Annales quique Francici. Sic enim Chronica S. Benigni Divionenſis: *Diſſidio filiorum Ludovici Pii occaſio exteris rebellandi data.* Et rurſum: *Filii gravi pernicie in ſemet diſſidentes unitum prius pulcherrima de diverſis nationibus compage Francorum regnum fœda ſectione ſciderunt.* Nec his in diſſidiis quieviſſe Moravos ac Boemos Danubii ſeu Iſtri accolas propalam oſtendit Florus Diaconus Lugdunenſis dum ita canit:

Apud Lucam d'Acherii Spicilegii T. II. p. 375.

Quid faciant populi, quos ingens alluit Hiſter,
Quos omnes dudum tenuit concordia nexos?
Fœdere nunc rupto divortia mœſta fatigant.
Sæpe malum hoc nobis cœleſtia ſigna canebant.

Apud Mabillon. Vet. Analect. p. 413.

ANNUS 842.

Vitioſum ex ſterilitate præſentem annum dives auri foſſio ſarcivit. Krzezomyslus Princeps enim ingentem metallicorum numerum, variis, noviterque ingenioſe detectis inſtrumentis ferreis Giloviam emiſit ejus montis & juxta poſitorum juga auri effodiendi cauſa ri-

Digitized by Google

rimatum. Nec fefellit ſpes induſtriam; cum enim montem quendam Borowkam appellatum profundius ſcrutarentur, pertigere ad fœcundiſſimam auri venam, quam continuo cuniculis perſecuti cum eſſent, tanto in menſes ſingulos auro ærarium Principis auxerunt, ut nemini non ſummæ eſſet admirationi. *Auriſodinæ in monte Borowka fertiliſſimæ.*

Eodem anno Pompilius, aliter Popiel dictus ignobilis ille plenusque vitiorum Princeps Poloniæ cum affine ſcelerum Rzepicia conjuge prolibusque vivus a muribus ſoricibusque depaſtus eſt, ut fuſe hiſtoriam hanc Critius in ſuo Chronico perſequitur. (a) In ejus locum Poloni indictis Gruſſuicium comitiis ſuffecerunt Piaſtum (b) quendam ruſtico genere natum ab agris alvearibusque non indivitem, ejusdemque Gruſſuicenſis oppidi civem. Multi volunt magicis carminibus eum fuiſſe nobilem, quorum virtute & multa mira patraverit, & Poloniæ imperio adjecerit regiones non paucas. Ferunt etiam nonnulli ejus ſtirpem in quibusdam Sileſiæ Ducibus vivere. (c) *Piaſtus Poloniæ Princeps.*

ANNUS JESU CHRISTI 842.

GREGORII IV. PAPÆ 16. LOTHARII IMPER. 3. KRZEZOMYSLI II.

(a) Hiſtoriam hanc Hayecius jam ad annum 819. retulit, ubi & nos quæpiam e primo Poloniæ Scriptore adjecimus.

(b) De Piaſto eadem prope refert Kadlubecius, cujus demum uxorem appellatam Rzepicam memorat, non item alteram Pompilii, ut refert Hayecius. *Kadlub. l. 2. epiſt. 3. & ſeq.*

Digitized by Google

(c) Recte ſcribit Hayecius ſuo adhuc ævo Piaſti ſtirpem in Sileſiæ Ducibus perduraſſe; ea enim tum adhuc in progenie Teſſynenſium, Brigenſium, & Lignicenſium Ducum florebat; at quæ hodie exſtinctæ ſunt.

Curæus hiſt. Sileſ. p. 28. Schikfuſ. Henel. aliique.

PRÆTERMISSA.

Peſſin. Mart. Morav. l. 1. c. 3 & l. 4. c. 5.

Peſſina ad hunc annum Raſticen ſeu Radislaum in Moraviæ regnum evectum ſcribit, de quo multa præter ordinem & fidem ſine veteri authoritate narrat. Nam memorat ſtatim ſub regni ſui initia Hungaros aggreſſum, tum ut jugum tributi excuteret, tum ut fratris Bogislai, neſcio cujus, cædem ulciſceretur. Prius tamen cum Geſtimulo Dalmatarum Rege de hereditariis terris amice tranſegiſſe, hinc Hungaros bello ſic laceſſiviſſe, ut æſtate non tota transacta Inſulam Scythicam, omnemque illum Pannoniæ ad Arabonem tractum, quondam majorum ſuorum ſedem in poteſtatem, inque tantas anguſtias Hungaros redegerit, in quanta non fuere, a quo Pannoniam eſſent ingreſſi. Tum narrat, quod exorto bello inter filios Ludovici Pii collecto ingenti exercitu Auſtriam invaſerit, eamque ſubjugarit; mox idem Norico Ripenſi minatus ſit, ſed ob bellum Bulgaricum rem conficere non potuerit. Cujus prolixæ narrationis quot ſunt capita, tot fere paradoxa, quæ modis omnibus cum horum temporum hiſtoria, veterumque fide pugnant. Nam quos hos Hungaros fuiſſe dicamus: proprie dictos Hungaros? at illi longe poſterius in Pannoniam Moraviæque vicinas regiones immigravere, rectèque eorum Epocham ex Annalibus Metenſibus ad annum 889. ſtatuit A. R. P. Pray. Si Hunnos dicamus: ii his regionibus (expulſi a Carolo M. ut multo prius narravimus) jam perrari fuere ſparſim habitantes, tum Francorum Regum ſervi & clientes, ut nullo modo ſuſtineri poſſit: Moravos hoc tempore eis fuiſſe tributarios, Raſticenque hoc tributi jugum excuſſiſſe. Certe memorias has A. R. P. Pray in elegantiſſimo opere ſuo locis omnibus Critico, ſi aliquo fundamento nixæ fuiſſent (nam Peſſinam ſe legiſſe teſtatur locis omnibus) non præteriiſſet. At is commemorato anno 827. inquit: *Deinceps nihil prorſus de Avaribus ſeu Hunnis conſignatum reperio a veteribus.* Scilicet usque ad ea tempora, quibus ſe ſe demum Hungari noviter ex remotiſſimis terris irrumpentes eis tanquam popularibus ſtirpisque ejusdem genti ſociarunt ad finem prope hujus ſæculi. Nec Geſtimulus eo tempore, ſed Tirpimirus Dalmatiæ præfuiſſe legitur. Id liquet ex relatis Lucii, & producto ab eo ejusdem

Pray Annal. Hunnor. Vet. P. 3. l. 1. p. 323

Pray P. 2. l. 3. p. 291.

Lucius de

Digitized by Google

dem Tirpimiri diplomate. Nec denique video, qui cisdanubianas regiones *Rasticis majorum sedem* appellare potuerit; ostendimus enim supra ex coævis omnem illarum tractum terrarum Hunnorum paulo ante proprium fuisse, & Hunnico Caroli M. bello ad Francicos Reges recidisse, quem illorum beneficio diversi Duces, regulique sub Francicorum Comitum administratione accepere, certe isthic Regionum partem Carentanos tenuisse, isthic Prinninam & Hezilonem filium ejus adhuc superfuisse, isthic paulo ante Ratimarum aliosque rectores Bulgaricos ditiones habuisse ex Eginhardo & Anonymo de Conversione Bojoariorum & Carentanorum legimus. Denique quid sibi *Austriæ* nomen vult, quod post sæcula demum exortum constat. Sed veriores Rasticis memorias annis consequentibus ex veteribus fideque dignis authoribus proferemus. *Regno Dalm. & Croa. l. 2 c. 2*

ANNUS 843.

Nihil his temporibus montis Betularum seu Przibramensibus argenti venis per Bohemiam fœcundius. Huc maxima hominum pars ditescendi avida ab agris effusa pervicacia saxa domabat nec conatu frustrato; operam enim copiose erutum aurum argentumque largiter compensabat; at fames neglecto agrorum cultu vel ingratiis accersita omnem eam regionem premere cœpit. Cum isthic nihil amplius suppeteret, in provinciam Pragensem missi, qui frumentum pretio metallicis adferrent. Sed nec ea diu exportationem hanc sustinere potuit, quin & illa paulo post rei frumentariæ inopiam, ac pene famem persentisceret. Non defuere ex primoribus quique, qui Krzezomyslum gravissimis verbis exhortati sunt, dispelleret metallicos istos, agrisque rursum addiceret, denegaret eis stipendia ali- *Przibramenses fodinæ feraces.*

Digitized by Google

alimentaque, majorem rationem felicitatemque in frugum ubertate, quam auro argentoque reponendam esse. At coecato auri fulgore Krzezomyslo quisquiliæ nugæque hæc visa sunt, animum ad argenti conquisitionem obfirmanti. (a)

ANNUS JESU CHRISTI 843.

GREGORII IV. PAPÆ 17. LOTHARII IMPER. 4. KRZEZOMYSLI 12.

(a) Ad hunc locum ita commentatur nōster P. Victorinus: tam alte in hominis animum descendit auri cupiditas, avaritiaque, si semel aditum nacta est, ut nullis divinis humanisque consiliis exstirpari possit. Inter cetera vitia, quæ passim authores in Krzezomyslo perstringunt, istud omnium maxime vitam ejus ignobilem reddidit, quod Julius Solimannus his verbis depingit:

Jul. Solimann. in Krzezomysl.

Hunc ira, hunc feritas, hunc inclementia morum,
Hunc auri turpem cæca libido notat.
Lætatur populi damnis, gentisque ruina,
Crescere divitias Principis, asper amat.
O! vanas hominum mentes! quæ lucra? cruentum
Si premit, & lacerat subdita membra caput.

PRÆTERMISSA.

Conciliatis hoc anno tribus Caroli M. filiis, scilicet Lothario, Ludovico & Carolo nominatissima illa apud Verdunum regnorum divisio facta est, de qua fuse Nithardus & Annales Francofuldenses. In hac regnorum partitione Germania in peculiaris & separati Regni normam redacta est, Gallia enim ab illa penitus sejuncta, utraque sui juris facta absque ulla alterius ad alteram dependentia aut nexu, ambæ jura propria consecutæ, ac separatas respublicas constituere, ut jam ex veteribus observavit Otto Frisingensis, fusissime autem persequuntur passim omnes juris publici Scriptores eosque inter luculentissime his verbis Pufendorfius: *Ludovicus Pius tres habuit filios Lotharium, Ludovicum, & Carolum; ii cum imperium Francicum inter se dividerent, Ludovico tota ob-*

Nithard. l. 4 Annal. Francofuld. ad h. a.

Otto Frising. l. 5. Chron. c. 35. Conring. de finib. Imper. Germ. l. 1. c. 3.

Digitized by Google

obvenit Germania cisrhenana, & aliqua item portio Germaniæ transrhenanæ --- In ea Ludovicus summum tenuit, & nullis legibus definitum imperium, ut superiorem neminem, non fratrem natu maximum, nedum minimum, cui Gallia obtigerat, agnosceret. Atque eo primum tempore Germania in Regni peculiaris, nec nisi unius imperii obnoxii formam redacta est. At quod passim quique ex iis obtendunt: Bohemiam jam tum in portionem Ludovici venisse, de eo apud synchronum hactenus, vetustumque nullam reperi memoriam. Quin Chronicon Fontanellense coævum tacita Bohemiæ mentione his verbis divisionem istam intra Ludovici Pii filios complectitur: *Post cruentissimum prælium pace inter eos* (Ludovici filios) *facta diviserunt inter se Francorum Imperium: & Lotharius quidem accepit Regnum Romanorum & totam Italiam, & Franciæ partem orientalem, totamque provinciam. Ludovicus vero præter Noricam, quam habebat, tenuit regna, quæ pater suus illi dederat, id est Alemanniam, Thuringiam, Austrasiam, Saxoniam, & Avarorum id est Hunorum Regnum. Karolus vero medietatem Franciæ ab occidente, & totam Neustriam, Britanniam, & maximam partem Burgundiæ, Gotiam, Vasconiam, Aquitaniam,* hinc nec illa in nexum ullum, nisi ratione annui tributi pendendi (si tamen hunc nexum aliquem dicere libet) pervenit. Quare Reges nostri contra onera alia ceteris membris Romani Imperii imponi solita omni tempore solennissime protestati; & jam pridem mentem Bohemorum declaravit Cosmas per legatorum verba ante Henricum Imperatorem: *Si aliquo præter solitum* (de pendendo tributo) *legis jugo nos aggravare volueris, mori potius promti sumus, quam insuetum ferre onus.* Sed unus instar omnium est Augustissimus Ferdinandus I. Bohemiæ Rex, idem postea Imperator, qui comperto, quod in conventu Wormatiensi matriculatio seu taxatio Regni Bohemiæ ab ordinibus Imperii fuisset indicta, ut Boemi, quod Imperii Germanici essent clientes in partem ferendorum publicorum onerum vocarentur, in publicis Imperii Comitiis habitis Augustæ an. 1548. pro libertate Boemiæ sic germanice peroravit:

Glafeys Pragmatischen Geschichten c. 1. Pufendorf. Indroduc. ad hist. Europ. c. 8. §. 2

Apud Lucam d'Achery Spicilegii T. II. p. 263.

Cosmas l. 2. ad An. 1040.

Landorpius in Actis Public. T. I. l. 10. c. 32. Balbin. Dec. 1. l. 3. c. 1.

Daß in der zu Worms an. 1521. verfasten Matricul das Königreich Böheim mit 400 zu Roß, und 600 zu Fuß beleget worden, da doch die Stände der Cron Böheim ganz keiner Reichs-Anschläge bekenntlich, und gar nicht wusten geständig zu seyn, daß weder der angezogene Wormsische, noch andere ältere Reichs-Anschläge mit ihrer Königlichen Majestät löblichen Vorfahren Könige zu Böheim Wissen noch Willen geschatzen, vielweniger dieselbe jemals darein gehohlen, oder einige Hilfe darauf entrichtet, oder auch die wenigste zu leisten schuldig ge-

Digitized by Google

weſt wären. Weil auch die Steuren im Reich mehrentheils auf die Stände in den 10 Creiſen beſtimmt, die Cron Böheim aber in einigen des Reichs-Bezirk niemals geweſen, ſey leichtlich abzunehmen, daß dieſelbe Cron mit dem Reich im vorigen Zeiten ganz nicht geſteuret, und dannenhero jezt unbillig in die Anſchläge des Reichs gezogen wurde.

Quæ omnia conficiunt Boemiam nullo Imperii circulo unquam fuiſſe incluſam, non paria cum ceteris Imperii membris onera tuliſſe, eamque regnum eſſe non ſolum ſui juris penitusque liberum, ſed etiam ab Imperio Germanico prorſus tum gente tum inſtitutis ſegregatum. At non negandum ipſius gentis noſtræ inteſtinis ſeditionibus poſterius quæpiam jura accreviſſe Imperatoribus in Bohemiam. Cum enim ſæculo cumprimis XI. & XII. non raro plures ducalis ſtirpis filios, regnique heredes numeraret, alter vero præ altero ducatus habenis inhiaret, alter alterum ſede deturbare conniteretur, atque propriis diffideret viribus; accidit, ut dominatus ſibi ſtabiliendi cauſa Germanorum Cæſarum patrocinium implorarent, eis ſe ſubmitterent, vexilla reciperent, Boemiamque quaſi in feudum deferri ſibi ſuſtinerent; quod jus dein Imperatores perſecuti, ab iis in ſucceſſores tranſtulerunt. Hinc legere eſt inveſtiturarum literas Friderici II. Imp. anno 1212. & an. 1231. Richardi I. Rom. Regis anno 1262. Rudolphi I. an. 1276. Adolphi an. 1292. &c. apud Goldaſtum & Balbinum recitatas, in quibus Boemiæ Regnum aperte Feudum Imperii vocatur, & ad quod ſuſcipiendum novus Rex ſiſtere ſe Imperatori debet. Quanquam Veriherus prorſum neget Reges Bohemiæ ratione Bohemiæ, ſed reſpectu Electoratus, & quarumpiam tantum terrarum, uti Egræ Luzemburgi aliarumque olim ad Romanum Imperium pertinentium, Germanorum Cæſarum feudatorios fuiſſe. Interim vero ſi etiam feudatorios fuiſſe dicamus, leve id clientelæ onus plurimum honoris & commodi ſecum traxit. Inde namque Rex Bohemiæ in Comitiis S. R. I. ſedendi, ſuffragandi, & eligendi paſſivum, ut ajunt, & activum jus retinet, indigenatu & juribus Imperii gaudet, in ejusdem tutelam ſuſcipitur. Advertit hæc bona noviſſimis temporibus Auguſtæ memoriæ Joſephus I. Imp. qui ne Boemiæ Regnum jure illo ſuffragii per interruptum ejus uſum, & conſequentibus inde ſupra dictis commodis excideret, id ipſe felici auſpicio inſtauravit. Nimirum fuere olim in S. R. Imperii ſocietate Reges Bohemiæ, ideoque ejus comitia eo fine frequentarunt, ut officio defungerentur Principis, aut ſtatus Germaniæ, quo de Comitialibus argumentis tractarent, ac deciderent, adeoque non qua teſtes, actores, rei,

Veriherus Vindiciæ Bohemiæ c. 2. & 3.

Digitized by Google

rei, vel hoſpites, & negotiorum Imperialium obſervatores, ſed quæ ſuffragatores, ſocii, collegæ, cives, judices, & Principum Germaniæ potentiſſimi, non ex arbitrio & beneplacito, ſed ex officio & neceſſaria cauſarum ſubſcriptione S. R. I. Comitiis adeſſent. Verumtamen quia per tria fere ſæcula illius juris exercitio abſtinuerunt, & intereſſe Germaniæ conventibus neglexerunt, partim ne onera tributaque & ſervitia Imperio præſtarent, partim quod Huſſiticis bellis impediti, curisque domeſticis diſtracti parum attenderent alienis, partim etiam quod Imperii Germanici faſces & gubernacula Bohemiæ Principes Auſtriaci haberent, ut parum videretur e re Bohemiæ Regem in ordinibus Germaniæ numerari. Acceſſit tandem Juris-Conſultorum ultimi ſæculi dubitatio: num Rex vere eſſet, qui Regni cauſa ſubeſſet alteri, vel ipſimet Romano Imperatori? ad extremum quando Imperii legibus & Comitiorum receſſibus locum nullum darent Boemi, tæduit Germanicos proceres ſocietatis illorum, ne leges ipſis tantum dare ſine omni effectu viderentur. Quapropter cum ita Boemicum ſuffragium in dubium vocaret Germania, ut aut abſtinerent Boemi ab Imperii Comitiis, aut, ſi ad hæc recuperare vellent acceſſum, redirent ad onerum cum reliquis Germaniæ ordinibus ſocietatem: ſapientiſſimus Imp. Joſephus I. ſucceſſorum ſuorum in Regno Boemiæ honori & commodis conſulturus, ſimul Boemiam ad pleraque cum aliis Germaniæ ordinibus onera ferenda obligavit, ac inſuper diplomate ſuo declaravit: Regem Bohemiæ ut Electorem in claſſe Electorali non ut Regem comparaturum; mox omnium Germaniæ procerum conſenſu priſtinum in S. R. I. Comitiis jus, quod Auguſtiſſimi progenitores ſui dudum in votis habuere an. 1708. feliciſſime inſtauravit, datis in eam rem omnium Imperialium ordinum inſtrumentis, & ipſius Auguſtiſſimi reverſalibus, quæ videre licet in diſſertatione de jure ſuffragii Regis Bohemiæ in S. R. I. Comitiis noviſſime inſtaurati a Joanne Petro Ludewig Halæ Venedorum 16. Maji an. 1709. & Goldaſti Commentariis noviſſime reimpreſſis, addita: cui annexa Joannis Hertii J. U. D. diſſertatio de renovato Romano-Germanici Imperii Regni Bohemiæ nexu, in fine ſtatuum Imperialium, & ipſius Imperatoris ea de re decreta, & hiſtoricam introductionem legati Bohemici (is fuit Wenceslaus Norbertus Comes Khinsky Regis Bohemiæ ſupremus Cancellarius) in ſenatum Electoralem exhibet. Sed de his plusquam ſatis.

Nec prætermittendum ex Peſſina, quod ad hunc annum præterea ſpectare videtur: is igitur refert: quod cum poſt hanc partitionem *Peſſin. Morav. l. 2. c. 5*

Digitized by Google

nem Regnorum Ludovicus Rex Germaniæ intellexiſſet eum miſerabilem Auſtriæ ſtatum, in quem Raſtices Dux Moraviæ eam redegeret, collecto exercitu expeditionem ſuſcepiſſe; certatum eſſe crebris velitationibus, nonque ſemel pacificationes tentatas eſſe; ſed Raſticis feroci animo præplacuiſſe bello fortunam experiri; accidiſſe tandem ut victo Dalmatiæ Rege totam vim contra Raſticem Ludovicus converteret. Quare copiis multo ſuperioribus victum, tota Auſtria exturbatum Raſticem, nec in hoc aquieviiſſe Ludovicum, ſed transjecto Danubio in viſcera Moraviæ ſæviiſſe, ac demum nonniſi autumni ad finem decurrentis aſperitate exercitum retrahere coactum. At horum rurſum ne veſtigium quidem in alio vetere reperire eſt.

ANNUS 844.

Cum metalla ſuperarent, ignarus quid iis faceret pecunioſus Princeps, nempe in murorum faſtigia, & ingentes ſubſtructionum moles magnam earum partem effudit. Radoſtinium vaſtiſſimi ambitus caſtrum erectum, ubi principales filii Neklan, itemque Nebihoſt ſub cura familiaris liberti Swietlonis procul a matre educarentur. Mater ejusce abductionis perquam invita, cum ab obſtinatiſſimæ ſententiæ marito revocationem chariſſimorum pignorum precibus non poſſet extundere, ad terrores, nocturnasque imagines, quibus obnoxium ſciebat conjugem, verſa, quondam bene mane turbata, ut erat a ſomno, coma in thalamum irrumpit, atque ad maritum: „O noſſes, inquit, ani„ me mi! quid hac nocte?„ cum ille conſternatus quæreret: quid? „Perdidiſti, inquit illa, ſanguinem noſtrum, „communes liberos, ſi annum hunc ſolidum Radoſtinii (a) „morantur. Cetera ne quære, fatale eſt. Scis, quam non men-

Radoſtini caſtrum.

Digitized by Google

„ mendácia sint mea insomnia. „ Valuit hæc seu muliebris tragula, seu re vera nocturnæ fuerint præstigiæ. Liberi Wissehradum confestim revocati, cum Neklan annorum quinum denum, Nebihostus quadrimo major non esset.

ANNUS JESU CHRISTI 844.

SERGII II. PAPÆ 1. LOTHARII IMPER. 5. KRZEZOMYSLI 13.

(a) Radostin quasi latine sepimentum cupediarum seu voluptuarium dicas. Castrum hujus nominis hodie nullum supereſt, vicos plures in diversis Bohemiæ regionibus reperire est, an eorum aliquis hujus castri sint reliquiæ, quis divinet?

PRÆTERMISSA.

Annales Francofuldenses ad hunc annum referunt: *Hludovicus Abodritos defectionem molientes bello perdomuit, occiso rege eorum Gozomuil, terramque illorum & populum sibi divinitus subjugatum per Duces ordinavit.* Hildesheimenses, ita habent: *Lotharius Rex cum orientalibus Francis venit in Silviam*, (Slaviam) *& eorum Regem Gestimulum occidit, ceterosque sibi subegit.* Ditmarus scribit l. 7. *Lotharius Imperator venit cum orientalibus Francis in Sclavoniam, & eorum Regem Gestimulum occidit, ceterosque subegit, & dedit Ecclesiæ Corbejensi ipso anno dedicationis ejus, ut Chronica testatur.* Chronicon quoque Quedlinburgense & Schafnaburgensis *Gestimulum* vocant, & a Lothario quoque interfectum tradunt. Jam Hayecius noster ad annum 909. prodit: S. Ivanum primum Eremitam Bohemiæ moriturum confessum se *Gestimuli Regis Croatarum* filium esse. Quo argumento inducti plerique Scriptores nostri eundem Gestimulum (quem jam Dalmatiæ, jam Croatiæ Regem faciunt) existimant patrem fuisse dicti S. Ivani. Multo longius digressi Pessina & Stredovskius, dum Rasticis Moraviæ Ducis conjugem, ut ajunt, Miroslavam appellatam præter ullam allatam authoritatem ejusdem Gestimuli filiam, & S. Ivani sororem faciunt. Quod ad Chronologiam attinet, ea quidem minime repugnat, ut *Gestimulus* hic pater S. Ivani fuerit, cum grandævus,

Annal. Francofuld. ad h. a.

Annal. Hildesheim. ad h. a. apud Leibnit. T. I. p. 715.

Apud Leibnit. T. I. p. 403.

Chron. Quedlinburg. ad h. a. Schafnaburg. ad h. a.

Pontan. Boh. Piæ l. 4. Pessin. Mart. Mor. & in Phosph. sept. Rad. 3. p. 125. Balb. Dec. 1. l. 4. §. 2. alibiq. Stredovsky S. Morav. hist. l. 1 c. 12. p. 80.

Digitized by Google

vus, & poſtquam 42. annos ſpelancam in Bohemia incoluiſſet tandem anno 909. mortuus referatur ab Hayecio. At graviſſimæ inter viros eruditos de tota hujus *Geſtimuli* hiſtoria altercatio ob vetuſtorum quorumque Annalium diſcrepantiam, quorum alii a Lothario iſthic terrarum poſt partitionem fratrum nihil amplius poſſidente, alii a Ludovico cæſum ſtatuant. Hanius quidem exiſtimat locum Hildesheimenſium Annalium & Lamberti Schafnaburgenſis depravatum eſſe, legendumque eſſe pro Lothario Ludovicum, cum is Rex orientalium Francorum fuerit & Germanorum, cum quibus Lothario Imperatori, Regique Lombardorum nihil amplius negotii fuerit. Diploma vero Lotharii, quo is cæſo Geſtimulo Rege inſulam Rugiæ Corbejenſi Monaſterio donat, quodque Nicolaus Schatenius in Annalibus Paderbornenſibus & Ekhardus produxit, in dubium vocat his argumentis: Imo. quod Lotharius nunquam Rugos viciſſe, nunquam Rugiam poſſediſſe uſpiam legatur, aut vel eo perveniſſe. 2do. quod idem in illa Regnorum partitione Verdunenſi nullam portionem in Sclavis, atque hinc neque in Rugia acceperit. 3tio. quod circumſtantiæ belli fabuloſo pene ritu in hoc diplomate referantur, & ſtylus a ſtylo aliorum diplomatum Lotharii multum differat. Contra Bollandiſtæ cenſent hoc diploma rejici non poſſe, cum notas temporarias accurate obſervet, cum ejus jam Annales Corbejæ Saxoniæ & Ditmarus non obſcuram memoriam innuat, dum ait: *Eccleſiæ Corbejenſis id Chronica teſtari*, & denique id a Lothario fieri potuiſſe peculiari aliquo exercitu, præſertim cum e Saxonibus non paucos ſibi adhærentes habuerit, ſcilicet Saxones *Stellingas* appellatos, ut memorat Adelzreiter & Brunnerus.

Hanius in hiſt. Imp. P. I. c. 4. §. 4.

Acta SS. in append. ad 15. Jun. de feſto S. Viti. Apud Leibnit. T. II. p. 297.

Adelzreiter Annal. Boj. P. I. l. 2. c. 10. Brunner. P. 2. l. 1. n. 7.

Sed ut ad Geſtimulum noſtrum redeamus: hiſtoria Mſ. in vetuſto Codice Bibliothecæ S. I. ad S. Clementem Vetero-Pragæ olim Lit. Y. M. 1. ſignato nuſpiam hujus Geſtimuli meminit, nec quo patre prognatus ſit, oſtendit, natione Ungarum & ſtirpe Regia progenitum fuiſſe docet. Suſtineri vix vero poteſt, ut patrem ejus Geſtimulum Croatiæ proprie dictæ Regem fuiſſe ſentiamus; nam Carolus Dufreſne, qui Regum Croatiæ catalogum diligenter in hiſtoria Byzantina texuit, nullum eorum Geſtimuli nomine refert. Multo minus vero Dalmatiæ Ducem aut Regem dicere licet, quorum non modo triplicem catalogum Lucius, ſcilicet ex Porphyrogenito, Thoma Archidiacono Spaletano, ex auctoribus fide dignis & privilegiis adornavit, ſed nec ejus Caſimirus Freſchot in memoriis hiſtoricis & Geographicis Dalmatiæ uſpiam meminit, ut taceam ante a me oſtenſum eſſe *Tirpimirum*

Luc. de Reg. Dalm. & Croat. l. 2. c. 1.

hoc

hoc plane ævo Dalmatiæ præfuisse. Verum quoniam ex Porphyrogenito constat illius ætate Croatarum nomen amplissima latitudine, ac pene ea, qua *Slavorum* nomen, acceptum fuisse, non incongrue fortassis Gestimulus Croatarum Rex aut Dux dicetur, cujuscunque demum Slavicæ reipublicæ is fuerit; atque id adserimus ad salvandam vetustissimam traditionem, qua S. Ivanus Croata gente fuisse adstruitur, cui nec Ms. illa supra laudata S. Ivani vita (sæculi XV. initio, ut multis indiciis liquet, exarata) repugnare videtur, quandoquidem qua latitudine olim hodieque accipiatur Hungaria, non obscurum est. Jam cum Annales Francofuldenses aliique vetustissimi Gestimulum Obodritorum Regem aut Ducem faciant, revocandum illud ex Eginhardo in memoriam, quod idem Lucius, Ekhardus & Adelzreiter referunt, præter septentrionales Obodritos alios fuisse Orientales Serbis & Croatis item & Dalmatis affines, ut igitur Gestimulus istorum Dux esse potuerit; quo pacto salvari poterit aliorum veterum Annalium authoritas eum a Lothario cæsum fuisse, nam eos in terrarum tractus, etiam facta fratrum partitione, Lotharium saltem nomine Imperatorio ob vicinam Italiam ac cumprimis Venetias jura exercuisse non uno loco ex Lucio testatum est, ex quo eodem non obscurum est: Obotritos hos jam tempore isto Christianos fuisse, ut ita nihil obstet, quin filium ejus Christi lege imbutum sacratioris vitæ studio eremum petiisse dicamus. Imo cum Lucius referat non multo post Dalmatas attentasse, ut se se in libertatem contra Lotharium vindicarent, non incredibile hoc ipso anno Obotritos hos Orientales cum Duce suo Gestimulo defectionem molitos, ut loquuntur Annales Francofuldenses.

Eginhardus ad An. 824. Ekhard. l. 28. c. 214. Adelzreiter An. Boj. P. 1. l. 10. Luc. de reg. Dalm. & Croat. plur. loc.

Luc. ibid. l. 2. c. 2.

At vero Pessina de eodem Gestimulo plura profert veteribus omnibus incognita, ex eoque Stredovskius, quæ compendio recensere libet: videlicet Gestimulum hunc Dalmatiæ Regem, & Bornæ Regis anno 821. defuncti nepotem fuisse, cum eo Rasticem seu Radislavum Moraviæ Regem controversiam de hereditate amice transegisse; intercessione Gestimuli factum, ut Duce Rastice Moravi & Hunni, qui tum longe lateque transdanubianam ripam populabantur, Laureaco parcerent, quæ vel eo solo argumento evertuntur, cum certo constet ex Annalibus Francofuldensibus post mortem primum Gestimuli Rasticem in ducatum Moraviæ evectum, & quidem anno reparatæ salutis 846.

Pessin. Mart. Morav. l. 1. c. 3 & l. 2 c. 5. Stredovsky S. Mor. hist. l. 1, c. 12.

Annal. Francofuld. ad Ann. 846.

AN-

Digitized by Google

ANNUS 845.

Annus supra octingentesimum quintus & quadragesimus tristi scelere, nec tragico minus sceleris exitu ater ac funestus, tracturus secum non auditum ante hos dies flagitium, ni Radostinio principales liberos anxia matris cura avocasset. Blobojus de gente Wrssovecia seu Rohowicia ex pago Wrzesow (a) vir quantis divitiis, tanto virium robore terris castri Radostin affinis vatimiano plusquam odio aspernabatur Swietlonem Ducalium filiorum praefectum. Habitabat per eos dies pineam domum Swietlo, quam animi causa haud procul domo ædificarat. Tam propinquum factorum, ut putabat, suorum speculatorem cum Blobojus ferre nollet, subjectis clam facibus prius dormientem cum uxore, liberis, servorumque manu exussit, quam miser aut persentiscere malum, aut occupantibus omnia flammis pestem effugere posset. Clarius ipso incendio facinus erat Bloboji. Perlatum ad Principem mirum quantum animum ejus exacuebat; vocatum igitur in palatium & conscientia sceleris adesse recusantem Blobojum jam manifestum criminis authorem immodicus iræ Krzezomyslus cum satellitum globo persequitur. At ille non segnior ad desperationem, quam flagitium, conspicatur procul ultricem manum, ante suis ipse ignibus cum omni domo, in quam se cum uxore liberisque includi fecit, in cineres abiit. Atque hic primus est in Bohemia incendiarius, qui suis ignibus arsit, causaque fuit latæ postmodum a Principe hujus ipsius adversus incendiarios pœnæ. (b)

Swietlo in fidiis Ploboji vicus exuritur.

Eandem pœnam sceleris auctor sibi irrogat.

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 845.

SERGII II. PAPÆ 2. LOTHARII IMPER. 6. KRZEZOMYSLI 14.

(a) Wrzesow posterius Wrzezowes, quasi pagum Wrzezovii, denique Wrzezowitz appellatum contendit noster P. Victorinus, ab eaque nominatissimam olim Equitum de Wrzesowitz prosapiam nomen traxisse. Ex ea familia sæculo XVI. floruit Wenceslaus supremus Cameræ Præses eruditione ea ætate cumprimis clarus, cujus beneficio typis excusum Jus Provinciale habemus. Weleslavinus ab eo quoque Mſ. historicum de Bohemia supersesse testatur; ceterum grandem suam Bibliothecam Ecclesiæ Parochiali S. Nicolai Micro-Pragæ transcripsisse memoratur; plura de eo videri possunt apud Lupacium. *Weleslav. in Calend. p. 334.* *Lupac. in Ephemerid. ad 19. Jul.*

(b) Hæc pœna in incendiarios lata habetur in veteri jure Municipali O. 14.

PRÆTERMISSA.

Dum Annales Hayecii rebus minoris momenti lectorem distinent, rem omnium memoratu digniſſimam hoc anno præteriere. Respexit tandem infinita Dei misericordia etiam gentem nostram, posteaquam finitimos circumquaque populos ad Evangelii lucem perduxit. Ad hunc quippe annum referunt Annales Francofuldenses: *Hludovicus* (Germaniæ Rex) *quatuordecim ex Ducibus Boemanorum cum hominibus suis Christianam religionem desiderantes suscepit, & in octavis Theophaniæ baptizari jussit.* Idem habet Aimonius, Sigebertus Gemblacensis, Magnum Chronicon Belgicum, aliaque vetusta Chronica, ut recentiores omnes taceam. At tot Ducum, tamque subita ad Christi sacra conversio vix quidem ductu proprio fieri potuit, ut merito conjicere liceat semen-tem Evangelii clam apud nos a vicinis Bojoariæ sacerdotibus (quorum tamen nomina nobis invidit ætas) jactam fuisse, quæ demum hoc anno feliciſſime propululavit. A. R. P. Sigismundus Calles tam subitaneæ tot Ducum conversionis causam autumat superioris anni cladem interitumque Gestimuli Slavorum Obotritorum Regis; at cum Gestimulum *Annal. Francofuld. ad h. a.* *Aimon. l. 4. histor. Franc. Gemblacensis, Magn. Chron. Belg. ad h. a.* *Calles in Annal. Austr. l. 3.*

Digitized by Google

hunc plerique Christianum fuisse sentiant, casus hic potius Duces nostros a suscipiendis Christianis avertere potuit, nisi divina misericordia errantes vocasset in viam. Tam parum etiam probari potest, quod Jordanus asserit: eos scilicet exemplo Privinnæ illectos, spreque præmii, quale is a Ludovico tulerat, tractos; quasi vero terrestria & mundana præmia eis cœlestibus majora potioraque visa fuissent.

Jordan. orig. Slav. N. 986.

II. Intra Octavam adorati a Magis Christi diem rem gestam ex vetustis Chronicis Francicis discimus, quo loco id autem factum sit, nuspiam proditur. Plerique id Reginoburgi evenisse autumant, quod quidem verosimillimum videtur, tum quod is locus tunc Bohemis vicinissimus fuerit, tum quod Ludovicus isthic passim resederit, tum quod postea constet Ratisbonensem Episcopum jura Episcopalia exercuisse in Bohemia. Hinc etiam Viguld. Hundius ad hunc annum adjicit: Bothuricum Pontificem Ratisbonensem jussum esse Zechos instituere in Christiana Philosophia, quod idem tradit Aventinus, ex iisque passim nostri.

Hundius in Metrop. Salisburg. in Ep. Ratisb. Aventin. Annal. Boj l. 4.

III. Major difficultas oritur definire, num hi quatuordecim (peream XII. tantum facit Brunnerus) fuerint Duces, an Comites seu Dynastæ illustriores, & quinam hi ipsi fuerint? quod ad primum attinet: Aventinus primus a nomine Ducum recessit, vocatque *quatuor decim gentis dignitates.* Puczalka facit filios Wladikorum & Lopotonum. Balbinus existimat dicendos esse: *Ex nobilitate Bohema viros Principes, aut a. Balb. Epit. l. militiæ antesignanos.* Pessina vocat: *Illustriores dynastas.* Jordanus * *Meratorum proceres* fuisse autumat. Glafeys plane argumentis impugnat nomen *Ducum*, censetque *regionis* tantum *primores* fuisse. At in plures Ducatus tum, & posterioribus adhuc temporibus Bohemiam divisam fuisse plurimis vetustissimis exterorum, domesticorumque Scriptorum testimoniis cautum est, quod ipsum citato loco his verbis fatetur Balbinus: *Constat nihilominus in Bohemia, ut ex superioribus patet, plures Duces fuisse: Zlicenses, Lucenses, Melnicenses, Teplicenses, Boleslavienses, Lipenses, pluresque alios, quorum ipsa nomina antiquitate perierunt. Cosmas etiam antiquissimus scriptor in Bohemia plures provincias collocat.* Et certe Annales Francofuldenses nobis præterea prodidere *Ducem Vitzrachi*, Christianus *Kurimensem*, exteri coævi passim de pluribus loquuntur, ut plane appareat, eam tum fuisse Boemiæ faciem, quam longe posterius in Silesia vidimus inter plures Duces partita. At, uti jam alias insinuavimus,

*Brun. Annal. Boj P. 2. l. 1. §. 8. Avent. Annal. Bojoa. l. 4. Puczalk. in navic. Eccles. ad h. l. c. 10. Pessin. Phosph. septic. Rad. 3. p. 117. * Jordan. Orig. Slav. N. 986. Balbin. c. l.*

Digitized by Google

mus, minime dubitamus isthoc jam tempore ob Francici Imperii metum hos ceterosque Duces Bohemiæ vicinosque plures, Pragensem respexisse tanquam præcipuum, eique fuisse obnoxios. Nam supplementum Annalium Francorum Pithœorum nuper a Clarissimo Kollario ex Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi vulgatum *inter Duces omnes Boemanicos*, qui Ratisbonam ad conventum generalem venerant, *primores fuisse*, ait, *Spitigneum & Vratislaum* Borzivogii Ducis Pragensis filios. Quod ad Ducum nomina, eorumque regiones, quas tenebant, attinet, silent veteres. Ariolationes nonnisi sunt recentiorum, qui aliquos de nomine proferunt. Sic Pessina Dynastas Klattovienses, Studynecios, Plsnenses, Radaussii posteros, Teplenses, & ex Weleslavini sententia Warenses & Kadanenses opinatur, quicum facit Hammerschmid. Crugerius accolas Misniæ fuisse autumat, interque ceteros Bilineos Comites, qui tres soleas in clypeo gerebant. Verosimillimum est: Duces eos ex meridionali orientalique Bohemiæ plaga sedisse, Bojoariis & Moravis contermina, quorum illi commercio doctrinam Christianam hauserint; de nomine autem tum eorum, tum ducatuum spississimæ tenebræ. Ceterum nonnulli sat vetusti authores, ut Hermannus Contractus, Albericus Monachus Triumfontium, Vadianus Conf. S. Gallensis, & ex iis recentiores quipiam cum Pagio hanc XIV. Ducum nostrorum conversionem ad annum sequentem rejiciunt. At quoniam Annales Francofuldenses omnibus his vetustiores sunt, ab eorum Chronologia recedere piaculum ducimus.

Supplem. Annal. Pith. ad An. 895. p. 527.

Pessin. Phosph. septic. Rud. 3. p. 117. Hammerschm. Prodr. Gl. Prag. c. 2. p. 12. Crug. ad 28. Jan.

Herm. Contract. & Alber. ad Ann. 846. Vadian. de colleg. & Monast. Germ. vet. l. 2. Pagius in Cris. Baron. ad An. 846.

IV. Eodem anno & quidem tempore autumnali in Saxonia apud Padaprunno generale placitum a Ludovico habitum narrant iidem Annales Francofuldenses: *Ubi* (inquiunt) *Sclavorum quoque & Bulgarorum legationes suscepit, audivit, & absolvit.* Quibus in Comitiis num etiam legati Bohemorum & Moravorum fuerint, ut sensit Jordanus, dubium, cum anno sequente rebellionis accusentur ab Annalibus Francofuldensibus, bellumque in eos moverit Ludovicus.

Annal. Francofuld. ad h. a.

Jordan. de Archi Pinceernat. Bob. c. 4. §. 11.

ANNUS 846.

Tertium jam annum maxima silvescebat agrorum pars, ortaque inde penuria frugum ea fuit, ut lautiores

Digitized by Google

Panis penuria. etiam menſæ panem inter cupedias præberent. (a) Admonitus ea de re a patribus Princeps: inſano metallorum ſtudio univerſam gentem iri perditum. Si rempublicam ſalvam cuperet, infauſtos illos patriæ perfoſſores Przibramenſes Gilovienſesque ad aratrum reduceret; periculum eſſe, ne, quod alicubi cuniculos feciſſe ſcribunt, hic ſorices hujusmodi patriam ſuffoderent. Verba monentibus dedit Krzezomyslus; nam vix monitores receſſerant, cum animo meditans hanc frumenti inopiam ad ſe non pertinere, ærarioque ſuo nihil adferre detrimenti; perſtitit in ſententia quantus quantus immerſus cupiditati auri. Magna omnium fuit exſpectatio, fidemne datam tandem liberaturus eſſet Princeps? cumque adunco ſe ſuſpendi naſo intelligerent, multum proſtratus eſt illorum animus. Accendit autem inprimis res Horimirum, virum ſtrenuum patriæque ſalutis perſtudioſum, (is tum Neumietelii (b) Przibramum inter & Beraunam ſub Auſſynenſibus jugis (c) ſedem habebat) hujus eo vergebant indefeſſa ſtudia, ut præ auri exquiſitione agrorum cultus ſpectaretur, illique montium rimatores etiam cum indignatione Principis ac moleſtia pellerentur.

Krzevomyſli totus in fodinis animus.

ANNUS JESU CHRISTI 846.

SERGII II. PAPÆ 3. LOTHARII IMPER. 7. KRZEZOMYSLI 15.

Annal. Francofuld. ad h. a. (a) Annis quatuor poſterius Annales Francofuldenſes, aliique Francici magnam frugum inopiam, & exortam inde famem non modo per univerſas Gallias, ſed & Germaniam teſtantur; quæ

Digitized by Google

quæ tam enormis fuisse scribitur, ut etiam per vicinam Turingiam homines inopia contabescerent, & parentes de trucidandis, manducandisque liberis consilium atrox inirent.

(*b*) *Neumietel*, quasi arcem ignoratam dicas, verosimillime sic dicta, quod tum longe ab hominum aspectu in silvis reposita esset. Supereſt hodie vicus templo insignis in regione Beraunensi Przibramum inter & Beraunam non longe Hostomitzio remotus.

(*c*) Nomen hoc ex ea antiquitate non esse prodit dyphthongus *au*, ita ut *Ussyni* appellatum oporteat, si hanc ætatem sapere libeat dicere, de eo monte nuspiam seu in vetustioribus, seu recentioribus memoria. Ceterum cum annus hic rebus majoris momenti rursum Hayecio sterilis est, fœcundior is est apud exteros.

PRÆTERMISSA.

Tot Ducum Bohemiæ superiore anno ad Christi castra transeuntium a ritu pagano defectionem non modici tumultus in gente nostra, ac cumprimis Moravia consecuti sunt; timentes enim procul dubio Bohemi Moravique hae religionis mutatione libertati suæ derogatum iri, & Ludovicum amplius quid juris in neophytis Ducibus quæsiturum, ad prævertendum periculum arma expedierunt, atque ut vult Fabricius cum Hunnis, imo ut contendit Goldastus, etiam cum Polonis fœdus pepigerunt. Quare, ut loquuntur Annales Francofuldenses: *Ludovicus circa medium mensem Augustum cum exercitu ad Slavos Margenses* (Marhanenses) *defectionem molientes profectus est. Ubi ordinatis, & juxta libitum suum compositis rebus Ducem eis constituit Rastiecn nepotem Moymari. Inde per Boemanos cum magna difficultate, & grandi damno exercitus sui reversus est.* Chronicon Quedlinburgense, Herveldense, Schafnaburgensis, Annales Hildesheimenses item Chronicon Monasterii Mellicensis apud Hieronymum Pez ajunt hoc anno Pannoniam (quam pro Moravia accipiunt) a Ludovico subactam, & Bohemos in reditu vastatos. E quibus liquet, in Moraviam hoc anno Ludovicum majus quoddam jus quam tributum annuum acquisivisse. Et procul dubio huc spectant verba Pontificum Bavariæ in querela sua demum sæculo sequente ad Joannem Papam porrecta, ubi ajunt: *Ab exordio Christianitatis eorum* (scilicet Moravorum) - - - *etiam & nostri Comites, illi terræ confines placita sæcularia illic continuaverunt, & quæ corrigenda sunt, correxerunt, tributa tulerunt, & nulli eis restiterunt: usque dum &c.*

Fabric. rer. memorab. Sax. l. 1. Goldast. de Reg. Boh. l. 2. c. 2. §. 14. Annal. Francofuld. ad h. a.

Ad h. a.

Hier. Pez. Script. Austr. T. I.

Gevold. in addit. Hundii Goldast. in Append. docum.

Digitized by Google

Sed partium ſuarum ſtudio præteriere, aut breviſſimis verbis narravere Francici Scriptores hoc anno poſt devictos Moravos acceptam a Bohemis cladem & ingentia ſui exercitus damna, quæ omnium luculentiſſime expreſſere Annales Bertiniani, dum ajunt: *Hludovicus Rex Germanorum adverſus Slavos profectus tam inteſtino ſuorum conflictu, quam hoſtium victoria conterritus, reverſus eſt.* Utinam tum gentis noſtræ fuiſſet Scriptor quiſpiam, prælium hoc triumphumque quam copioſe, tam glorioſe enarratum hodie legeremus, & Ludovici copias pene attritas; ſed rem ex exteris, quaſi per nebulam, cognoſcere eſt, dum ii Φιλαυτία correpti ſua extollunt, aliena deprimunt, aut penitus conticent. Jordanus ad hunc locum Annalium Bertinianorum argumentatur hoc anno a Ludovico duplicem expeditionem ſuſceptam in Moravos, alteram cecidiſſe feliciſſime ipſi, eamque primam fuiſſe; alteram infortunatiſſime, de qua ſoli loquantur Annales Bertiniani. At unam eandemque expeditionem fuiſſe liquet ex Annalibus Francofuldenſibus ceterisque, cujus quidem initia fuere proſperrima devictis Moravis, inſtitutoque iſthic Duce Raſtice; at mox fortuna vela vertente caro Francis ſteterunt. Cum enim illi per Bohemiam vaſtando decurrentes reditum parant, *magna difficultate & grandi damno*, ut loquuntur Annales Fuldenſes, ſeu *hoſtium victoria conterriti*, ut habent Bertiniani, revertuntur. Hinc etiam Balbinus noſter: *Apparet inſignem cladem a Bohemis noſtris accepiſſe Ludovicum, ac proinde Bohemiam Francico ſanguine irrigatam.* Id minus adhuc fuſtineri poteſt, quod idem Jordanus ariolatur: abſque ſcitu Principis Wiſſehradenſis per tumultuarie collectam optimatum manum exercitum Ludovici hoc paſſum eſſe damnum. Nam qui ſuffecerit hæc quorundam optimatum manus ad tam amplum concidendum exercitum? ex vaſtata poſt Moravos ſuperatos Boemia, ut referunt omnes veteres, perſpicuum eſt: Boemos Moravis fœderatos fuiſſe, ac verosimillime a Ludovici acie in terras ſuas preſſos, usque dum reparatis viribus collectisque hanc ei ſtragem intulerunt.

Annal. Bertin. ad h. a apud Ekhard. l. 30. c. 39.

Jord. Orig. Slav. N. 1023. in adjecta nota.

Balb. Dec. 1. l. 3. c. 21. §. 2

Jord. Orig. Slav. c. 29. §. 46.

Bellum hoc his verbis deſcribit Peſſina, quibus autem fontibus, non habeo, quod referam. *Vere appropinquante, & omnibus, quæ ad tantum bellum neceſſaria erant, ſummo ſtudio comparatis* (Ludovicus) *Danubium trajicit: tum obviis, qui littora tutabantur, in fugam conjectis, ac poſtea nemine reſiſtente interiora regni libere cum toto exercitu ingreſſus eſt, vaſtis cladibus, & incendiis omnia complens: non fidebat viribus ſuis Rudislæus celeritate Ludovi prævenius, neque ſedi ſuæ Regiæ; ſed tutiora conſilia ſecutus in orientalem regni plagam ſeceſſit, ubi adſcitis denuo in auxilium Hungaris, adjutus quo-*

Peſſin. Mort. Morav. l. 2. c. 5

Digitized by Google

quoque a Zemovito Polonorum Duce ſpatio temporis brevi exercitum comparavit tantarum virium, ut jam Ludovico par videretur. Aperta tamen vi congredi, inque unius prælii diſcrimen totius rei ſummam conjicere non auſus, caſtris ſe ſe continuit, niſi quod ſubinde Polonorum & Hungarorum turmæ ad velitandum excurrerent. Germanis interea per Auſtralem & occiduam Regni plagam impune graſſantibus. Hunc in modum potior verni temporis, imo etiam aliqua æſtatis pars minoribus ſolum congreſſibus extracta fuit, donec tandem pacificatio ſequuta eſt, quibus conditionibus non conſtat. In qua quidem narratione permulta ſunt, quæ cum veteribus pugnant. Nam ex Annalibus Francofuldenſibus liquet bellum primo a Ludovico apparatum eſſe medio Auguſto, non veris principio, Hungarorum & Zemoviti nemo antiquiorum meminit; tum non fuit is Raſtices, contra quem Ludovicus expeditionem ſuſcepit, cum demum compoſitis & ordinatis Moraviæ rebus primum Raſticen Ducem conſtitutum iidem annales referant, certe alias dicturi *confirmatum.* Quare & illud concidit, quod alio loco idem Peſſina memorat. Raſticen hunc jam anno 842. tum exulem a Moymaro patruo ſuo præfectum Moraviæ, niſi dicamus eundem ab alio dejectum, ac hoc anno rurſum a Ludovico ſedi ſuæ reſtitutum. Nec vero id etiam aliqua authoritate fultum eſt Raſticem hunc Lidoviti filium fuiſſe, aut quod Cromerus mavult: ex Popelii Poloniæ Ducis poſteris. Tam parum ſubſiſtere poteſt, quod Jordanus memorat: Raſtici huic partem Moraviæ datam a Bryanone, qui hoc jam tempore demortuus fuerit. Nam ex Anonymo coævo conſtat Brinninam ſeu Brynnonem non modo anno 850. ſed tribus annis poſterius ſuperſtitem fuiſſe, poſtque eum Hezilonem filium in aliquas poſſeſſiones ſucceſſiſſe, ut ſuis locis referemus. An vero conſtituto hoc anno apud Moravos Raſtice, Moymarus defunctus fuerit, an ſede ſua dejectus? recte ſenſit A. R. P. Pray nullis veteribus documentis proditum eſſe.

Idem c. l. & l. 1. c. 3.

Cromerus rer. Polon. in Piaſto. Jord. Orig. Slav. N 987 Anonym. de Converſ. Bojor. & Carens.

Pray in Annal. Vet. Hun. P. 2. l. 3.

ANNUS 847.

Cum ad metallicorum aures ea pertigiſſent, quæ ſuperiore anno acrius contra fodinarum cultum diſputata ſunt Wiſſehradi, intelligerentque earum partium præcipuum fautorem eſſe Horymirum, accidit id, quod ani-

Capitales inimicitiæ foſſores inter & Horymirum.

Digitized by Google

animantibus feris peculiare eſt, quæ irritata jaculis, dum in venaticam omnem turbam ſævire ſe poſſe deſperant, eum unum petunt mordicus, quem luculentiorem inflixiſſe plagam notarunt. In Horymirum ergo collineantibus foſſorum omnium odiis, conciliabulum ſub veris principium factum eſt, conſultatumque: quam ultionem ex eo expoſcerent? quibusdam placuit inopinum opprimere ac trucidare, aliis parum videbatur hominem ſimpliciter perire, placuitque multo pane in os injecto præfocare. Diſceptatione in tempus agitata, magno numero contra eum procedendum, capiendumque eſſe optimum viſum eſt. Et ibant ſane novo mortis genere virum perditum; at conſilium Horymirum rerum magicarum non penitus ignarum minime latuit, jamque foſſores arci ſuccedere eminus vidit. Ille, ut in re maxime anguſta, cum omnia circumſpicienti præſentius auxilium nuſpiam occurreret, ad ſuum notæ pernicitatis equum *Schemik* dictum convolat; id quod ei ad extremum ſaluti fuit. Fugientem per poſticum videntes foſſores omiſſa arce in villam atque horrea impetum faciunt, acervos frugum maximam partem diripiunt, reliquam igni cremant, auditaque eſt inter flammas incendiariorum clamantium vox „Timuit Horimirus famem, patiatur famem.„ Verumtamen agreſtis hic furor non cecidit graſſatoribus impune. Reverſus poſtridie Horymirus, atque ex eò incendio, & quod adiiſſet, periculo ferox, foſſores Przibramenſes (ii nempe infeſtius præ ceteris ſævierant) poſt deliberationem modicam ſic ulciſci conſtituit. Concubia namque

Foſſores Horymiri villam deprædantur, ſuccenduntur.

no-

Digitized by Google

nocte ejusdem equi celeritate Przibramum delatus, jactis in fossorum mapalia facibus, alios voracibus flammis occupavit, obtruncavit alios, plerosque fugientes retro in ignes impulit, vindictæ postremo cædisque satur, ope malorum dæmonum, fodinarum ora atque aditus magnis molibus præstruxit. Ab eo facinore septem millia passuum eodemque equo, eademque nocte rursus retro emensus albescente vix dum cœlo, ad solita officia in Principis palatio Wissehradi stetit. Adsunt continuo fossionum præfecti, nocturnum Horymiri crimen magnis clamoribus aperiunt, incendium, factas cædes, corruptionem fodinarum non diligenter magis, quam invidiose explicant, ad ultimum, quod nihil minus quam Horymirum præsentem crederent, petunt expediri satellites, qui grassatorem vinctum ad dicendam causam adducant. Princeps hæsit primum ancipiti nonnihil similis, ut qui Horymirum Wissehradi eam noctem egisse non dubitaret, neque tamen quæstionem tam atrocem negligere vellet; vocato dein in medium reo: „ Quis, inquit, Horymi„ re te malus genius exagitavit, ut tam iniqua, mihi, meis„ que damnosissima attentares? „ Cum ille in admirationem compositus accusationum capita postularet, quæ illa essent; „ Princeps, inquit, testimonia accusatorum tam fallacia at„ que infirma sunt, ut etiam tacente me per se ipsa ruant. „ An vel speciem veri præseferunt: me unum solumque „ hesterna nocte inter Przibramum & Lazam (a) tot viros „ obtruncasse? quod alterum est, quis meas vires tantas „ reputet, ut fodinas momento quasi temporis obruant,

Horymir. simili facinore se ulciscitur.

Digitized by Google

„ ingentibusque advolutis saxis obstruant? & quod caput „ est: conspexisti me sub ipsam surgentem auroram præsen„ tem promtumque ad tua obsequia, quis a me hæc, nisi „ somnia sua narret, profecta existimet? apage insulsam fa„ bulam, nec calumniam satis dignam, quæ Principis ani„ mum exasperet. „ At Princeps, quod fodinarum jactura doleret plus æquo, Horymirum in vincula conjici, asservarique diligenter jubet, convocato simul procerum senatui gestorum seriem exponit. Hæc inter advolant fossores Przibramio multo plures sua incendia, suas cædes cum damnosis fodinarum obstructionibus flebiliter exaggerantes, Horymirumque ad supplicium exposcentes: producitur in vinculis Horymirus ad judicum subsellia, inficiatur, non secus atque prius, omnia, eadem libertate iisdemque prioribus argumentis accusatores cum stomacho maligniſſimi mendacii coarguit. Hæsit ad ea attonito similis Princeps, proceres contra in sinu gaudebant eam fodinarum pridem exoptatam stragem factam, Horymirumque tam strenue a se facinus diluere. At fossores insulso clamore Horymirum grassatorem, homicidam, incendiarium manifestum criminabantur, legis incendiariæ nuper latæ supplicio tollendum postulantes. Patres vero insontem dictitabant, minime reum, minimeque convictum sententia Principis absolvendum urgebant. Post multam velitationem Krzezomyslus jam illo dolore eversarum fodinarum præoccupatus præcipitem hanc tulit sententiam: „ Quoniam, inquit, infinita prope accusatorum mul„ titudo, interque eos plurimi testes, qui vel oculis suis „ ex-

Princeps Horymirum ad mortem addicit.

Digitized by Google

„ exurentem, trucidantemque Horymirum conſpexere, „ morte dignum pronunciamus.„ At quanquam incendium damnoſiſſimum fecit, gratiam nuper dictatæ legis ei facimus, non peribit igne; propter hominum cædes, eodem gladio, quo eas fecit, vitam ponet. Horymirus ad mortem condemnatum ſe audiens his verbis affatus eſt Principem: „ Hæc tua quidem ſententia eſt Princeps, ceterum aliter „ judicaturos Deos certus confido, & quoniam porro vive- „ re mihi non datur, hanc poſtremam a te exoro gratiam: „ liceat prius mihi, quam moriar, adhuc dilectum mihi equum „ inſcendere, equitique animi cauſa in Wiſſehradenſi area „ decurrere, poſtea in poteſtate tua ſim, facque mecum, „ quodlibet. „ Quod & Princeps haud gravate, nec ſine riſu petenti conceſſit. Mox juſſis caſtri Wiſſehradenſis januis obſerari ſedulo, poſitisque omni parte excubiis, & foſſore frequente, ne qua forte devota odiis ſuis victima imprudentibus evolaret, in loca fugæ pervia ſe conſtipante, veniam dat Princeps Horymiro fræna ephipiumque equo ſuo inſternendi, enſe ſuo ſe accingendi, poſtremamque animo ſuo oblectationem dandi. Jamque Horymirus ſtabulum, quo martialis equus ſuus conſtiterat, ingreſſus, eidem quid clanculum (ut ſtabularii poſtea referebant) in aurem inſuſurravit, inque frænatum productumque ſaltu ſe injecit jubilantis ritu. Accepto ſigno Schemikius, multum verſare ſe, incredibili pernicitate circumagere, quaquaverſum ſubſilire, excuti in altum, ibique dejici, ubi ſperares minime, prorſus nihil omittere, quod oculorum ludibrium deſideraret.

Digitized by Google

Princeps cum maxima nobilitatis parte e superioribus palatii scenicum ludum spectans, non in mediocrem raptus est admirationem. At vero ubi secundo Horymirus vociferari cœpit, atque equum urgere, ab ipsis palatii foribus, pro quibus constiterat, totam, quam longa erat, aream prodigioso saltu emensus, ad primas introitus portas puncto temporis cum sessore stetit. Horymirus ponendæ aliquando personæ tempus adesse ratus, tertio jubilum edidit, ac patrio sermone Schemikum inclamat: Wzhuru Sſemyku (id est in altum Schemike) cui patria itidem voce Schemikus respondit: Drž ſe Pane (id est firmiter here infide) (b) ac mox supra hominum capita, supraque muros castri equus evectus per præcipites fossas, & interfluentem Wltawam sessorem in ulteriore ripa inoffensum depositi. (c) Ortus undique clamor pro plausu fuit, ac priusquam post Horymirum Princeps multitudoque omnis oculos circumageret, jam trans flumen Rodotinium equo suo rapi visus est. Inde admiratione in misericordiam versa omnis coram multitudo Principem pro Horymiri vita deprecata est. Dedit hoc precibus universi populi Krzezomyslus, ut impune esset Horymiro; missique illico Neumietelium nuncii, qui eum gratiæ Principis certiorem facerent, modo quam primum adesset. Et maturavit ille calente Principis uti clementia, admissusque in palatium hero suo jam alioqui placabili confessus omnia, quæ, quibus artibus, & quam ob rem in fores attentasset. Ingessit inter hæc Princeps de ejus equo mentionem, at reponit Horymirus „ male habet ab hesterno

Schemik equus familiaris Horymiri inaudito saltu herum supplicio eripit.

Horymirus redit in gratiam Principis.

Digitized by Google

„ sterno saltu, opus est languenti medicus, ad eum procu-
„ randum domum festinare liceat. „ Et vero infelix vix dum bene Neumietelium subiit, cum luctantem cum anima Schemikum offendit. Oblatis medicamentis simpliciter negavit se vivere posse, supremumque ab lacrymante hero postulans, ut ne inhumatus volucribus canibusque discerpendus abjiceretur, sed præ foribus villæ tumularetur. (d) Quod non sine summo luctu Horymirus præstitit. (e)

Schemici interitus & sepulturæ.

ANNUS JESU CHRISTI 847.

LEONIS IV. PAPÆ 1. LOTHARII IMPER. 8. KRZEZOMYSLI 16.

(d) *Laza* verosimillime is vicus est, qui hodie Lasez nomen fert Przibramo viciniissimus. Abest unius lapidis distantia quoque alter Lasko appellatus.

(b) Dubravius hanc narrationem veluti annosam vetustatis fabulam merito ridet, clauditque illam hoc epiphonemate: *Id videlicet fabulæ defuerat, ut etiam equus cum suo Horomyro loqueretur.* At Balbinus (quem etiam noster P. Victorinus productis nonnullis exemplis magicis tuetur) hujus narrationis patrocinium his verbis magna fiducia suscipit: *Mihi illa plena dæmonum intuenti sæcula res humanas ea tempestate pro libitu versantium non tam incredibile factu videtur, majora a cacodæmone legimus perpetrata.* Ac demum rem exemplis foris petitis tuetur, quibus & illam fabulam Alberti Stadensis adjungere potuisset, qua etiam equus sessori suo locutus fingitur. At ut jam alias ex Baronio & Pagio retulimus, causæ quæquæ nonnisi maximæ fuere, quod Deus nonnunquam dæmoni ejusmodi insolita naturæ miracula patrare admiserit, quem plerumque pudore & ignominia confusum, veris contra prolatis portentis, abire fecit, scilicet ut ostenderet sibi soli præter naturæ leges ordinemque operari competere. Verum illud hic valeat, quod Brunnerus eleganter ad ejusmodi fabularum præsidium adstruit: *Damus hanc majoribus nostris*

Balb. Dec. 1. d. 3. c. 17. §. 3

Albert. Stad. ad An. 1173.

Brun. Annal. Boj. T. 2. p. 49.

Digitized by Google

ſtris ejusmodi portenta obtrudentibus veniam tanto libentius, quo ſimplicius peccant, qui fabulas, quam qui ſcelera amant.

Beczkowsky hiſt. Boh. c. 12.

(c) Beczkowsky narrat: equi iſtius pedum veſtigia mirifico hoc ſaltu Wltawæ ripis impacta bene diu oſtentui fuiſſe ex adverſo Wiſſehradii Zlichovium verſus, deſiiſſe tandem ædificata loco illo divis Apoſtolis Philippo & Jacobo æde ſacra. Imo Martinus Boregk fabulam magis auget; refert enim equum, cum poſt ſaltum hunc aqua perfunderetur refrigerareturque exclamaſſe vocem ZLYCHOW, indeque nomen loco perſtitiſſe.

Mart. Boregk in Krzezemyſle.

(d) Noſter P. Victorinus ex, neſcio quo, Mſ. hæc de funebribus hujus equi præterea ridicula refert: *Non poterat Horymirus ſplendidius efferre filium: Ploratrices delucrymantes, pulchre vocales Præficæ, Veſpillones, Sandapilarii, Daduchi, atratorum deinde bene longus ordo inſtar pompæ erant. Nec aberant inferiæ. Epitaphium quoque additum tumulo.* Id porro his ritu Romano deſcriptis exequiis deeſt, ut equus hic inter divos referretur, quod eo magis meritus videbitur, cum hæc porro ex eodem Mſ. de illo referat: *Schemik (notiſſimum poſteu multisque ſæculis celebre apud Bohemos nomen) Horymiro fuit ad incredibilem pernicitatem formatus, duratus ad vulnera, humani ſermonis intelligens, nec locutionis ipſe rudis, doctusque humana voce roganti reſpondere. Is ſeu equus fuit incantationibus paſtus, ſeu Deorum quiſpiam ſuperorum inferorumve.*

(e) Hayecio injuriam faciunt, qui eum hujus fabulæ architectum criminantur. Communicatus eſt mihi typus Wiſſehradii rudi calamo exaratus anno 1424. qualis ſcilicet ſæculo XV. ineunte, & ante eversionem ab Huſſitis admiſſam fuit; in ea imagine, quam ſuo tempore excuſam proferemus, jam Horymirus equo inſidens, interque aerem Wiſſehrado Zlichovium verſus volans comparet. Et Dubravius, qui eodem cum Hayecio tempore ſcripſit, eam profert, quanquam brevioribus verbis, & minori fide, nam addit: ſe hanc fabulam relaturum non fuiſſe, niſi aliorum ſcriptis invulgata tantam apud Bohemos fidem adepta eſſet, ut juxta adagium: *Veriora iis, quæ apud Sagram acciderunt*, continere videatur. Mſ. quod jam alias apud Illuſtris memoriæ Excellentiſſimum Epiſcopum Suffraganeum Antonium Wokaun me legiſſe innui, contendit fabulam hanc inde ortam, quod Horymirus equo forte invento de captivitate ſua Wiſſehradenſi elapſus, variis flexi-

Digitized by Google

flexibus per prærupta isthic saxa ad ripam Witawæ ad mortalium omnium admirationem incolumis pertigerit, & cum vigiliæ isthic positæ ne suspicari quidem possent, eum hac parte equo elapsum, aliis patentibus explicatisque viis & locis quæsivisse, ac cum quærerent, tum demum frustratam suam operam animadvertisse, cum eum jam in ulteriore ripa ad hodiernum *Zlychow* fugientem conspicerent. Ea tam certa visa sunt defuncto illi Excellentissimo, ut non dubitaverit ex illis Hayecium nostrum corrigere in illo opere, quod immatura morte prævento consummare non licuit. Optandum vero maxime, ut tum hoc ejus Mſ., tum alia illius collectanea rarissima quæque, & pervetusta in manus aliquando ejusmodi incidant, quæ exinde fructum eum, quem is vivens præmeditatus est, patriæ nostræ propinent.

PRÆTERMISSA.

Hunc annum tranquillum a bellis fuisse memorant Annales Francofuldenses. Contra Ekhardus ex Annalibus Bertinianis refert: Hludovici exercitum adversus Sclavos prospere dimicasse, ita ut, quod ante annum amiserat, reciperet. Sed cum Annales Francofuldenses aliique Francici id ad sequentem annum referant, recte animadvertit jam Jordanus hanc Annalium Bertinianorum historiam uno anno posterius collocandam esse. Ex hac vero armorum Ludovici suspensione & Bohemorum sequentis anni molimini bus minisque irruptionis in terras Bavariæ confirmatur: Ludovicum superiore anno non levem stragem a Bohemis accepisse.

Annal. Francofuld. ad h. a. Ekhard. l. 30. c. 51.

Jord. Orig. Slav. c. 29. §. 46.

Hosmannus fabulator ille, & ex eo Goldastus ad hunc annum nescio quam divisionem a Ludovico Imperatore factam comminiscuntur, qua Lothario contra omnium veterum mentem Austria, Hungaria, Moravia, & Lusatia tradita sit. At Ludovicum Imp. jam 7. annis præmortuum constat, & de divisione terrarum inter filios Ludovici facta jam superioribus annis egimus.

Hosman. in Pompa ingres. in sup. Lusas. in præfat. Gold. de Reg. Bob. l. 2 c. 13. §. 3.

ANNUS 848.

Tam celebres Horymiri præstigias excepit confestim hoc anno divinatrix mulierum turba. Anus hæ fanaticæ turmatim Bohemiam pervagatæ detegendo quid

Digitized by Google

quidquid uſpiam infidum inſidioſumque foret, diffidentia, mutuisque timoribus homines implevere. Fiebat inde, ut cordatus omnis neceſſe haberet arcanum intra præcordia concoquere, cum quod in aurem hodie dixiſſet, cras eſſet mulierum cantio, & fabula. Inſani iſtius ac deliri gregis princeps, ductrixque erat Doyka (a) anus divina, mater cujusdam Trosli de pago Koſſirz, (b) futuri eventus ad miraculum ſciens, doctaque præcinere non modo quæ ante pedes eſſent, ſed quæ mille etiam annis poſt venire debuiſſent. Multus proinde ſemper circum illam notarius eſſe cum ſtylo, (c) pendens ab ore aniculæ, quæque ceciniſſet, poſterorum uſui tabulis conſignare.

Doyka commemorabilis Pythia.

Nebihoſtus moritur.

Idem annus Krzezomysli ſpes infigniter fefellit. Nebihoſtum Principis filium adoleſcentem belliſſimum, quem hoſpitem tantummodo terris oſtenderant boni ſuperi, per eosdem dies ad ſe evocarunt. Obiit Bohemicus hic Adonis ipſo ætatis flore annorum videlicet ſex. Ejus morte nemini erat dubium, quin Bohemicæ pulchritudinis exemplar interiiſſet; itaque non tam filio Principis, quam emortuæ venuſtati acerbiſſimo omnium luctu parentatum. Appoſitus in Hrobka prope avum Wogenum, multosque dies ſuper tumulo ejus ignes aliti.

ANNUS JESU CHRISTI 848.

LEONIS IV. PAPÆ 2. LOTHARII IMPER. 9. KRZEZOMYSLI 17.

(a) *Doyka* majoribus noſtris ubera ſignificabat, inde, quia matrix ubera infantibus porrigeret, *Doyka* appellata, quas ſignifica-

ficationes hodiedum Dalmatæ retinent. Per ea plane tempora mulierem fatidicam nomine *Thiotam* gente Alemannicam referunt Annales Francofuldenſes, *quæ*, ut illi loquuntur: *Moguntiacum veniens Salamonis Epiſcopi parochiam ſuis vaticiniis non minime turbaverat. Nam certum conſummationis ſæculi diem, aliaque perplura Dei ſolius notitiæ cognita, quaſi divinitus ſibi revelata ſcire ſe fatebatur, & eodem anno ultimum diem mundo imminere prædicabat. Unde multi plebei utriusque ſexus timore perculſi ad eam venientes, munera illi ferebant, ſeque orationibus illius commendabant, & quod gravius eſt, ſacri ordinis viri doctrinas Eccleſiaſticas poſtponentes illam quaſi magiſtram cœlitus deſtinatam ſequebantur.* Narrant ulterius iidem annales tandem fraudibus detectis eam ſynodali judicio Epiſcoporum publicis cæſam flagellis. Cujus narrationis priora capita fere iis reſpondent, quæ narrat Hayecius, ut non levis ſuſpicio ſuboriri poſſit, eum, e quo hæc deſcripſit Hayecius, iſta ex Annalibus Francicis hauſiſſe, & mutatis paululum rebus nomineque hiſtoriæ noſtræ accommodaſſe; niſi malimus dicere *Thiotam* hanc olim veterum Teutonicis carminibus celebratiſſimam etiam a Neophyta Boemorum gente rhythmis fuiſſe Slavicis vulgatam.

Lederchor Vocab. ſeptil. Annal. Francofuld. ad ann. 847.

(*b*) Vicus is hodie ſupereſt non longe Praga remotus paulum ultra Album montem ſic dictum, olim a præſtigiis decantatus.

(*c*) Si Gens noſtra hoc anno tot abundavit notariis, nemone eorum inventus, qui præ his quisquiliis graviſſimum cum Ludovico Bohemorum bellum ſtylo adnotaſſet? de quo jam in præterniſſis.

PRÆTERMISSA.

Hoc anno rurſum expeditio contra Bohemos ſuſcepta, ſic enim Annales Francofuldenſes: Hludovicus *quaſi mediante menſe Auguſto Boemanos eruptionem molientes per Hludovicum filium ſuum miſſa adverſus eos expeditione, contrivit, legatosque pacis gratia mittere, & obſides dare coegit. Circa Cal. autem Octobris generale placitum habuit apud Moguntiacum, in quo legatos fratrum ſuorum, & Nordmannorum Sclavorumque ſuſcepit, audivit, & abſolvit.* Huldericus Mutius prælium hoc rurſum pluribus deſcribit, quibus autem fontibus, non prodidit. Quæ tamen narratio cum concinna ſit, & nihil fide majus contineat, hic proferendam cenſemus: *Cum Germani & Sclavi in æquo planoque campo caſtra muniviſſent, neutrique haberent vel aquam, vel quod ederent, neceſſario factum eſt, ut aquatum, frumen-*

Annal. Francofuld. ad h. a.

Huldr. Mut. in Gervas. l. II. apud Piſtor.

Digitized by Google

mentatum, & pabulatum irent in eadem loca. Erat autem in vicinia nihil horum, quare quotidie equites, & pedites ex utroque exercitu peribant. Germani quanquam fere semper superiores redibant cum spoliis, tamen non sine jactura multorum vincebant, sape etiam vincebantur; neque enim fieri potuit in tam frequentibus præliis, ut non aliquando victi discederent. Ob quotidianas igitur cædes commotus Ludovicus educit suos e castris, hostem ad prælium justum provocans. Sed hostes attenuati quotidianis illis pugnis in frumentationibus & equationibus, in castris perseveranter se continent. Ludovicus causam detrectandi prælium intelligit, deliberat ergo, velitne ita producere bellum, & paulatim hostem consumere, an castra, quæ altis, latisque fossis erant circumdata, oppugnare? utrumque non sine suorum sanguine copioso fieri videt. Ecce nunciatur hosti auxilia venire, quæ res salutaris, & præcipitis consilii occasionem dedit. Videns enim paucitatem, quæ reliqua erat ex tot pugnis, in castris hostium, dividit suum exercitum in quatuor partes, quatuorque locis circum castra hostium singulas jubet singula munire castra. Quibus factis, fossis conjungit quatuor illa castra, ut hostis sine difficultate e castris egredi non posset, nec se advenientibus suis conjungere, itaque munit vallis & fossis Ludovicus, ut a paucis defendi possent. Ita inclusus hostis nullam habet spem reliquum, quam adventura auxilia, qui aperiant eis viam. Carent aqua, carent cibo, pabulo & ligno hostes. Germani omnia necessaria nullo impediente e longinquo convehunt, ut in mensem sufficiant: si forte hostis veniat numerosior, propter quem non liceat egredi, ut habeant satis, donec illi vel ad deditionem compellantur, qui erant inclusi, nam sciebant ultra octo dies inediam ferre non posse, vel in certam cogantur erumpere mortem sine discrimine propter Germanorum munitiones. Hostes ergo cum exspectata auxilia tardius venirent, neque enim nunciarant suis tantopere salvatore opus esse, postera luce mane supplices extendunt brachia abjectis armis, petunt vitam sibi donari, quidlibet facturos, quod imperetur, pollicentur. Ludovicus conditionibus omnibus, quæ sibi placerent, præscriptis, Sclavisque jurare coactis, inermes dimisit. Hactenus Huldericus Mutius, in eo porro nimius, quod vel vitam sibi donari gentem nostram postulasse, inermemque dimissam scribat. Nam Annales Francofuldenses tantum ajunt, quod eam coegerit: *Legatos pacis gratia mittere; & obsides dare.* Et certe mox consequentium annorum Bohemorum motus clare innuunt non tantum attritos fuisse. Ceterum cum Annales Bertiniani dicant Ludovicum hoc bello recuperasse, quod superioribus annis amiserat, palam est; bellorum horum nullam fuisse causam aliam, quam quod Bohemi Ludovico, utpote non amplius Imperatori, tributum annuum solvere detrectarint, verosimillime obtendentes se se pactum istud

Apud Ekhard. l. 30. c. 51.

Digitized by Google

istud cum Imperatoribus, non item Regibus Bojoariæ, quo nomine Ludovicum habuerant, iniisse. Et quanquam legationes pacis causa hoc anno missæ, obsides item dati, tamen hos pacificationis tractatus seu non plene absolutos fuisse, seu paulo post infractos ex anno consequente palam fiet.

In hoc porro hallucinati quique Scriptores Moravici, cum hoc tempore Brynnonem e castris & fœdere Bohemorum seu Moravorum stetisse scribunt. Nam eum Ludovici partes tuitum plusquam certum est ex Anonymo coævo. Circa hæc tempora enim is memorat: *Pervenit ergo ad notitiam Ludovici piissimi Regis, quod Privinna benevolus fuit ērga Dei servitium, & suum, fidelibus quibusdam suis sæpius admonentibus, concessit illi in proprium totum, quod prius habuit in beneficium, exceptis illis rebus, quæ ad Episcopatum Juvavensis Ecclesiæ pertinere videntur.* Quare hoc eodem anno, ut præcaveretur omnibus litibus Privinnam inter & Archi-Episcopum Salisburgensem memorat idem author conscriptas esse omnes utriusque possessiones, confectumque hac de re testibus roboratum diploma *in Regenpurch. anno DCCCXLVIII. Ind. XI. sub die IV. Id. Octob.* Atque hæc ipsa verosimillime partium Ludovicianarum studia odium Moravorum in Brynnonem exasperaverunt, cum idem author postea a Moravis interfectum tradat.

Anonym. de Convers. Bojoar. & Carent.

ANNUS 849.

Annus octingentesimus undequinquagesimus nonnihil turbarum habuit. (a) Erat dudum recepta Pragæ lex dura satis, qua ædificatæ domus conditoris erant, quoad vixisset, eo e vivis abeunte Principi cum fundis ad eas spectantibus cedebant, ejusque arbitratu aut locabantur aliis, aut præsenti ære vendebantur, (b) possessoris heredibus, siquidem Pragam incolere vellent, ædes alias fabricare coactis. Fuit hoc quidem cum augendæ Principum potentiæ, tum vero amplificandæ urbis inventum præ-

Pragæ turbæ ob domos & fundos temporarios.

Digitized by Google

sentissimam, ceterum quotidianarum inter cives litium patratus fomes; quibus præsente anno solito acrius effervescentibus Krzezomyslus ubi intellexit: quoad ea lex obtineret, quietem Pragæ nullam fore, ut erat animo regio, vocato in forum omni populo causaque cum procerum senatu agitata pauca quædam de communi tranquillitate præfatus, cedere se dein jure suo dixit, legemque illam tam sibi plausibilem civium gratia antiquare: haberent sibi suas quisque domos, haberent fundos jure quæsitos, eosque, ut vellent, ad heredes transcriberent, aut etiam pignoribus, venditione quove alio contractu pro arbitrio abalienarent, modo argenteus numus de ædibus dare solitus ærario Principis integer salvusque permaneret. Tanta civium lætitia hæc nova Principis accepta constitutio, quantam ipsa vix urbs, nedum forum caperet. Ægre repressa gratiam habentium turba. Princeps, quo testatior posteris sua foret cessio, eam legis abrogationem per notarios consignari fecit, civibusque tradi, ut præsentia quasi arma haberent, quibus libertatem hanc tutarentur, si se sublato seu filii, seu quique alii successores Duces juri huic quid detrahere attentarent. Wissehradum redux Krzezomyslus, ne quid ad civium fiduciam confirmandam prætermississe videretur, ejusdem abrogatæ legis exemplum quernis tabulis mandari, sacratiorisque archivi custodibus tradi præcepit, ut gratia, quam impendit civibus, omni posteritati stirpis ducatusque sui æternum testata esset.

Krzezomyslus antiquat legem de temporariis fundis & domibus.

AN-

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 849.

LEONIS IV. PAPÆ 3. LOTHARII IMPER. 10. KRZEZOMYSLI 18.

(a) Cum has exiguas turbas, & civium diſſidia ad hunc annum Hayecius commemorat, rurſum maximum bellum, & glorioſiſſimam genti noſtræ victoriam cum Ludovico Germaniæ Rege præteriit, de quibus in prætermiſſis.

(b) Lex hæc quanquam dura, ſumma tamen æquitate nixa fuit. Nam retulimus ad annum 767. ex eodem Hayecio Nezamyslum Ducem non modo ſuo ſumtu ſilvas excidiſſe, præparaſſeque loca, ſed & domos exſtruxiſſe, quo pacto æquiſſimo jure e vivis abeunte poſſeſſore fundi domusve in beneficium conceſſa, ad dominum recidere. Legemus plane ſimilia adhuc ſæculo XIV. ſub Carolo IV. qui cum novam urbem ædificaret, non modo loca iſthic pretio redemit, ſed etiam domos ære ſuo condidit ad exſtimulandam civium induſtriam, ac poſtea ſimillimis plane conditionibus egentioribus civibus, atque ſub annuo canone habitandas dedit. Ceterum perdurat hodiedum ejusmodi legis vigor paſſim in colonis noſtris, qui pro arbitrio Domini ſui non ſolum poſt mortem, ſed & vivi, ſi ſeu minus induſtrii ſint, ſeu alio crimine notati, fundis domibusque ſuis exigi poſſunt; certe eo quoque juris titulo, quod fundi dominorum ſint, gazæque dominorum ære excitatæ. *Hayec. ad An. 767.*

PRÆTERMISSA.

Recruduit hoc anno rurſum bellum Bohemicum, majorique felicitate quam ſuperius geſtum: brevibus rem expediunt Annales Bertiniani: *Hludovicus Rex Germanorum agrotans exercitum ſuum in Sclavos dirigit. Qui turpiter profligatus, quid diſpendii ſibi abſentia Ducis intulerit, cadendo, fugiendoque expertus eſt.* Copioſius rem narrant Annales Pithœani, & Francofuldenſes his verbis: *Boemani more ſolito fidem mentientes contra Francos rebellare moliuntur; ad quorum perfidos motus comprimendos Herimannus Dux partium illarum, & inter amicos Regis primus, Comitesque non pauci, atque Abbates cum exercitu copioſo mittuntur. Barbari vero pro pace & ſecuritate ſua obſides ſe daturos, & imperata facturos per legatos ad* *Annal. Bertin. ad h. a.* *Annal. Pithoeam. & Francofuld. ad h. a.*

Digitized by Google

Thaculfum directos promittunt, cui præ ceteris credebant, quasi scienti leges & consuetudines Slavicæ gentis. Erat quippe Dux Sorabici limitis. Sed in illa expeditione jam tunc graviter vulneratus. Nam pridie cum exercitus vallum hostium vi magna inrumperet, & resistentibus adversariis ex utraque parte multi sine discretione sauciarentur, ipse in sinistro genu sagitta percussus est. Cum legatis vero, qui missi fuerant, quo minus ab eis debilitas ejus deprehenderetur, equo sedens simulata sanitate locutus est: cumque quibusdam ex primatibus (Francorum) *per missos suos legatorum verba nunciasset, indignati sint aliqui eorum adversus eum, quasi ceteris præferri cupiens summam rerum gerendarum in se vellet inclinare, & citato impetu inconsultis ceteris bellum hostibus* (Bohemis) *paci studentibus intulerunt, statimque experti sunt, quid sine timore Dei propria discordium possit virtus & audacia. Hostes enim effecti superiores, cædendo persequuti sunt eos usque in castra, occisorumque spolia in conspectu eorum securi detrahentes, tantis eos terroribus affecerunt, ut evadendi spe penitus privarentur. Unde coacti obsides dabant eis, a quibus suscipere dedignati sunt, ut inlæsi ab hostibus, & via tantum publica pergentes in patriam reverti potuissent. Et ut major confusio superbientibus, & de sua virtute præsumentibus fieret, contigit eodem anno post non multi temporis spatium in villa Hobstedi, quæ in territorio Moguntiaco, spiritum nequam per os cujusdam arreptitii, protestari, bello se Boemanico præfuisse, sociosque suos spiritum superbiæ atque discordiæ fuisse, quorum dolosis machinationibus Franci Boemanis terga vertissent.* Hactenus Annales Francofuldenses, quorum authori sive is Rodulfus Monachus fuerit, seu quisquis alius, magna habenda gratia, qui pro gentis nostræ gloria præter morem tam copiose historiam hanc prosequutus est, ut hac unica narratione hujus anni memorias absolverit. Sed jam par est allata nonnihil more solito illustrare.

Sigebertus Gemblacensis. Baronius, Pagius ad An. 850.

Et I. quidem: Sigebertus Gemblacensis, Baronius Pagiusque hanc exercitus Ludoviciani a Boemis acceptam cladem ad annum sequentem rejiciunt; sed Annalium Pithœanorum Francofuldensiumque authoritas merito præponderare debet, eam ad hunc annum reponentium.

Annal. Francofuld. ad An. 848.

II. Quæ causa Bohemos rursum ad comprehendenda arma, postquam anno superiore legatos pacis gratia misere, & obsides dedere, compulerit, nuspiam proditum est. Verosimillime Franci superioris anni rebus prosperis elati præter annuum censum aliud etiam jugum genti nostræ imponere attentarunt. Aut certe illud est, quod alio lo-

co

Digitized by Google

eo refert noſter P. Victorinus ex aliorum Bohemiæ Scriptorum mente, ſcilicet: cum Bohemi viderent gentem poſt gentem a Francis imperio ſuo ſubdi, eos ſapienter proſpexiſſe cum fœderatis ſuis periculo, ne imparati opprimerentur. Itaque annis ſingulis exercitum apparaſſe, in armis exercuiſſe, produxiſſe in limites, vallis muniiſſe, quod affinis Francorum populus ad pacis amicitiæque violationem ſpectare credidit, & cum expeditis Boemorum armis minus fideret, nec illi a ſemel cœpta laudabili conſuetudine recedere vellent, non ſemel Francos hoſtili vi (quanquam plerumque non impune) irrupiſſe in Bohemiam, eamque potiſſimam cauſam eſſe, quod paſſim Bohemorum bella in ipſa Bohemia, raro extra eam primis ſæculis geſta legantur. Ceterum minus credibile eſt, ut hoc tantum bellum ſolus Wratislaus Zatecenſis Princeps ſuſtinuerit, quemadmodum ſentit Peſſina, ſeu ut id nonniſi ad populos Boemiæ Auſtrialioris partis, ut loquitur Jordanus, pertinuerit; quis enim credat hos pares fuiſſe tam numeroſo retundendo exercitui Ludovici, in quo tot Comites, Abbatesque cum copioſa militum manu adfuiſſe ſupra ex Annalibus Fuldenſibus legimus.

Peſſina l. 2. c. 5. in Mart. Morav. Jord. Orig. Slav. c. 29. §. 46.

III. *Thacholfus*, qui in Annalibus Fuldenſibus *Dux Sorabici limitis* vocatur, fuit gente Bohemus. Id nobis prodit diploma Henrici II. Imp. datum anno 1012. inquo hæc leguntur: *Una cum provincia Sarove dicta, & quadam villa ſita in Thuringia Holzhus nuncupata, quæ eis quidam Comes de Boemia nomine Thacolf in teſtamento contulit.* Quare Annales Francofuldenſes dicunt: Bohemos eidem Thacolfo præ ceteris credidiſſe, quod ſciret leges & conſuetudines Slavicæ gentis, ſcilicet conſuetudinarias illas leges Przemysli & Libuſſæ, ut opinatur Goldaſtus. Cum autem Thacolfum iſtum Chriſtianum fuiſſe conſtet, veroſimillime is unus ex illis XIV. Ducibus fuit, quos a Ludovico annos abhinc quinque baptizatos retulimus; quique ſeu a Czechis paganis in exilium actus, ſeu ſponte ad caſtra Francorum tranſiens ibidem ſtipendia meruit, Duxque Sorabici limitis a Ludovico conſtitutus eſt, qui jam *Dux*, jam *Comes* vocatur; Dux quidem quia Comes Sorabici limitis ſimul Turingiæ plerumque Ducatui præeſſe ſolebat, ſic enim diploma laudatum de ſucceſſore Thacolfi loquens ait: *Eo tempore Radolfus Comes ex commiſſione Ludovici Regis Ducatum Thuringiæ obtinuit*, & in Popone Annales Francofuldenſes utrumque titulum conjungunt. *Popponem Comitem & Ducem Sorabici limitis.* Ex quo refellitur Spangenbergius, Sagittarius, & Carpzovius, qui eum Burggravium Sorbecenſem ſub Co-

Apud D. Schañat. Corp. Trad. Fuld. n. 593. p. 243.

Goldaſt. de Reg. Boh. l. 4. c. 15. §. 4.

Annal. Francofuld. ad An. 880. Spangenberg. Chron. c. 100. p. 138.

Digitized by Google

Sagittar. in antiquit. Thur. l. 4. c. 19. §. 6. & c. 20. §. 2 Carpzov. Lauſnitzer Ehren-Tempel c. 3. §. 2. Hahn. Reichshiſtorie P. 1. c. 7. §. 2.

Comite Vettinæ fuiſſe ſcripſerunt; & poſterior, qui inter Thaculfum & Radulfum quatuor Sorabici limitis Duces interpoſuit ſcilicet Ziſciberum, Vernerum, Ludovicum & alterum Dachulfum; rectius Hahnius nonniſi unum Tachulfum fecit.

IV. Legimus in his Annalibus Francofuldenſibus datos obſides a Francis genti noſtræ, ut poſtquam *ſpe penitus evadendi privati erant, via tantum publica pergentes in patriam reverti poſſent.* Nec dubium ante obſides datos etiam juramenta a Francis exacta, quod in ejusmodi caſibus Slavis conſuetum fuiſſe produnt Scriptores Græci. Porro cum Slavi ethnici juramentis Chriſtianorum nullam prorſus fidem tribuerent, & ipſi peculiares jurandi paganos ritus haberent, non raro victos Chriſtianos compulerunt ad juramenta ceremonia ſua ethnica præſtanda. Sic legimus plane Leonem Armenum Orientis Imperatorem, qui circa annum 818. pacem cum Bulgaris fecit, ſepoſitis ſacramentis Chriſtianorum hanc ſuperſtitioſam ceremoniam more Slavorum præſtitiſſe; ob quod Conſtantinus Porphyrogenitus & Ignatius Diaconus graviſſimis verbis in eum invehuntur. Porro, ut mox laudati duo Græci authores referunt, ritus juramenti Slavici iſte fuit: adhibebantur canes, quibus immolabatur, potata eſt aqua e calice, ac reliquum in terram effuſum, tum verſatæ equorum clitellæ manibus, dein terna lora tacta, fœnumque in altum ſublatum. Atque ita utraque pars ſe ſe hac ceremonia devovit. Ejusmodi vero ritum etiam fuiſſe ſimillimum Hunnis, Slavorum paſſim fœderatis, ex querela Epiſcoporum Bavariæ ad Joannem Pontificem ſummum porrecta haurimus; hic enim ſe iidem Epiſcopi de ejusmodi ritus criminatione coram Papa purgant: *Quod nos præfati Slavi criminantur: cum Ungaris fidem Catholicam violaſſe, & per canem, ſeu lupum, aliasque nefandiſſimas & ethnicas res ſacramenta & pacem egiſſe &c.* Alium præterea Slavorum ritum in paciſcendo conditiones pacis prodit Ditmarus, dum ait: *Pacem abraſo crine ſupremo, & cum gramine datis affirmant dextris.* Slavis dein ad Chriſtiana ſacra traductis, ceſſavere quidem potiſſimam partem ejusmodi pagani ritus, at perſtitere tamen hujus nonnullæ reliquiæ. Sæculo enim adhuc XIII. *hauſtum aquæ* ad firmitatem contractuum inter ceremonias Slavicas adhibitum docet nos diploma Henrici Barbati Sileſiæ Ducis datum anno 1208. monaſterio Trebnicenſi. Ceterum nullum dubium eſt hac Boëmorum luculenta victoria rurſum Francos excidiſſe prætenſione illa annui tributi, quod veroſimillime annis conſequentibus novis præliis cauſam præbuit.

Porphyrog. in Chronogra. c. 1. n. 20. Ign. in vita S. Nicephori Patriarchæ Conſtantin.

Gevold. in addit. Hundii Goldaſt. in Append. Docum.

Ditmar. Reſtit. l. 6. p. 382.

Apud Sommersb. Script. Sileſ. T. I. p. 819.

V.

Digitized by Google

V. Balbinus malignitatem calumniasque Goldasti in gentem Bohemam intemperanter profusas impugnans, merito queritur: hanc insignem Bohemorum a Francis obtentam victoriam perdite, maligneque a Goldasto fuisse prætermissam, postquam scilicet laudabili diligentia Bohemorum cum Francis regibus bella collegit. Qua in re profecto eum minus egregii historici officium præstitisse nemo non arbitrabitur, cum gentis odium plusquam veritas apud eum potuerit. Nam non prætermisit is ex hoc ipso Annalium Francofuldensium loco *infidelitatis*, *rebellionisque* gentem nostram condemnare, cum tamen narrata Francorum in Bohemiam irruptione, factaque a Boemis obsidum oblatione locum Annalium Fuldensium truncaverit, victoriamque a Boemis reportatam subdole conticuerit. Tam luculenter etiam falsus est Goldastus, cum ex his vocibus *rebellare & rebellis* Annalium Francofuldensium aliorumque vetustorum scriptorum subjectionem Boemorum erga Francos arguere, & certo convincere conatus est. Nam medio ævo hæ voces: *rebellare* pro bellare, & *rebellis* pro hoste quocunque promiscue acceptæ sunt, ut pluribus documentis allatis ostendit Dufresne. Sic (ut vel aliqua proferamus) Anonymus vetustus: *In illis quoque diebus Saxones nimium rebelles cum Berthoaldo Duce commoverunt exercitum.* Et Gregorius Turonensis: *Eo anno rebellantibus Saxonibus Chlotarius Rex contra eos exercitu &c.* Rursus: *Clotharius audivit a suis iterata insania efferveſcere Saxones, ſibique esse rebelles.* Cum tamen inter omnes historicos constet Saxones tum adhuc non fuisse subjectos Francis. Quando igitur in vetustis leguntur Boemi *rebelles*, hostes fuisse censendum est, & cum *rebellarunt*, bellarunt, seu bellum contra Francos instruxerunt. Aut certe eo summum nomine rebellasse judicari possunt, seu quod urgentibus nonnunquam causis ab amicitia & pactis Francorum recesserint, seu stipulatum illud annuum tributum pendere non præter æquas rationes tergiversati sint, quemadmodum cum Ludovico hoc Germaniæ Rege accidit, quem nec Imperatorem, nec Francorum Regem, cum quibus ante hoc pactum inierant, agnoscebant. Et quanquam præterea Annales Francofuldenses allato loco Boemos *perfidam gentem* vocent, tamen id author eorum dolore aliquo magis cladis acceptæ, & tam ignominiose habitorum popularium suorum causa scripsisse videtur. Imo hic proprius est, & quasi communis historicorum error, ut cum de gentium aliarum hostiumque rebus loquuntur, passim illius fidem in dubium vocent detrudantque. Regino certe ait fidelitatem promissam inviolato fœdere a Boemis servatam.

Balb. Dec. 1. l. 3. c. 22.

Goldast. de Regno Bob. l. 2. c. 2. §. 17.

Dufresne in Glossario Voc. Rebellare & Rebellis. Anonym. de gestis Dagobert. Regis Franc. Gregor. Turon. l. 4 c. 10. hist. & c. 4.

Regino ad An. 890.

Digitized by Google

Quod ad vocem *barbari* attinet, qua iidem Annales nos compellant, ea significationem eodem medio ævo non tam absonam habuit, ut hodie, passimque pro ethnicis accepta fuit. Quin jam multis sæculis ante latinis Græcisque Scriptoribus usitatum fuit, ut eas appellarent gentes *barbaras*, quæ seu de eorum republica & civitate, seu certe fœderatis non erant. Sic Græci felicibus illis sæculis etiam Romanos plerumque nomine *barbarorum* impertiti sunt; rursum cum Romani Græcis superiores evaderent, eosdem uti & Germanos omnes Gallosque hoc nomine expresserunt. Quare uti Glafeys argumentatur: si Boemorum paganorum mores considerentur, illi vix alii fuere ab iis, quos universim Tacitus de Germanis refert, in eoque aliqua reponenda differentia, quod Franci prius ad majorem civilitatem exculti fuerint, primum ob susceptam multo ante Christianam fidem, tum ob aulas Imperatorum, tum maxime ob Episcopatuum cœnobiorumque frequentiam, quibus mediis mutua illa latrocinia & exspoliationes antiquata sunt, quæ Slavis adhuc usitata perstiterunt. Quanquam fortassis Bohemi de violentia latrociniisque in terris suis factis plus queri possint, quam quisquam vicinus populus, quibuscum Germani non semel tam dire crudeliterque processere, ut mirum non fuisset, si paria paribus retulissent. Quid de Rastice exoculato, quid de Borzivogio ab Arnulpo inique exauctorato, tot Ducibus vi deturbatis loquamur? quorum similia, si unquam in gente alia attentasset gens nostra, qua non barbariei macula in Germanorum scriptis notaretur?

Glafeys Pragmatische Geschichte c. 1.

ANNUS 850.

Zianda Rohovicensis e Wrssoveciorum stirpe supplex Principem adiit, bona ejus gratia veniam postulans validæ ædificandæ arcis, quæ, ut ille quidem obtendebat dolose, Moravorum incursionibus obex esset ac remora. Nihil facilius quam id ipsum a benevoli Principis animo, excolendæque terræ studioso impetravit; igitur acervatis operariis festinante manu super editum montem castrum

Digitized by Google

ſtrum ſublime quercinis trabibus excitari fecit, id circumduxit vallis foſſisque, atque muris e duro lapide probe munivit, tum excelſam viſuque ſpectabilem turrim ipſa inter mœnia collocavit. Abſolutam molem hanc a cognomento ſuo *Ziandow* dixit. (a) Non multos poſt dies ad Krzezomyslum rediit gratiam habitum, quod ejus beneficio tam commoda conſtruendo munimento loca nactus ſit, ſimul enarratis caſtri hujus ſingulis ſtructuris collaudatisque, Principem oravit ipſe id cum filio ſuo veniret uſurpatum oculis, quo palam eſſent ſua pro patriæ & Ducis ſalute ſtudia; atque ſi quidem Princeps hoc ſuo facto delectaretur, delaturum id Neklano tanto lubentius, quanto domicilium iſtud Principis filio, quam ſe dignius judicaret. Tertium ab eo ſermone diem adventui ſuo Krzezomyslus deſtinavit. Nuncio hoc Zianda lætus reditum accelerat, feralique parricidio clam cauteque omnia apparat; illuceſcente eo die ſimul impurus percuſſor anxie hoſpites præſtolatur, ſimul uterque feſtinata celeritate in perniciem ruunt. At enim patuit tum, quam eſſent diis curæ Principes. Egredienti jam portis cum filio paucisque comitibus obviam fit Doyka illa divinatrix anicula, adequitantem Principem ſeorſim a comitatu abducit, multumque ſermonem cum eo miſcet. Relatis anui gratiis Krzezomyslus ad ſervos converſus viam relegere, & quadraginta valentiores præfectos equis impoſitos ſecum adducere jubet curſu quam citatiſſimo. Hi nihil morati medio itinere præeuntem aſſequuntur Ducem, filiumque. Quos cum adeſſe cognovit Krzezomyslus, equo de-

Ziandow caſtrum.

Zianda inſidias detegit Doyka.

Digitized by Google

desiliens, humique assidens circumfusæ præfectorum coronæ aperit, ad quam lanienam devota Wrssovecio furori victima in Ziandow vocaretur. Monet igitur obliquo itinere in subjectum arci nemusculum clam succederent, alligatisque ibi equis adventum suum in castrum operirentur, tum secum uno irrumperent impetu, Ziandamque cum omni clientela sua in vincula conjicerent. Subeunti portas Principi, deinde Neklano, deinde Blahostæ (b) Polibradensi Dynastæ aliisque omnino decem, omnibus, nequid conjurati odorarent, inermibus præsto fuit Zianda, jamque inter exquisita salutationum officia in triclinium hospites deducebat, cum repente coorti ex saltu præfecti in arcem irruunt, vinctumque catenis Ziandam cum Wrzesolto fratre in turrim conjiciunt, reliquum famulitium intra septa castri quadrupes constrictum recludunt. Lustrata deinde per otium arce, præter arma nullum conjurationis vestigium repertum, ut adeo tegi potuerit conspiratio, si quam promtos ad conjurandum, tam obstinatos ad tacendum Zianda socios habuisset. Wrzesoltus Ziandæ frater germanus e turri protractus, quæstionique subjectus, obtorto primum collo negare omnia, mox admotis plantis pedum ardentibus tædis, cum ignium vim non ferret, mysterium conjurationemque ordine aperuit: „Con„ stitutum, ait, erat Principem super mensam adgredi; „ bibentem Zianda percussurus erat telo secundum pectus, „ ego pone assidentem Neklanum obtruncaturus, alii alios, „ ut quemque sors obtulisset, trucidaturi. Peracta cæde, „ ne quod facinoris exstaret vestigium, incenso Ziandow, „ cum

Zianda cum conjuratis capitur.

Digitized by Google

„ cum Wiſſehrado Principatum occupare decrevimus. „ Remoto indice, Zianda eodem igni tortus eadem confeſſus eſt, & ſe authorem inſidiarum non inficiatus. (c) De omnibus ſupplicium e veſtigio ſumere placuit: productus Zianda quadrifariam ſectus eſt, fruſtaque infelicia male partiti corporis e ſublimioribus furcis ſpectaculo terrorique pependere per caſtri ambitum, ceteri in turrim conſtipati, injectis mox flammis arſere cum arce nefanda. Talem exitum habuit exitioſa fratrum conjuratio, eorundemque caſtrum. *Conjuratorum ſupplicium.* *Arx exuritur.*

Iisdem funeſtis diebus Wratislaus Luzenſium Princeps Optimus ſucceſſorem relinquens filium Wlaſtislawum e vivis raptus, (d) tumulatus eſt in Libotſchan (e) magno ſui deſiderio Zatecii relicto, multoque igne per dies plures planctus. *Wratislaus Princeps Zatecenſis moritur.*

ANNUS JESU CHRISTI 850.

LEONIS IV. PAPÆ 4. LOTHARII IMPER. 11.

KRZEZOMYSLI 19.

(a) Quo arx hæc olim, ſi relata Hayecii veteri authoritate nituntur, loco ſteterit, nuſpiam proditum. Plura poſterioribus ſæculis caſtra nomine *Ziandow* cognita fuere, quæ hodie paſſim in appellationem Sandau, Schandau, & Sanda tranſierunt. Inter ea adhuc ſæculo XV. nominatiſſimum fuit *Ziandow* procerum Lipenſium, a quo ſtirpis hujus ſurculus Dn. de Ziandow ſe ſcripſit.

(b) Noſter P. Victorinus contendit: ante erectam Boleslaviam, provinciam hanc Polehradenſem appellatam, cujus rei firmamentum in veteribus necdum reperi. Supereſt vicus Polehrad hodie non longe Vetero-Boleslavia remotus.

Digitized by Google

(c) Oppido mirandum: Dalemilum, qui res ejusmodi undequaque acervavit, stragum harum Wrssovecensium ad hæc atque anteriora tempora ne mentionem quidem facere; quin neminem ante synchronos Scriptores Hayecium & Dubravium; quanquam posterior in his multo parcior Hayecio fuerit, quod etsi figmentis Hayecii ipsius tribuere nolimus, tamen præ fontibus rivos turbidos, ut supellectilem augeret historicam, prælegisse pluribus testatum est. Jam alias innuimus has Wrssoveciæ stirpis turbas ad sæcula spectare posteriora.

Balb. Dec. I l. 7. c. 10 in not. (d) Balbinus ad salvandas tot contradictiones historicorum patriorum duos Wratislaos Satecenses Principes admittendos censet, eorumque Genealogiam texit. Sed quid mirum tot contradictiones tum in Chronologia, tum historia ipsa oboriri, quandoquidem meris authoritatibus recentiorum bellum geritur, nec uspiam solidum vetustatis fundamentum profertur. Pauciſſima sunt, eaque dubia fide propinat Cosmas, quæ de Ducibus Satecensibus cognita sunt. Evenit itaque horum historiam copiosius prosequi volentibus, quod ædificiis accidere solet solida basi destitutis. Porro qui locupletius res has cognoscere voluerit, Balbini laudatum locum adeat.

(e) Locus is ad confluentem Aubach & Egræ nonnisi quarta parte lapidis remotus perstat hodie, & Perillustris Equitis Wenceslai de Schrollenberg sedes est.

PRÆTERMISSA.

Annal. Fuld. ad h. a. Ad hunc annum Annales Francofuldenses, aliique vetusti enormem famem commemorant, quæ per Gallias, Turingiam, universamque Germaniam longe lateque grassata sit; eam Chronicon Turonense etiam ad annum sequentem extendit. Retulimus jam ad annum 846. illam verosimillime tum ab Hayecio fuisse præoccupatam.

Chron. Turonens. ad An. 851.

Anonym. de Conversi. Bojoa. & Carentan. Hoc anno superfuisse adhuc Prinninam ex Anonymo coævo erudimur, secus quam sentiant Scriptores Moravici. Hoc ipso enim anno Luitpramus Archi-Episcopus ei consecravit Ecclesiam in munimento suo, quod Mosburch appellatum creditur, in honorem S. Dei Genitricis Mariæ VIII. Kalend. Febr. confectumque ea super re instrumentum, cujus testes recenset idem Anonymus, deditque Prinnina Presbyterum suum Dominicum in manus & potestatem Luitprami Archi-Episcopi. Inde cum Luitpramus rediret, cumque eo Hezil filius

Prin-

Digitized by Google

Prinninæ, rursum consecravit Ecclesiam *Sandrati*, ad quam Hezilo territorium & silvam ac prata tradidit & *circumduxit*, inquit author, *hoc ipsum termino*. Qui autem apud Slavos ad Christum traductos sub traditionibus mos fuerit in circumducendis terminis, suis locis ex diplomatibus enucleabimus.

Aventinus, ex eoque Pessina & Stredovskius ab hoc Prinnina urbem Moraviæ *Brünn* nomen suum accepisse scribunt; at supra vidimus Prinninæ terras remotiores fuisse ad Nitram fluvium. Aliam Prunne seu Prinne urbem in Carinthia e vetustis documentis legimus, quæ verosimilius ab eo nomen invenire potuit. Porro idem Author Anonymus Prinnina nomen *Brunonis* esse ait, ut suspicari liceat, hoc eum nomen post baptismum primum accepisse, aliudque (quod autem illud nuspiam proditum est) in gentilitate habuisse. Tam inconcinnum est, quod Stredovskius scribit Prinnonem hunc vetustissimæ Brunovensis Regiæ arcis conditorem fuisse, aut quod de Wlachoveciis gentis suæ majoribus copiose narrat. Quid mirum scilicet tot urbium, oppidorum, familiarumque origines ad nos fabulose transcriptas, cum historici ipsi patrii (ut hic Stredovskius) ad vetustissima obscurissimaque historiarum indicia confugerunt, ut seu natalem suum locum, seu stirpem ab antiquitate commendarent, immemores non satis eruditis futurum si asseratur, nisi id etiam idoneis documentis probetur.

Aventin. Annal. Boj. l. 4. Pessina Mar. Morav. l. 2. c. 4. Stredovsky S. Morav. hist. l. 1. c. 12. Ludewig. Miss. Reliquiar. T. IV. p. 223. Idem ibid.

Cetera nescio, quid Rixnerus somniaverit, qui ad hæc tempora nobis Wenceslaum Ducem affinxit, ait enim Comitem Poponem de Schwarzenburg tertiam uxorem habuisse Juliam Wenceslai Ducis Bohemiæ filiam circa annum 850. quod jam refutavit Paulus in Chronico Schwarzenburg, c. 2. imo ante ipsum Cyriacus Spangenberg in Chron. Querfurt. p. 402.

Rixnerus in Genealog. Schwarzenb. Apud Schaz. gen. & Krayfig T. I.

ANNUS 851.

Luzenses coacta omni populi multitudine, qua fluvius Egra labitur a montibus Germanorum adusque civitatem Austam, perductum in Pusstiadla Wlastislavum paternæque sellæ impositum, Principem salutarunt dictis publice sacramentis.

Wlastislaus apud Zatecenses inauguratur.

Per

Digitized by Google

Per eos dies crebri rumores ferebant Regem Moravum magnos apparare exercitus, minarique Bohemis exitium. Non mediocriter ad id nuncium exterritus Krzezomyslus oratores ad Wlastislaum Luzenſem Principem mittit, qui ſocietatem amicitiamque renovarent, ſimulque ex vi fœderum auxiliares adverſus communem hoſtem copias exigerent. Ferox juvenis, quanquam Wiſſehradenſi cognatione eſſet patruelis, ex ſuorum procerum conſilio petulantiſſime juſſit patruo renunciari: „ Fruſtra ſperare patruum de ſuis auxiliis: illaturum ſe arma ab occidente ſole Wiſſehradenſibus provinciis, ſi idem Moravus ab oriente feciſſet; quod ſi illi collibuiſſet ab Auſtro claſſica canere, tum ſe ab ſeptentrionibus cum omni belli clade venturum; ſibi enim, nec mortalium alteri Wiſſehradum deberi, quod dii jam quoque domui ſuæ addixiſſent. „ Hæc denunciatio quanquam adoleſcentuli Principis ac feroculi, altius nihilo minus, quam quisquam credat, Krzezomyslum pupugit, Principem alioqui natura irritabilem; preſſit tamen dolorem in præſens, verſoque in bellum cogitatu concilium univerſæ nobilitatis evocavit, ut ſi res ferret, ad ſuſtinendum partis utriusque impetum arma expedita eſſent. Præter moram igitur copiæ acerrimo delectu ſcriptæ, miſſi in omnes plagas nuncii, qui paratos ad arma juberent, agriculturæ tamen interea ſollicitudinem non abjicerent, & cum claſſicum inſonaret, ad Tulak (a) tanquam caſtrorum locum communiter convenirent. Haud aliter, ſapienter omnia verſus Moravos proviſa, miſſi in orientalem Boemiæ partem alii, qui incolis locorum præci-

Ejus ferox reſponſum ad legatos Wiſſehradenſes.

Krzezomyslus bellum adverſus Moravos & Luzenſes apparat.

Digitized by Google

ciperent a Moraviæ limitibus per montium juga aggeres, triplicemque arborum concædem facere, tum loca, qua metus erat, Moravum venturum, cohortibus, machinisque probe munirent. Poſt tantos apparatus tentabat ſane plenis agminibus in Boemiam aditum Moravus, (b) jamque objectas arborum ſtrues diſcerpere, injicere ignem; cum Bohemi rem edocti ſagittis hoſtem arcent, graviaque infligunt vulnera. Quievit igitur dies aliquot miles Moravus Regem ſuum cum exercitus robore operiens. Sed eum turbinem avertit in ſe improviſa Hungarorum in Moraviam irruptio obvia quæque miſerabili clade more torrentis fluvii ſternentium. (c) Cum igitur adventantis exercitus ſpe ſe dejectos ſentirent Moravi, retro, qua venerant, viam capiunt, Regemque ſuum contra Hungaros proficiſcentem conſecuti, hoſtem jam jam in viſcera patriæ ſuæ deſævientem magno exturbant animo, caſtrumque Rotenſtein capiunt atque diripiunt. Dilapſis Moravis Bohemi nihil minus quam aliorum damnis exſaturari anhelantes, in ſua quisque quieti redeunt. Eodem adhuc anno ad exitum properante in graviſſimum, periculoſiſſimumque Krzezomyslus morbum incidit. Fractus animi ægritudine duodecimo ægrotationis die inter vivos eſſe deſiit. (d) Cauſa maturatæ mortis, ut plerique exiſtimant, fuit ex nuperni indignitate reſponſi, & hoſtili Wlaſtislavi cognati animo altius in præcordia admiſſus dolor. Appoſitus ad patres in ſepulchro Hrobka quinque dierum ſolemnibus ignibus, variisque injectis victimis inter ejulatus, nec perſonatos dolores deploratus.

Hungari in Moraviam irrumpunt.

Krzezomysli mors.

Digitized by Google

ANNUS JESU CHRISTI 851.

LEONIS IV. PAPÆ 5. LOTHARII IMPER. 12. KRZEZOMYSLI 20.

(a) Tuklak olim castrum in limitibus Moraviæ hodie nuspiam comparet. *Duklek* vicos duos tresve in Bohemia est reperire.

(b) Minus recte Hayecius in hæc tempora Moravorum motus contra gentem Bohemam rejecit, quibus utraque gens apud Scriptores Francicos adunatis viribus Ludovico restitisse legitur. Certe id demum dissidium internaque seditio Francis fuisset in lucro maximo, ut superiorum annorum maculam & damnum resarcirent. Pessina in his Hayecium sequutus, Moravorum quidem Regem facit Radislaum, at contra Boemiæ Ducem jam statuit Hostivitum.

Pessin. Mart. Morav. l. 1. c. 3

(c) Præmatura hæc Hungarorum in Moraviam irruptio statuitur, quæ triginta amplius annis posterius, ut suis locis videbimus, accidit. Si vero de Hunnis agatur, eos hoc anno Inchoferus a Lothario stetisse in bello contra Ludovicum ac Carolum memorat.

Inchofer. in Annal. Eccles. Hung. ad h. a.

(d) Stranskius, qui Krzezomyslum in Caroli M. tempora rejicit ei principatus 19. ætatis 44. annos concedit, ac decessisse anno 789. postquam Caroli M. in Bohemiam irrumpere molientis frustraneos fecisset conatus. Puczalka ei 81. annum regiminis tribuit, alii quique prope pro arbitrio augent, demuntque annos. Tam discordes quoque de moribus Krzezomysli nostri; aliis mitem, aliis crudelem, aliis continentem, aliis avaritiæ sordibus notatum prædicantibus. Dalemilus nomina prope sola ethnicorum Ducum usque ad hunc Krzezomyslum referens subjungit:

Stransky Reip. Boj. c. 7.

Puczalka in Navi Eccles. Balbin. Dec. 1. l. 7. Paproc. in Diadocho. in Krzezomyslo.

Dalem. hist. Bolesl. c. 16.

Ty wssyczkni neostawili su gmene dobreho.
Nebo biechu gych hlupi mrawy
Proto o nich Pismo nicz neprawy.

Id est: *Isti omnes non sunt tuiti nomen boni Ducis.*
Nam superbia eorum corrupit mores,
Quare historiæ de illis silent.

Ejus

Digitized by Google

ꙮꙮꙮꙮꙮꙮꙮꙮ.
Wnýslaw.

ꙮꙮꙮꙮꙮꙮꙮꙮꙮ.
Krezomýsl.

Saltzer Frat: sc: Pr

Digitized by Google

Digitized by Google

Ejus & Wnyslai ſimulacrum hic ex ſæpe memorato Mſ. Picturato veteri adjicimus.

PRÆTERMISSA.

Fortuna, qua nuper proſpere uſi ſunt Bohemi, ut ſe ſe annuo tributo expedirent, ad ſimilia tentandum hoc anno illexit fœderatos Sorabos, quanquam præter ſpem eventus belli eis ceciderit. Sic enim Annales Francofuldenſes: *Sorabi Francorum fines crebris incurſionibus atque incendiis infeſtant. Unde Rex* (Hludovicus) *commotus cum exercitu per Thuringiam iter faciens, terram eorum ingreſſus, gravi eos obſidione fatigavit, perditisque frugibus, & omni ſpe victus ademta magis eos fame, quam ferro perdomuit.* *Annal. Francofuld. ad h. a.*

Sed cum his jam tandem filum abrumpimus, partique II. horum Annalium colophonem imponimus. Fidem amico quidem lectori in Prodromo noſtro fecimus: nos partem hanc ſeu ad Botzivogii Ducis imperium ſeu plane baptiſmum perducturos. At quoniam ſub ſequentis Ducis Neklani regimine initium ſumunt Acta SS. Cyrilli & Methudii, quæ præcipuam hiſtoriæ partem horum temporum conſtituunt, ea autem nexu quodam ſic inter ſe vincta ſint, ut citra diſpendium lectionis lectorisque concinne disjungi abrumpique nequeant; neque etiam Neklani hiſtoriam ipſo in curſu intercidendam judicaverimus, hic defigendum eſſe gradum metamque ſtatuendam merito rati ſumus.

(o)

Digitized by Google

INDEX
RERUM MEMORABILIUM.

A.

Abraham Caganus Hannorum baptizatur. p. 422.
S. Adalbertus a Libuſſa prædicitur 174. 176.
Adoleſcentes falluntur a Wlaſtæ ſodalibus 233. ſternuntur 234.
Adulterii graviſſima pœna apud Slavos 30.
Aenotherus gigas in exercitu Caroli M. 437.
Affluentia rerum 291.
Agara fluvius ſeu Egra 421. 423.
Alba aqua ſeu Biela 288.
Albis fluvii etymologia, curſus 93.
Alevinus Epiſcopus Nitravienſis 486.
Altahenſe monaſterium fundatur 243.
Alczco Bulgarorum Dux 144.
Amazonum etymologia, hiſtoria, quid de iis ſentiendum 213. ædificant caſtrum Diewin 217. Wlaſtæ ſe obſtringunt 218. conjurant contra viros 219. earum arma 228. 231. earum præcipuæ 230. 232. prælium ineunt 229. 230. earum leges 245. ſe ex arce defendunt 247. pugnant 247. ſternuntur 248. dejiciuntur ex muris, intereunt 248. 249.
Anno Vetvarienſis Epiſcopus 486. 493.
Annonæ vilitas. 533.
Anus fanaticæ 567.
Aqua Martia 196. 197.
Aquæ hauſtus juramenti forma. 358.
Aquila fluvius 342.
Arabo fluvius 370.
Arno primus Archiepiſc. Salisburg. 396. ei non fuere ſubjecti Moravi 397.
Argentum reperitur in Bohemia 121. 179. 180. occidentalis pars feracior 122. Saxonia poſterius adinvenit 122. argenti virga 308. diverſæ figuræ 309.
Aſſult Deus Slavorum 206.
Attila educit primus Scythas 256. ejus uxor magnifice habitat 31. Attilæ palatium 37. tumulus 51.
Avari coluere transdanubianam etiam ripam 119. eorum de limitibus controverſiæ 449. rariores ſub Ludovico eique ſubjecti 542. 543.
Avaria 384.
Auctuariis Slavi utuntur 530.
Aula regia 528. fundatur cœnobium 535. 536.
Auri grana inveniuntur 99. 100. aurum reperitur & in numos cuditur 124. percolatur. 183. undique exquiritur 292. unde auri arenæ? 293.
Auſſynenſia juga 556. 557.
Auſſoviz falſo fonte nobile 295.
Auſta conditur, ejus etymologia 322. in ruinis 323.
Auſta urbs 499. 501.
Auſtriæ Ducum veterum clypeus 163. Auſtriæ nomen poſterius 543.

B.

Babenbergenſis regio deſerta & a Slavis habitata 345.
Bagibarcæ Porphyrogeniti quæ ſint? 12. 13.
Bahnow conditur 316.
Bajoaria eſt Porphyrogeniti Bagibarea 12. 13. eam occupat Carolus 183. 189. ei imperitaſſe aſſeritur Przemyslus 190. dividitur in quatuor epiſcopatus 226. flagrat bellis 13.
Bajoarii a Pipino pacem exorant 266. bellum parant 532.
Balbinus Hradecii natus 343.
Banka Wogeni uxor 415. Bancæ de ſupplicio Wrſſovecii ſententia 453. vaticinium 476. 477.
Bani accipiunt dona certa ſingulis annis 273.
Barbara Sigiſmundi uxor Melnicii vitam duxit 286.
Barbarus vox quid connotarit medio ævo 578.
Barſſuci adminiſtratores inferorum 206.
Bathuricus Epiſc. Ratisb. inſtituit Boemos in fide Chriſtiana. 554.
Bavari & Baveria vide Bajoaria.
Baubinenſis regio 458. 459.
Beecenſteinius vapulat ob genealogias ſuas 21.
Beda primus inter hiſtoricos uſus annis incarnationis 6.

Be-

Digitized by Google

Belo seu Welo-Chrobati in Dalmatiam transeunt 11. iidem qui Slavi Boemiæ 13. cur ita appellati. 15. vide etiam Chrobati.

Benatek olim habuit Collegium PP. Crucigerorum cum rubeo corde 280.

Benessius insignis architectus 505.

Beraun Slavossow dictum 257. 281. 282. prope eam fodinæ metalli 316.

Beraunensis regio 257. abundat ferri fodinis 333.

Berger compilator operis Genealogici 355.

Berka regni Boh. Judex, ejus clypeus 137.

Bernek Comites assumunt titulum Dominorum 142.

Bess condit Bssow 283.

Betularum mons 278. 279. auri ferax 543.

Bezdiechow castrum conditur 485. 486.

Biela filia Kassæ ab aliis pro ipsa Kassa habita 107. Bilinam condit 251. nubit 258. sternit ursum 263. 264. condit Nedwiediz 264. ejus consilia de occupandis aquis calidis 296. moritur 296.

Biela urbs conditur, succenditur 288.

Bilina conditur 251. vastatur 471. fluvius, ejus cursus 158.

Bilinensis provincia 251. Bilinenses Comites non fuere nisi Castellani 529. salsulæ 295.

Bilinsky provincia 251.

Bitow castrum 446.

Biwog aprum capit, in arcem Libin defert, præmiatur, Kassam accipit uxorem 124. ab eo familiæ, quæ aprum in clypeo gerunt. 125. primus Eques Bohemiæ 126. ejus historia V. sæculis præoccupata ab Hayecio 125.

Bleha faber ferri 334.

Blobojus succendit castrum Rodotyn 552. se ipsum cum uxore & liberis exurit 552.

Boemi Slavi non oriuntur a Croatis Pannoniæ aut Dalmatis 11. carent dyphthongis 46. Boemi sui nomine Cosmas verosimillime intellexit Sigovesum 55. Boemi Sorabis fœderati 344. in Franconiam prædabundi excurrunt. *ibid.* amice utuntur Carolo M. 363. 371. 373. cædunt Moravos 378. 379. num subjecti fuerint Carolo M. 402. infestant Caganum Principem Hunnorum, laudantur a virtute bellica, petuntur a tribus Caroli M. exercitibus 420. Non fuerunt anno 805. adacti ad tributum, quin exercitum Caroli M. probe multarunt 426. iterum petuntur bello a Carolo M. 429. fiunt iterum tributarii, num ob victoriam de Boemis cusus numus legitimus *ibid.* Non fuere subjecti lege aliarum gentium 430. 431. 432. tributum istud instar doni gratuiti ab illis datum 431. non sunt censiti in charta partitionis Caroli M. *ibid.* expressere olim cyphras numeris Romanis 435. clam contra Moravos manipulos collocant 445. cædunt Moravos, Boemia exturbant, Moraviam vastant. 446. Num censiti in charta divisionis Ludovici? 464. 465. 475. 476. An sub eo in nexum Germanici Imperii pervenerint? 476. In Comitiis Ludovici 478. sed sponte 479. usque ad Danubium protensi 530. tumultuantur sub dissidio filiorum Ludovici Pii 540. vastantur a Ludovico 557. egregie multant Ludovicum 558. cæduntur a Ludovico 569. recusant ei tributum pendere 570. obsides offerunt, cædunt Ludovici exercitum 573. 574. An recte Francis *rebelles* dici possint? 577. limites contra Moravos defendunt. 585.

Bohemia num Dagoberto subjecta 34. 35. Boemiæ Slavi sæculo IX. primum excoluntur literis 20. salubritas aeris, ubertas 27. ferax diversi metalli 199. eam transit Caroli M. exercitus 370. Bohemiæ Ducum ethnicorum numi illiterati 534. non fuit censita in portione Ludovici, semper libera 545. 546. Bohemiæ rex juribus imperii Germ. gaudet 546. Boemiæ Duces inter se discordes submittunt se Imperatoribus 546. ex parte feudataria, habet jus suffragii 546. abstinuit olim, id recuperavit. 547. Bohemiæ XIV. Duces baptizantur, 553. an revera Duces fuerint. 554. nomina istorum Ducum non sunt prodita 555.

Bogislaus Lidoviti frater 496.

Boguphali Chronicon depravatum 7. 9.

Bojak monti Oheb castellum injicit 447.

Boici Bojorum terræ 14.

Bojorum urbanæ reliquiæ 523. 524.

Boleslai Pii diploma primum insignitum anno incarnationis 6. ejus numus 132. 434. 436.

Boleslaviensis B. V. M. imago formata ex idolo 203.

S. Bonifacius convertit Slavos. 221. fit primus Archiepis. Mogunt. 263. inungit in Regem Pipinum 274. martyrio afficitur, ejus reliquiæ & cultus 280.

Borca Strihi uxor. 354.

Digitized by Google

Borowka mons auriser 541.
Borzena Croci uxor fatidica 66. ei tribuitur filia Milenka 67.
Borzisho offertur Principatus Kurimenſis, 68. ejus geſta 71.
Boſkoviz aprum capit, ejus clypeus 125. familiæ diverſus clypeus 126. creantur equites 126.
Botek ferri mineras detegit 79. Zdiarskiorum originarius 81.
Boves per aerem volant, ſpeluncæ faucibus ſe abdunt 154. ex de re judicium 165. 171.
Bozdiechi ſententia de ſupplicio Wrſſovecii 453. præfecturam belli obtinet 482, confligit feliciter 484.
Bozdiechow caſtrum exſtruitur 485. 486.
Bozena Launæ conditrix 505.
Bracislai numus 435.
Brandeburgicorum Ducum veteres numi 128.
Braſſena petitur uxor 465. ſponſum liberat vinculis 466.
Braſſykus cædit Miſnenſes 495.
Brema condita 114.
Briccius Jus Municipale perpolit 527.
Bruimoes Bojorum urbs 419. reſuſcitatur 427. 428.
Brudek vicus 531. 532.
Bruna an condita a Primnina 583.
Bſſow conditur 283. provincia 284. 286. Bſſowka amnis 284. 285.
Bubali frequentes in Boemia 270. eorum venationem inſtituit Carolus M. 270.
Bubuiza Alphabetum Slavicum D. Hieronymi 130. 132.
Buczinky vicus 497.
Budecium caſtrum conditur, etymologia 83. nova Budæii de hoc fabula 84. ejus urbis hiſtoria 85. munitiones ejus miratur Przemislaus 149. frequentat cum Libuſſa hic ſcholas 85. S. Methudius Slavicum gymnaſium hic erexit 85. ſitus hodiernus loci 86. Crocus id deſerit 92. reſtauratum 500. 501.
Budeslava cum legatione a Wlaſta mittitur 211. etymologia nominis 214.
Budezius rei metallicæ peritiſſimus 84.
Budiſſinæ urbis initia 34. 42.
Budſecium in Weſtphalia 496.
Bulgari in Europam tranſeunt 160. conſtituunt reſtores in Pannonia 502.
Burgundiæ vites plantantur Melnicii 286.
Burka Bytizi uxor 316.
Bydus condit Bydczow turbis involvitur 299.
Bydczow conditur 299. hodie urbs 300.
Byſſi quid? 270.
Byſtrize torrens 320.
Bytiz argenti fodinarum locus 310.
Bytizus argenti fodinas detegit. 308. 309. contumax in Principem, 314. in furcam agitur 315.

C.

Caganus princeps Hunnorum infeſtatur a Boemis, aliam regionem quærit 420. 422. Avarum Rex 144.
Calcei viminei Przemysli ſervabantur in Wiſſehrad 156. 171. 172.
Camburg caſtrum Boemiæ obſidetur a Caroli M. exercitu 421. quod id caſtrum fuerit? 424.
Cambus fluvius 370.
Cameniz provincia 203.
Carolinæ thermæ 130.
Carolomannus cum Carolo dividit regnum Francorum 312. obit 319.
Carolovingorum ſtirpis initium 274.
Carolus M. natus 243. cum Carolomanno dividit regnum 312. Saxones accipit in deditionem 337. Slavorum res componit 336. contra Sorabos bellum apparat 344. contra eum conjuratio 355. ejus bellum contra Wilzos 363. mittit legationem ad Hunnos 368. ejus expeditio in Hunnos 369. ejus epiſtola de victoria 370. ejus exercitus per Boemiam mittitur 370. 371. Cisdanubianas terras donat Eccleſiis 373. convertit arma in Saxones 376. eos ad deditionem compellit 380. evertit Hunnorum regnum 388. conficit bellum Hunnicum, recipit Hunnos in protectionem 399. fit Romanorum Imperator 401. Italicas familias nonnullas in Germaniam traxit 405. venatur in Hercinio ſaltu. 412. Transfert Saxones in Franciam 416. ejus bellum contra Bohemos 420. Ad Egram caſtra metatur, vaſtat, recedit 421. iterum Boemis bellum movet, Sorabiam occupat, condit caſtella 429. Anno 805. Boemos nec ad deditionem nec ad tributum adigit 426.

Digitized by Google

426. in factum annum sequente 429. Non ramen ei fuere subjecti 430. 431. 432. 433. præscribit quousque negotiatores in partes Slavorum concedere possint 202. moritur 457. in sanctorum numerum relatus, ejus cultus reliquiæ in Boemia 457.

Carolus filius Caroli M. in Boemiam irrumpit, Albim transit 421. minus feliciter redit 426. moritur 449.

Carolus Martellus accipit Roma claves & vincula S. Petri, fit primus Patricius Rom. 238.

Carolus IV. S. Rudperti reliquias adfert 136. Stadicenses a regiis gabellis liberat. 166. tres ibi laneos sibi reservat 168. ejus super hac re diploma nonnihil vitiatum 170. Melnicii plantat vites Burgundicas 286. Widichindi sepulchrum renovat 356. confert Wratislaviæ jus aureum cudendi monetam. 521.

Carentani a S. Virgilio convertuntur 339.

Carnuntum 492. hanc vicinam petit Caganus Hunnorum 420. 422.

Carpionibus olim aurei annuli appensi 276.

Castra in memoriam natalium liberorum erigi solita 276.

Casurgis urbs 173. 175. Theobaldo est Kaurzim 40.

Catti non fuere in Silesia 69.

Celedruh. Soraborum Dux 481.

Cerevisia non ignota primis Slavis Boemiæ 29.

Cerius mons 490.

Chara condit Charwatiz 306.

Charussius convocat plebem ad electionem Libussæ 123.

Charon num Deus Czechorum? 205.

Charwatizium conditur 42. 44. 307.

Cheb fluvius 424. Chebana regio 423.

Cheinow conditur 63. historia illius 65.

Chladrubienses Benedictini olim Zbraslavii possessores 536. alienant. 537.

Chlum castrum & familia 445. 446.

Chlumezium conditur 299. dum hodie habet arces 300.

Chobolez vicus 502. 503.

Chobolo argenti mineram reperit 121. 122.

Chotieborka mons 374. 375.

Chotieborz 441.

Chrobati duplices in Boemia 14. Chrobati Magni seu Albi idem qui Boemi 13. 15. Chrobatorum generali nomine pro Slavorum utitur adhuc Dalemilus 15.

Chrobatia magna seu Alba. 15.

Christian de Koldin excolit Jus Municip. 527.

Chuchel pagus 144. 147.

Chwalbog perficit arcem Kottnow 324.

Chwor urbi Pragensi præficitur 369. Pragam instaurat. 372.

Chyrz condit Chyrzimium 77. patrem cum jugali bove aratrum ducere compellit 78.

Chyrzimium conditur 78. ejus situs 79.

Ciborum & potuum genera apud veteres Czechos 270.

Cingulum militare 126.

Cippi descriptio 467

Clypeorum usus nullus in Boemia primis seculis 19. is non tam vetus 163. non una ejus familiis ratio 147.

Columbus Schachidis lusu vincit filiam regis 330.

Comagenæ 370.

Comitum titulus ignotus Crostis & Boemis 125. 140. eorum origo a Francis 140. non fuere nisi Castellani & Burggravii 141. cœperunt primo creari in Boemia sub Ferdinando II. 141. nunquam hoc titulo impertiti a Cancellariis 142. Comites a Comitatibus serius appellati 193.

Comitia in Wisselrad 272. 289. 514. veterum ritus 58.

Comœdiæ jam olim usitatæ genti nostræ 242.

Constantinus Imp. gerit bellum contra Slavos 347. 7.

Corbinianus I. Episcopus Frising. moritur 194. ejus reliquiæ in Boemiam advectæ *ibid.*

Corollæ piceæ idolis incenduntur 326. 328.

Corylus effrondet e stimulo 155. 171. ejus historia 166. jubetur coli a Carolo IV. ejus nuces regi Boh. deferuntur 168. ea de re crisis 171.

Cracovez castrum conditur 77.

Cracoviæ urbis origo 72. etymologia diversa 74. provincia ejus laceratur ab Hungaris & Moravis 339.

Crive flamen Slavorum. 91.

Croatiæ Illyricæ nomen vix circa annum 644. adhuc usitatum 10. originem habet a Boemis 11. 16. Croatarum ritus protestandi in judicio 148. Non habuerunt legem scriptam 172.

Digitized by Google

Crocus apud omnes magnæ existimationis 393 61. num recte coævus Czecho statuatur 41. fit Princeps, inauguratur 57. ejus historia & Chronologia perplexa 58. 59. verosimillime fuit Wandalorum Rex 59. 60. evertit muros Arelatenses *ibid.* perperam filia ejus Marcomiro traditur *ibid.* Num origine Romanus 61. recusat Principatum sibi a Lecho oblatum 66. condit aream Crocovez 76. jubet erigi munitionem. 83. Budecium condit 83. incolere id incipit 86. magicis rebus deditus 88. vaticinatur 89. 90. jubet fieri geographicam descriptionem terræ 87. deserit Budecium 92. Pfary condit 94. reddit delatum sibi aurum inventoribus 100. pagos ordinat 101. moritur, sepelitur Cztinovessii 103. relinquit tres filias 104. ex æquo jure imperium suffragio populi accipiunt 105. ejus ætas, anni regiminis varii 105.

Crocus filius Lechi nascitur 71. is incognitus veteribus Scriptoribus Poloniæ 72. 113. 115. moritur 178. 179. Crocus II. a nostris effictus 105. ejus historia 106. mors 185.

Crucis signum etiam gentilibus quibusdam venerabile 182. crucis supplicium Slavis usitatum 243.

Crusina vestis talaris 159.

Currus primi ferrati 333. 334.

S. Cyrillus Slavicarum literarum inventor 131. non docuit latinis literis Slavicum scribere aut reformavit *ibid.* Erphordiæ ejus liber Ms. 133. ejus literæ non diu perstitere in Boh. 132.

Czaslao committitur præsidium limitum 385. 386. coloniam contra Moravos statuit & castrum 386. arborum strage prohibet irruptionem Moravorum 392. habetur Woraczizkiorum originarius 393. nova ejus contra Moravos expeditio 402. testamentum facit 410. delectum scribit 441. concilium cogit 445.

Czaslavia conditur 386. 387. regio hujus nominis 388. dominatus filiis Czaslai obtingit 410.

Czaslus filius Czaslai 410.

Czechorum primorum mores 4. 28. victus, vestitus 4. 5. patientes laboris, communes uxores & liberos habent 5. Nulla arma præter arcum & telum, non habent judicem 5. usi commutatione mercium 202. de sua securitate circumspiciunt. 308.

Czechiæ nomen unde? 28. & in præfat. II.

Czechus venit in Boemiam 1. ascendit montem Rip. 2.

Czechi primus prolator Dalemilus, cui 6 fratres facit 9. 22. asseritur adveniisse e Dalmatia 11. an judicis seu Ducis nomen sustinuerit 32. 54. filio ædes construit 35. moritur 48. 50. tumulatur 49. inquisitio tumuli sui 54. fons ad tumulum *ibid.* interregnum & turbatio reipubl. post ejus mortem 49. 50. 54. 59. ejus mitra inauguratur Crocus 58.

Czernaus prædium sic a conditore appellatum 44. 45. 46.

Czesni mons ferax auri 201. 202.

Cztibochus Bielam condit 287. 288.

Cztinoves conditur 49. variæ de eo sententiæ 53. isthic Comitia 57. senatus cogitur 83. Crocus sepelitur 103.

Cztiradus sedatum lites proficiscitur 238. ei a Wlasta struuntur insidiæ *ibid.* decipitur Sfarcæ lenociniis 239. 240. 241. trahitur vinctus in castrum Diewin, damnatur capitis 241.

Czudæ succedere Zupaniis. 64.

Czymislava uxor Lechi enititur Crocum 71.

Czymyslaus conditor Klatoviæ 394.

D.

Dæmonum incantatio 177. cachinni 242. 243.

Dagoberti Regis mors 33.

Dalemilus primus prolator Czechi, non item Lechi. 9. amplificator historiæ Amazonum 213. 216. magis Poeta quam historicus 242.

Dalemincæ pagus 485.

Dalmatia jam sæculo exeunte VI. infestata a Slavis 11. dein subjugata, *ibid.* ad Christum accedit 16. S. Hieronymi tempore usque ad sæculum VII. fuit culta a latinis 131.

Danubius limes Boemiæ 371. ei pons insternitur a Carolo M. 373. eum Rheno jungere idem meditatur 377.

Denarii qui? 435.

Dervanus Soraborum Dux 34.

Diedus argenti venas detegit 179.

Diewin castrum puellæ ædificant 217. 220. plura hujus nominis 221. 222. captum, excisum 248. 250.

Dionysius Exiguus primus numeravit annos a Nativitate Christi 6.

Digitized by Google

Dobromirus condit Dobrzeniz 337.
Dobroniz seu Dobrzeniz conditur 337. 338.
Dobroslaus cedit fratri Sobeslavice [illegible] condit Dobroslaw 342.
Dobroslaw conditur 342.
Dobrosul urbs 195.
Dobrota [illegible] meretrix 259.
Dohna familiae exordia 449.
Domabojus cum fratre condit Radlice 118.
Dombka uxor Pabieni fortissima mulier 411.
Domini primus ordo nobilitatis in Boh. 141. etiam Principes hoc titulo contentari debent [illegible] pares Principibus Germaniae 142.
Domoslava condit Lipczan 338.
Domoslaus procatur Libussae, repudiatur 144. Wrssovecium facit Paprocius 146.
Doyka anus divinatrix 568. 569. detegit Krzezomyslo insidias 579.
Drahonii campi 123. 124.
Drabowane 42.
Drubow castrum conditur 458. 459.
Drzewoslaus condit vicum Plary 98.
Dubenez pagus 278.
Dubina vicus 395. 396.
Duces primi Bohemiae num tres fluvios in clypeo gesserint? 161. 162. 163. olim plures fuere eodem tempore 191. 251.
Dumslaus praemiatur Libezio 137.
Duodecimviratus statuitur 139.

E.

Egra fluvius. 129. 130. 301. 302. 422. 423. 424.
S. Emmeramus Martyrio afficitur, ejus cultus 37. dies ejus terminus pacti 38.
Eppo Praefectus Bilinensis 259.
Equestris ordinis primus Biwog 126.
Equites secundus ordo nobilitatis 141.
Equus ductor missae legationis 153. adhinnit Przemyslo, & flectit genua 154. equi albi ad divinationes & superstitiones adhibiti 159. equus Suanteviti *ibid.* Luiticiorum 160. Equi hinnitu, adaquatione nomina pagis indita 164 equus Horymiri praesagiator 565. vide etiam Schemik.
Eslae legati Attilae ad Theodos. Imp. oratio 80.
Eugenii III. Epistola 486. subdola asseritur, refutatur 489.
Ego Jussu Sobeslidis demeretur, sibi filiam Ottonis III. 331.

F.

Famee in Boemia 220. 343. 543. 539. 555. 556. 582.
Favianensis episcopatus 489. intercidit 506.
Ferdinandus I. Salem ad Deplam coqui jubet 395. defendit Boemorum libertatem 1905.
Ferrariae primae in Boemia [illegible]
Ferri raritas 334.
Fertilitas 354. 437.
Fiddlez silva 41.
Florenorum origo 366.
Fiscella num fuerit [illegible] Episcopus? 390.

G.

Garibaldus Epis. Ratisbon. moritur 296.
Geborius Rex Kurinensis 201.
Genealogiarum [illegible] imago quam gloriae 20. 21.
Georgii Regis tempore instrumenta publica vernacula lingua occipiunt 31.
Germana lingua non fuit praecipua in Boemia 25. Germani jam seculo VI. expulsere e Boemia 45. in seculo VIII. non habuere proprios, chasaseses 95. non fuere ultra Danubium 119. utuntur permutatione mercium, non solvunt tributa auro vel argento 127. invalescunt 277. sociant se Moravis 374. non fuere in his regionibus 376. 524. non in Misnia 495. 472. 473. eorum arma 437. grassantur in agro Litomericensi 471. in Luzensi 473. 475. 482. caeduntur 484.
Germaniae reducta in peculiaris Regni normam 544. Bohemia non venit in ejus nexum 545.
Gersdorfii ab Arminio prodiisse finguntur 21.
Gestimulus Obodritorum Rex 549. asseritur S. Ivani pater. 550. An fuerit Rex Dalmatiae 550. 551.
Getarum nomine qui populi veteribus venerint? 390. 391.
Gewa uxor Widichindi 353.

Ffff Ge-

Digitized by Google

Gezerka fons 255. 518. 519.
Gigantis ossa eruta 350. gigantum historia 351.
Giha & Domoslaus grana auri reperiunt 99.
Gilowium auri ferax 200. 201. 203. 326. etymologia 202. excoluntur isthic fodinæ 540.
Gisulfus Foro-Julienfis Dux 144.
Gnezdnæ urbis origo 72. etymologia 74.
S. Godinus Moravorum Apost. 404.
Goldastus injurius in gentem nostram 577.
Gothi dicti Getæ 391. a Vulphila literas accipiunt, fuere germani *ibid.*
Gozomuil Obodritorum Rex 549.
Gozpodin dominum connotat 312.
Græci cremant in funeribus res pretiosas 107.
Gregorius III. Carolo Martello mittit claves cum vinculis S. Petri 238.
S. Guntheri lapis sepulchralis 206.
Guttenfteinianæ familiæ initia 284. 285. arx in Austria 285.

H.

Hagecius præoccupavit historiam Biwog 126. primus auri signaturam Libussæ tribuit 128. unde urbium historiam hauserit? 354. ejus literæ 355. non est architectus fabulæ Schemiki 566.
Halak primam aquariam molam struit 134.
Haldanus cum fratre Radlize condit 118.
Halla conditur 195. 429.
Hassenburg castrum, familia 277.
Hassislavia 134.
Hattonis Archiepiscopi Mogunt. querela 489.
Hercinia silva 270. 423.
Hernustus Dux Ludovici 573.
Hes condit Heskow, item Nizbor. 329. ejus stirps 330. ferri metallum reperit 332. primus ferro currus vestit 33.
Hesky fortes in Amazonum prælio 247.
Heskow conditur 329. 331.
Hezil filius Prinninæ fugit cum patre in Bulgariam 512. 513.
Hiems rigida 360. 317. 318. 372.
S. Hieronymus an verterit S. Scripturam in linguam Slavicam 130. 131.
Hircani montes 423. saltus 412. 422.
Hlazow prædium 339. 340.
Hluboczerp torrens 183. 184.
Hodjejowa Joannes vir doctus 7.
Holot detegit aquas salsas, præfecturam earum obtinet 266.
Horak submergitur 502.
Horimirus hostis rei metallicæ, amicus agriculturæ 556. accendit in se metallicos 559. fugit eorum vim 560. ulciscitur se 561. accusatur apud Ducem *ibid.* purgat se 561. 562. morti addicitur 563. impetrat facultatem equo suo ultimum decurrendi, per Wltavam transilit 564. 565. absolvitur pœna *ibid.*
Hormidorus Rex Moraviæ moritur 447. 448.
Horzeslao post deditionem eruuntur oculi a Moravis, in vincula conjicitur 377.
Hosemannus insignis impostor 20.
Hostivitus cum Lothario paciscitur 481. cum Ludovico 538.
Hozmburg idem quod Klopay 277.
Hostus non longe a Czecho stationem figit 43. 44.
Hradec urbs 342. 343. provincia *ibid.*
Hradek castrum evertitur 374.
Hradczan 360. 361.
Hringi Avarorum descriptio 386. evertitur 388.
Hrobka sepulchrum Ducum Boem. 253. 254
Hronow castrum 440.
Hruba uxor Nezamysli 269. parit filium 275. moritur 304. 305.
Hungari 257. 496. prærmature statuuntur in Pannonia 496. 542. 586. in Moraviam irrumpunt 585.
Hunni antiquitus usi mulso 197. idola habent ex electro & argento 203. prima luna sacrificia peragunt 328. odis utuntur 341. Bajoariam ingrediuntur 362. limites eorum 368. 370. 371. per Carolum M. evertuntur 399. 388. rariores dein in Pannonia & Francis subjecti 542. 543. juramentorum tenacissimi 445. ritus eorum in juramentis 576.
Hunnicæ mulieres telas variegant 148.
Hunnici belli initia 368. 369. conficitur 399.

I.

Japani dicti Boemiæ Domini in literis Pontif. 64.
Jasovensis ager auri fœcundus 99. 100.

Ido-

Digitized by Google

Idola Slavi habuere e diverſa materie 203.
Iglavia conditur 398. 399. incenditur 409.
Ignes ſuper tumulis excitantur 305. 306.
Ignotus Czechorum Deus 205.
Inaugurationis ritus apud veteres Czechos 57.
Incendiariorum pœna 552. 553.
Inundationes 461. 539. 540.
Inveſtiturarum Regni Boh. literæ 546.
Joachimo-Vallenſes fodinæ a Libuſſa prædictæ 200.
Joannem IV. Papam male Hayecius ad annum 644. ſtatuit 7. Joannis Regis tempore jus municipale excultum 526. Joannes Epiſc. Prag. Zbraslavium redimit, alienat 537.
Joſephus I. Imp. jus ſuffragii Boemiæ reſtituit 546. 547.
Irmenſul idolum 321.
S. Ivanus filius Geſtimuli 549. 550. 551.
Judæorum vetuſta jura 527.
Judices majoris authoritatis quam conſules 527.
Julii mons Olomucium 115.
Julio bona 492.
Julius Maximinus an in Morav. fuerit, Olomucium fundarit? 115. 491.
Jus Municipale Mſ. 461.
Juſtinianus a Slavis imperio reſtituitur 109.
Izechi qui fuerint? 352. etymologia 353.

K.

Kadan armatur contra germanos, condit urbem 474. auxiliares copias adducit 483. confligit 484.
Kadana conditur 474. 475.
Kalbogius & Weslaus condunt Klopay 276.
Kamburg 475.
Karſa deturbatur e ſaxo 414.
Kaſſa primo nata Croci, rerum medicarum peritа 104. etymologia 107. aliis Biela, *ibid.* ejus tumulus *ibid.* Kaſſinium condit 113. 124.
Kaſſin mons 124. Kaſſinium ædificatur 113. ejus memoriæ 114.
Kaſſurzani 118. 119. 175.
Kaurzim conditur 39. 40. provincia 41.
Kazka nubit Wratislao 500.
Kerſſtiny quid? 271.
Kiriliza Alphabetum Slav, S. Cyrilli 130. 132.
Klatowcæ obitus 539.
Klatoviæ urbis initia 316. 394.
Klen filius Czechi 35. 36.
Klenecium ædificatur 35. 36.
Klenus ſociat ſe Domabogo 118.
Klezan caſtellum 136. 137.
Klimba Dea inter Boemorum lares colitur 116. 117. 281. 282.
Klopag arx conditur 276. nomen corrumpitur 277. 278.
Kolan metallicus aurum adfert 184.
Koloſtugius aquas Teplic. detegit 296. defendit ſe contra Koſſalum, eum ferit 297.
Kopanina pagus 238. 242.
Koſſal uxorem Bielam accipit, caſtrum condit 258. e Pruskowskiorum ſtirpe aſſeritur 259. nititur Koluſtogio Teplicenſes aquas eripere, proſternitur 297.
Koſſalow conditur 258. 260. 264. 265.
Kotenus recedit a fratre 320. Auſtam condit 322. item Kottnow 323.
Kottnow arx conditur 323. munitur 324. nomen Tabor ſortitur 324. 325.
Kraska uxor Bydi Chlumeziuna condit 299.
Kraslice vicus 460. 461.
Kraſna conjux Przibalii 278.
Kraſſatinæ ſimulacrum ex auro conflatur 326. ejus cultus 328.
Kratonohy villa 298. 300.
Krcz vicus 414. 416.
Krotbog condit Poſtoloprt 301.
Krupa fluvius in Croatia 94. Balbino eſt Krupina 95.
Krupnæ fodinæ a Libuſſa prædictæ 200.
Krzeſna mons auri ferax 362. 363.
Krzeſomil Wrſſovecius Ducatum ambit 357. condemnatus ſe ipſum mucrone exanimat. 358. 359.
Krzezomyslus idem cum Wnyslao creditur ſed perperam 427. 428. ducit uxorem 500. naſcitur ei filius Neklan. 504. defertur ei ducatus 514. 515. alius eſt a Neklano 516. inauguratur 517. loca jubet excoli 523. quatuorviratum inſtituit, lapideas domos Pragæ condit 525. item Aulam 528. trajectum Moldavæ invenit 529. ejus numi 533. 534. naſcitur ei filius Nebihoſt 539. excolit fodinas Gilovienſes 540. Radoſtyn condit, 548. ultionem medi-

Digitized by Google

tatur contra Blobojum 552. auri avidus, annonæ negligens. 544. 556. Horimirum graviter objurgat 561. in vincula conjicit 562. morte dignum pronunciat 563. Pragensibus domos & fundos concedit hereditarios 572. 573. ei Zianda struit insidias 579. capit Ziandam 580. supplicio eum afficit 581. auxilia petit a Wratislao 584. contra Moravos bellum apparat 585. ægrotat 585. moritur, ejus ætas, regimen, simulacrum 586.

Krziwogeni ætas versus 200.

Kunaei mons 533. 534.

Kunak villam condit 531.

Kunaticium pagus 532. 538.

Kunsburg familia 534.

Kurimensium Ducum series 261. an pleni juris Duces? limites Ducatus 262.

Kurimium munitur 250. vide etiam Kaurzim. & Zliczko.

Kuttnenses fodinæ a Libussa prædictæ 200.

Kyge & Kygow conditur a Moravis 378. 379.

Kyhala Dux 477.

L.

Ladvag pagus 319. 320.

Læta curia Pragæ 528.

Lahoborz condit castrum 497. item Austam 498.

Lapak condit Klezanum 136.

Lapideæ structuræ raræ in Germania 84.

Launa conditur 350. 505. diripitur 502. restauratur 504.

Laureacensis Archiepiscopatus resuscitatio 468. 489. supprimitur 506. Laureacum ab eversione Hunnorum non habuit Episcopum 226.

Laza vicus 561. 565.

Lechitæ a Lecho dicti 72. primis Poloniæ Scriptoribus hæc etymologia incognita 74.

Lecho Dux Boemorum 420. occiditur ibid. an Dux Boemiæ fuerit, an militiæ prefectus? 424. variæ de eo sententiæ 424. 425. an rex fuerit? 425. in prælio occisus 426.

Lechus venit in Boemiam cum Czecho 1. significat Slavice adolescentem ingenuum 9. male pro nomine proprio acceptum 10. Lechus separat se a Czecho 38. condit Kurimium 39. varia circa eum somnia 40. offert Croco Principatum 66. mittit nuncios exploratum 68. Borzislao tradit Principatum 69. astruitur Lignicensis Principatus conditor 70. excedit Boemia 71. ad Gnezdnam considet 72. condit Cracoviam 72. Lechus Poloniæ Dux moritur 113. 114. Lechus Poloniæ occidit fratrem 185. proditur, moritur in exilio 186.

Leges Longobardorum, Francorum, Alemannorum, Bojoariorum, Burgundionum quando institutæ? 172.

Lembis Slavi utuntur 530.

Leo Orientis Imp. cogitur Slavicum filium sequi in juramento 576.

Lessa obtinet Bytizi bona 335.

Lesko Poloniæ Princeps 339. 340. moritur 365. succedit ei Lesko II. ibid. quo merito? 367. moritur 392. ejus gesta 393. 394. Lesko III. moritur 448.

Lessino castrum conditur 319. 320.

Lex salica 172.

Libehrad conditur 116.

Liben villa conditur 138. 139.

Libecium conditur 111. situs historia 112.

Libez conditur 136. situs 137.

Libiz conditur 116. situs 117.

Libita filia Nezamysli 312.

Libodum villa conditur 177. 178.

Libotschan 581. 582.

Libussa Croci minima, natu filia vates 105. etymologia nominis 108. orientali parte Boliensis accepta urbem & arcem molitur 110. in monte Petrzin sacrificat 118. commendatur ei arx Psary oraculo ibid. defertur ad eam argentum 121. pessima vocatur Sibylla ibid. amor populi erga eam 122. multis ethnicis virtutibus claret 123. accipit universæ Boemiæ principatum, ejus variæ causæ 123. præmiat cingulo Biwogum, defertur ad eam aurum 124. primum aurum signat, ejusque numi descriptio 127. 180. 183. eam primus Hayecius illi tribuit 128. vaticinatur de monte Sisillo, ei ligneam domum insternit 129. condit prædium Libecz 136. item Liben, sollicitatur de condenda urbe, duodecimviratum instituit 138. ei procatur Domoslaus 144. devolvuntur ad eam jurgia, ejus super his judicium, oratio 145. aperit sororibus seditionem populi, ejus ad populum super hoc oratio 149. designat Principem, legationemque ad eum mittit 152. legationis ductor equus datur 153. Przemyslum

Digitized by Google

lum maritum accipit 156. instruit populum, quibus locis condendæ urbes & vici [illegible] vaticinium 102. 103. de Praga 173. 174. adhibet ranam ad divinandum 177. Libodium villam condit *ibid.* aurigrana deserit 183. parit filium 184. vaticinium ejus de fodinis metallicis 198. 200. Libussæ morientis verba 204. sepelitur Libicii, annus mortis varius 205. ejus vaticinia 278. sella num aurea fuerit? 347. balneum 519.

Libuska uxor Krzezomysli 100. enititur Nebihostum 539.

Lichnice castrum conditur 438. 439.

Liczkow conditur 307. 308.

Lidomira Nezamysli uxor 313.

Lidomirus Princeps Lusatiæ 253. cedit fratri Bilinam 316. condit Lisbmericium 317.

Lidoslaus condit Lichnicc 438.

Lipczan conditur 338.

Lipnice castrum conditur 400. 401. munitur 403. capitur, diruitur 408. rursus excitatur 409.

Lithoborzky Burggravius Hradec. 355.

Litomeriz conditur 317. descriptio 318. provincia *ibid.* vastatur 471.

Liudevitus Slavorum Dux 468. a Ludovico bello petitur 471. cæditur *ibid.* contra eum tres mittuntur exercitus 473. interimitur 479.

Lœbavia Lusatiæ urbs 112.

Longobardorum leges 172.

Lopotæ 269.

Lossii sepelitur Czaslaus 410. 411.

Lotharius an Rugiam vicerit 550. coronatur 464. 481. cum eo pacisciter Hostivitus *ibid.*

Lucenses Duces in regione Znoymensi 262.

Ludevigius numos Boemiæ adjudicat Brandeburgiæ 128.

Ludolphus Dux Moraviæ figmentum 409.

Ludovici filiorum partitio 545. Ludovicus filius Caroli coronatur 455. non habuit plus juris in Boemiam quam Carolus M. 465. Comitia celebrat, in quibus Boemi 459. a filiis regno exauctoratur 519. annualia dona accipit a Slavis 501. 503. 512. 524. obit 538. filiorum suorum dissidio, Slavi tumultus cient 540. regnorum ejus partitio 475. eo demortuo Slavi jugum excutiunt 538.

Ludovici Bajoariæ regis portio non fuit Boemia 545. arma contra patrem movet 537. premitur a patre, redimit transitum a Slavis 538. Moraviam invadit, Ratiscem Ducem constituit 557. cæditur a Boemis 558. expeditionem contra Boemos suscipit, pugnat cum illis 570. cæditur 573. 574. obsides dat, ejus exercitui non conceditur nisi publica via redire 574.

Ludovici Regis nostri tempore prima Geographica tabula Boemiæ exoula 88.

Lues grassatur 348. 413. 415. 507. 528. lues boum 447.

Luitpramus Pragensis consecrat Ecclesiam 582.

Luitprandus Longobardorum Rex 144. ejus epitaphium 258.

Lusatiæ & Srbis Przemyslus an imperitaverit? 190. 516. 517.

Luzane dicti Zatecenses 134. eorum provincia vastatur 473. suppetiæ orant Wogenum 474. iterum 519. Ducem suum inaugurant, eique domum condunt. 520.

Luzici inferioris Lusatiæ populi 134. in Boemiam transiere 134.

Luzko urbs conditur 133. aliter Zatez seu Hasilawia, historia, clypeus 138.

Luznice amnis 322. 323. 324.

M.

Machinæ bellicæ descriptio 442.

Magadeburg conditur 195. 429.

Magi qui olim judicati? 90.

Malovecianæ familiæ sublestum diploma 65.

Manuchus Charwaticium condit 42.

Manus ob cædem filii jugali bovi jungitur 78. 79.

Marca Boemica 292. 293. 433. 434. ejus intrinsecum pretium *ibid.* gravis usualis 294. 435. Slavonica 293.

Marcomanni & Quadi jam coluere ferri mineras 81. an aurifodinas habuerint 100. agriculturæ studiosi 120. monetæ eorum quam veræ 126. 127. usi commutatione mercium 202.

Marobus Moraviæ Rex 101.

Marquardii finguntur a Maroboduo originem ducere 21.

Marquardus Moravorum Rex 113. 114.

Mauracensia vada 498. 501.

S. Mauritii allatæ reliquiæ, cultus 37.

Digitized by Google

Marzava Dea mortis 206.
Melitenſium Eccleſia olim extra minorem Pragam 138.
Melnik conditur 284. 286. comites 285.
Menſa ferrea Przemyſli 155. 156. 171.
Merotus Deus ſtygius 106.
Merovingorum ſtirps deſinit 274.
Metallici infenſi Horimiro 559. conciliabulum contra eum cogunt. 560. cremant ejus frugum acervos 560.
Methodius Epiſc. Speculo-Julienſis 486. ejus obitus 338. perperam confuſus cum S. Methudio 539. S. Methudius Slavinas literas docet 491.
Michle vicus 418. 419.
Milenka filia Croco adſtruitur 67.
Milidouch Soraborum Dux perimitur 429. perperam Boemis adſcribitur 430.
Milites creantur dato cingulo 126.
Miliza 344.
Miloslava Czaslai uxor 386.
Miloslaus & Kottenus condunt caſtrum Leſſtno 319.
Milovezii & Rohonis jurgia 145.
Mirikide ſilva 317.
Miroslava ſoror S. Ivani aſſeritur 549.
Miſnenſes non habent nomen a Boemiæ flumine Miza 117. expugnant Bielam 288. primum ſub Henrico Aucupe nomen accepere 475. populantur Bohemiam 481. 485. capiunt præfectum arcis Strzekow 481. vaſtant caſtrum 482. per rates aſcendunt Boemiam 494. cæduntur 495.
Miza fluvius, ad quem Tetinium conditur 115. ejus curſus 116. triplex hujus nominis eſt 116. apud Zbraslaw Moldawæ miſcetur 117.
Mnata naſcitur 275. ejus imagine ſignatur moneta 275. 276. deſpondetur ei Strzezislawa 339. evehitur in ſedem Ducalem 345. 349. naſcitur ei Wogenus 345. tranſit in arcem Oſtromecz 348. ad agros colendos adhortatur populum 350. ei ſtruuntur inſidiæ 357. redit Wiſſehradum, addicit morti Krzeſomilum 358. ſtruit uxori lapideam domum 360. offertur ei aurea virga. 362. condit ſibi domum Pragæ *ibid.* urbis Pragenæ jubet deſcribi plateas 368. audacter legatis Moraviæ reſpondet 378. cogitat de condendis caſtris & urbibus 380. amplificat Pragam 381. Czaslao committit tutamen limitum 385. invitat ad Czaslaum & eum præmittit 392. naſcitur ei filius 392. contra Moravos movet exercitum, repellitur 401. novam in eos expeditionem parat 402. cædit eos 408. moritur 413. anni ætatis regiminis varii 415.
Mnohoslaus Sfarcæ pater 240.
Moldavæ trajectus invenitur 529. 330. *vide Wltava.*
Mola aquaria prima 134. molæ alatæ 134. fuere poſteriores aquarils 135.
Moneta prima aurea 124. illiteratæ primorum Ducum 276. civitatum olim inſignitæ initiali litera nominis 521.
Mons betularum argenti ferax 198. ſtanni & plumbi ferax 199. ſacer. 280.
Moravi inter Slavos Pannoniæ computati 136. Hunnorum ſocii 362. remotis Hunnis protendunt fines usque ad Danubium 373. feciales Pragam mittunt, cæduntur a Bohemis 377. ſociis Teutonibus Boemiam invadunt 374. altera eorum expeditio 377. 379. prima lux Chriſtianæ fidei eis oboritur, an Quadorum tempore epiſcopatus habuerint? 390. condunt Iglaviam 398. rurſum irrumpunt, condunt caſtrum Lipnice 400. Mnatæ copias vincunt 401. invaduntur a Boemis 402. repellunt & cædunt Boemos 403. S. Goduinum habuere apoſtolum 404. proliciuntur e ſuis munitionibus, cæduntur, 408. Boemiam prædantur 441. ex inſidiis cladem accipiunt, rejiciuntur in Moraviam 446. in Comitiis Ludovici ſed ſponte 478. 479. S. Urolphus eos in fide inſtituit 489. aditum in Bohemiam tentant, impetuntur ab Hungaris 585. 586.
Moravia an Quadorum tempore habuerit Epiſcopatus 390. 491. an eam tranſierit & vaſtaverit Caroli exercitus 371. quando ſubjecta Archiepiſcopo Salisburgenſi? 373. An habuerit 4. epiſcopatus tempore Urolphi? 489. Magna quando nuncupata? 494 non fuit tributaria Ungaris 542. a Ludovico invaditur, Francici Comites in ea placita tenent 557. ejus Rex Boemis bellum parat 584.
Motol arx expugnatur ab Amazonibus 215. 216.
Motol dynaſta occiditur 215.
Moymarus idem qui Wonomirus, ab eo originem ducunt ceteri Moraviæ Duces 389. ejus baptiſmus 469. Poloniæ terras ſubigit 470. Dux Moraviæ 486. 492. 493. ſtatuitur Rex a Peſſina, bellum cum

Digitized by Google

cum Hungaris & Polonis gerit 496. 502. Primnam expellit 508. perperam ex uno duo efficti 522.
Mſtibogius Dux Kurimenſis 261.
Mulieres Slavicæ generoſæ & bellatrices, Czechicæ olim ad duellum admittebantur jure 213. earum in viros crudelitas 223. quarundam probitas 226.
Mulſo uſi paſſim veteres Czechi 196. ejus uſus antiquiſſimus, diverſique generis 197.
Municipalis juris initia 369. 526.
Munimentorum apud Slavos & Hunnos norma 386. 387.
Murices quid? 365. 367.
Myoparones navigii genus 530.
Mztis Comes amittit præfecturam urbis 141. Comes Bilinenſis 259.

N.

Naſſam auream Wrſſovecii in clypeo gerunt 192.
Navigandi ratio Slavis non incognita 530.
Nebihoſt natus, etymologia nominis 539. educatur in Radoſtyn. 548. Wiſſehradum revocatur 549. moritur 568.
Nedwiediz conditur 264. 265.
Nehoſſovicio vicinus ſal terreus 296.
Neklan naſcitur, de eo paradaxon Schleinicii, etymologia 506. educatur in Radoſtyn 548. revocatur Wiſſehradum 549.
Neumietel caſtrum 557.
Nezamyslus naſcitur, conditur ei arx Przemysl 184. enſem Wlaſtæ a patre dono fert. 248. inauguratur Dux 253. ejus ætas, de ea variæ ſententiæ 254. inter ipſum & Rozhon cruenta lis exardet, cogitat pacis ſtudia 260. prælium apud Strhow 261. ducit uxorem 268. deſcribit fines 270. Sediſin condit 275. ejus manſuetudo 277. aliis viſus negligens 278. conſtituit vectigalia 272. naſcitur ei filius Mnata. 275. cogit ſeniorum conſilium, cudit monetam *ibid.* comitia celebrat 289. ſilvarum ſtragem ſuadet, Wiſſehradum munit 304. abſolvit muros Pragenſes 309. ducit novam conjugem 312. 313. Bytizi fodinas obrui jubet 315. ſimulacrum ex auro conflat 326. ferratos currus dono accipit 333. deſpondet filium 339. diſpeſcit nobilitatem in claſſes, gerit bella 346. moritur 345. 346. ejus latus vituperium, ſimulacrum 348.
Nicephorus orientis Imp. Saracenis tributum pendit 430.
Nicetas Gothorum Epiſc. 391.
Nimburg civitas 335. 336.
Nitravia an habuerit Epiſcopum Quadorum tempore? 390. Epiſcopatus erectus 490. 491.
Niwa uxor Croci altera 67. 68.
Nizbor conditur 329. 331. effoditur hic ferrum 332.
Nobilitatis Genealogiæ minus recte a Czecho repetuntur 17. 18. 19. 20. Nobilitatis Boemiæ vetuſtas, prærogativa 17. quæ vera olim Hunnis & Slavis 80. duo gradus in Boemia 140. 141. ſerius ſe a locis ſcripſit 192. ſupplicia nobilitatis 359.
Nomina nuda olim adhiberi ſolita, non fuere hereditaria 18. non temere & fortuito infantibus imponi ſolita 184 Slavis vix uſitatum fuit ſub natalem nomen infanti imponere 185.
Nuces e Przemysli corylo effunduntur ante pedes neo-coronati Regis Bohemiæ, hiſtoria harum nucum 170.
Numi illiterati ethnicorum Ducum Boh. 128. cuduntur 180. quales fuerint, quæ norma cudendi? 181. 182. Numi ſcyphati, bracteati quando primum cuſi 182. Numus quid? 434. 435. cuprei 439. Krzezomyslæi 533. 534.
Nuſito Soraborum Dux perimitur 429.

O.

Obodritorum nonnulli veroſimilius cum Boemiæ Chrobatis emigrarunt in Pannoniam & Dalmatiam 16. domantur 337. duplices ſunt occidentales & orientales 551.
Occidentis imperium reſuſcitatur 402.
Odilo Bajoariæ Dux creditur 250.
Oheb mons munitionem accipit 441. 442. occupat Bojak, caſtellum inſternit 447.
Ohrze fluvius eſt Tepla 129. etymologia 130.
Okors arcem condit 194.
Okors arx conditur 194. ſuperſunt rudera 195.
Olomucium Georgius Rex a Julio Maximino conditum ſcribit, alii a Libuſſa repetunt 115. non eſt ſpeculum Julii aut mons Julii 491. an habuerit Epiſcopum Quadorum tempore? 390.
Ortenburg caſtrum ad Budiſſinam 42.

Digitized by Google

Offek mons 108.
Ostromecz castrum 348. 349.
Ottocarus II. non gessit qua Rex Boh. tres stivlos in clypeo 162. redimit Zbraslawiam 537.

P.

Pabienice conditur 411.
Pabienus condit Pabienice 411.
Pachta architectus 301.
Pani ordo primus nobilitatis 142. Panossi nobilitas infima 143.
Pannoniæ lamentabilis status ab Hunnorum clade 399.
Pataviensis Episcopus an simul Lauracensis Archiepiscopus? 396. eorum Catalogi confusi 397. jurisdictionem tuetur in Moravia 488. 489. 490.
Patzinacitarum sedes, iidem qui Wlahi 76. 102.
Pecuniæ defectus in commerciis & vectigalibus 273.
Peerk mons 113. 114.
Peetisla cum legatione a Wlasta mittitur 211. etymologia 214.
Pekelnus Deus stygis 206.
Penthesilea Amazonum regina 228. 231.
Percun Deus Slavorum 206.
Permutatio mercium Germanis & Slavis veteribus in usu 127.
Pestis *vide lues*.
Petrariæ descriptio 442.
Petri Abbatis Aulæ Regiæ nondum editum Chronicon 536.
Petrzin mons super Pragam 118. 304. ibi sacrificat Libussa, a Carolo IV. in muros Pragenses receptus, a Petrowskiis habet nomen 119. dives optimi lapidis 305.
Piastus fit Poloniæ Princeps 541.
Pipinus contra Bavaros parat navale prælium 277. inungitur in Regem Francorum 274. accipit Saxones in deditionem 288. Thassilo ei fidem jurat 289. moritur 312. Pipinus Caroli filius conspirat in patrem 375. an Boemis tributum imposuerit? 436. 437. moritur 447.
Pissecensis regio distincta a Prachinensi 459.
Pissek conditur 292. 293.
Plsna conditur 325. descriptio 327.
Podiikotiske virum generosum 302.
Pohled mons Kazubæ sacer 116. 117. hic tumulata Tetka 281.
Pohogka filia Nezamysli 312.
Polerzet vicus 317. 318.
Polehradensis regio 581.
Polkonis Silesiæ Ducis lis cum Rosenbergiis 406.
Polonia a Moymaro invaditur 470.
Polonorum etymologia 72. variæ circa hoc sententiæ 75. Polonorum clypeus aquila alba de hac variæ sententiæ 73. diversos judices & Duces habent post Wandæ obitum 339.
Pomnikwassus legatus ad Wlastam missus naribus & labiis truncatus remittitur 215. etymologia 216.
Popilius filius Lescconis III. 339. a muribus devoratur 541.
Pompilius Dux Polonorum 448. filios necat 470.
Postelberg arx & oppidum 304.
Postelopr conditur 300. 304. confellitur Hayeci fabula 302.
Porutim & adhuc lapus, teque Czechos genera 270.
Prachaticium conditur 367. 368. hodiernum non cum veteri Prahno confundendum 449.
Prachno urbs, ab ea nomen provinciæ 459.
Praga ante eam nulla urbs in Boemia 41. ejus initia 173. 174. 176. etymologia 179. deteltum baratrum 290. eo loco ædificata Ecclesia 291. situr 290. ejus olim fines 291. finiuntur muri ex parte montis Petrzin 309. 310. arx conditur 361. turbæ ob ædium structuras 368. prætoris domus 369. Curia 372. pons primus 382. 383. amplificatur ex altera ripa, in majorem & minorem dispescitur 382. 479. muri 480. 507. 508. 509. accipit lapideas domos, & quattorviratum 525. transjectum per Moldavam 526. Pragæ turbæ ob domos & fundos temporarios 571. permittuntur illis a principe hereditarii 512.
Pragenses Duces reliquis potentiores 191.
Prerovium conditur 86.
Principes olim non habuit Boemia 140.
Prinnina a Moymaro ejicitur ex Moravia; transit ad Ratbodum, baptizatur 508. dissidium habet cum Ratbodo fugit in Bulgariam 510. cum eo pacificatur, donatur a Ludovico multis terris 512. 513. 571.

Digitized by Google

571. perperam Moymaro ſucceſſiſſe adſtruitur 509. 522. 559. conſecratur ei Eccleſia 582. an Brunæ, & Brunovienſis arcis conditor 583.

S. Procopii Eccleſia olim extra minorem Pragam 138.

Proſſywanice quid? 326. 327.

Proſtislaus de Chlum ſummus militiæ præfectus 409.

Pruska rivulus 129.

Pruſſi cremant corpora mortuorum 51.

Przemysle arx conditur 184. 185.

Przemyslus deſignatur Princeps 152. vertit aratro terram, ſalutatur Dux a legatis 154. defigit ſtimulum terræ, qui frondet, vomere pro menſa utitur 155. Wiſſehradum deducitur, celebrat nuptias cum Libuſſa 156. ejus leges 157. num ſcriptæ? 172. 173. aſſeritur fuiſſe comes Stadenſis & Herulorum Rex 158. negatur fuiſſe agricola 160. nobilis adſtruitur, quam recte 161. ejus clypeus 163. 164. ejus cothurni, mitra & caniſtrum aſſervata 171. 172. quale imperium geſſerit? 175. 190. cuduntur numi ejus imagine 180. 183. naſcitur ei filius 184. exhortatur populum ad condendas urbes & vicos 189. Srbis imperitaſſe aſſeritur 190. Budeciam proficiſcitur 194. Dobroſul obtinet 195. legationem Wlaſtæ contemnit 210. eam ad conviviun invitat 215. ejus ſomnium 219. præmonetur de amazonum turbis 224. monet adoleſcentes ne Wlaſtæ fidant 233. legationem ad eam mittit 234. imperium ei defert 235. legatas Wlaſtæ convivio excipit & trucidari jubet 236. turrim in hujus memoriam conſtruit 237. admonetur de periculo, educit aciem, oppugnat Diewin 246. victoriam obtinet 247. 248. præmiat belli duces *ibid.* moderatio ejus animi 250. moritur. Ejus ætas, ſoboles, laus, ſimulacrum 252. 253. 254.

Przemyslus Polonus victorioſus 339. 340.

Przibramii fodinæ a Libuſſa prædictæ 200. conditur, fit urbs 279. auri ferax 543. ejus foſſores multantur ab Horimiro 561. Horimirum ad mortem poſtulant 562.

Przibral detegit argenti fodinas Przibramum condit 278. 279.

Przichus ad Wrſſovecium legatus mittitur, capite multatur 450.

Przivor vicus 283. 284.

Pſarii arx conditur 94. ejus in ſcriptoribus Creatiæ nulla memoria 95. poſtea Wiſſegrad appellatum 96. 97. 99. commendatur Deorum oraculo 118. munitur, appellatur Libin 120.

Puſſtiadlo conditur 129.

Q.

Quadi jam coluere ferri mineras 81. aversabantur caſtella 84. non habuere Epiſcopatus 491. in ripis eorum excitantur a Romanis caſtella 492.

Quatuorviratus Pragæ 525. 227.

R.

Rabus condit vicum 42. 45.

Radauſs condit arcem 325. 326.

Radauſs vicus 325.

Radinie arx conditur 325. 326.

Radiz villa conditur 92. 93.

Radlize conditur 118. 120. 174. 175.

Radmilus vetuſtæ urbis reliquias detegit 310. Rodaun ibidem condit 311.

Radobilus filius Przemysli 253.

Radoſtyn conditur 548. 549. exuritur 552.

Radus condit Radiz 92.

Rakuſs hodie Rez 119.

Raſticis geſta 548. 551. 542. conſtituitur Dux 557. variæ de eo ſententiæ 559.

Ratbodus Prinninam ſuſcipit 508. ejicit eum regione, pacificatur cum illo 512.

Rathfredus Epiſc. Favaniens 486.

Ratimarus Dux Slavorum 512. non fuit Moraviæ Dux, bello petitur a Bajoariis 532.

Ratisbonæ ſynodus 373. baptizantur XIV. Duces Boemiæ 554.

Ratislaus *vide Raſticis.*

Rebellis quid medio ævo ſignificarit? 577.

Redarii 132.

Reginarius Epiſc. Patav. 489. 531. moritur 532.

Regis nomen non raro pro Ducis nomine acceptum 425.

Rez olim Rakuſs dictum 119.

Rincharius Ep. Patav. baptizat Moravos 468.

Riphæi montes verosimillime Slavicæ ſunt ſignificationis 22.

Ritus inaugurandi primos Duces 254.

Digitized by Google

Robota 272. 273.
Rochlicenſis comes 495.
Rodaun conditur 311.
Rodislaus condit Rodow 187.
Rodoſſoviz, pagus 258. 259.
Rodotyn conditur 535. 537.
Rodow conditur 187. 189.
Rodus condit Rodotyn 535.
Rohovicius impetrat præfecturam Boemiæ 413. Karſam e rupe præcipitat 414. fugit 415. Zatecium occupare nititur 418. urbe exire jubetur, condit caſtrum 419. 427. quercus ab eo Rohovicia 455.
Roſenberg caſtrum 405. 407. familiæ initia 405. 406. an ab Urſinis 406. Petri cum Polkone lis *ibid.*
Rotæ ſupplicio affeitur Czeiradus, an Slavi hoc ſupplicio uſi? 241. 242.
Rotenſtein caſtrum capitur 585.
Rozhon munit Kurimium, moleſtus eſt Przemyslo 250. 260. occupat Rziczan, prælium committit, capitur, naribus truncatur 261. 263. moritur 281.
Rudolphus I. Imp. Germanicam linguam in Cancellarias invehit 132.
S. Rudpertus moritur 135. Moravis Evangelium prædicavit, ejus reliquiæ Pragam deferuntur 136.
Ruſſiſuad caſtrum condit 497. item Auſtam 498.
Ruſſiſuadow conditur 497.
Ruthenicæ literæ 133.
Rymboſs aurum reperit 201.
Rythogerus procatur Wandæ 187. ſe ipſum eneat 188. 189.
Rzepicia mulier ambitioſa & dives 460. condit caſtrum 463. Wſſekenum ſtringit quadrupedem 465.
Rzepicium conditur 463.
Rzip mons 2. 22. 23. 24. 275.
Rziczan occupatur a Rozhonio 260. 262. Collegium Canonicor. Regular. habuit 263. familia 262.

S.

Sabaria 420. 422.
Sala fluvius 429.
Salinæ repertæ 167. ſalis ferax Bohemia 295.
Salisburg. Archiepiſc. erigitur 396. ei non erant ſubjecti Moravi 397. exercet jurisdictionem ultra Danubium 490. 506. ultra Waag 533.
Samela Soraborum Dux 421. 423.
Samez potus 29.
Sama Vinidorum Dux, ejus hiſtoria, quorum Slavorum Dux fuerit 46. 47. 48.
Samoslaus contra Wlaſtam creatur bellidux 224. procedit cum acie contra Diewin. 226. occiditur 229.
Samoslaus Rex Moraviæ 375.
Sana fluvius 513.
Sazawa flumen 374. ejus curſus 375.
Saxones dicti alt Saxones 177. non habent Reges 191. eis bellum infert Carolomannus 250. 252. paciſcuntur 289. in limites Francorum irrumpunt 323. in Haſſorum, cæduntur 325. item a Carolo 328. vaſtant Heresburgum 331. vincuntur a Carolo M. 347. 350. 351. dedunt ſe ei 380. Boemiam transeunt 370. trucidant Francos 373. invadunt Zatecenſem regionem 482. 483. 485. cæduntur 484.
Saxonia argenti venas detegit 100. 122. dividitur inter Epiſc. 338. Saxonicum bellum conficitur 412.
Scaphæ viminea 530.
Schachidis luſus 330. tabulæ uſus in clypeis 331.
Schemik equus incantatus 560. domino reſpondet, fertur ſaltu per Moldavam 564. perit, tumulatur 565. veſtigia ſaltu ſuo impreſſit, hujus fabulæ veroſimilis origo 566.
Schima e proceribus Croci 76.
Schwach condit Puſſtiadlo 129. Luzko 133.
Schwaden arx 498.
Scipio Czechi 58. judicum inſigne 62.
Sclavi *vide Slavi.*
Scrupulus pondus 434.
Scuta veterum variis ſtriis coloribusque ſignata 161. variæ ſcutorum formæ 162.
Scythæ in Pannoniam tranſeunt 256. 257.
Sedeſchin conditur 275. 276.
Sedlez, Sedlo argenti ferax, de eo vaticinium 179. 180. 181.
Sepulchrales lapides 206.
Serbi *vide Srbi.*
Servii orti a Sorabis ad Albim 14. 16.
Sibyllæ nomine indigitatur Libuſſa 121. Delphica ſaxum conſcendit *ibid.*
Sigillorum uſus nullus apud primos Czechos 19.
Sileſia olim a Slavis habitata 524. abundat populo 68. a quo tempore 69. Poloniæ nomen olim geſſit 69. origo nominis, erat pagus 70. Duces Piaſtæ ſtirpis 541. 542.

Sic.

Digitized by Google

Siccitas ſumma 348.
Slana conditur, ſalſæ aquæ ferax, vaſtantur ſalinæ, occupantur a Zatecenſibus 266. 267. deſcriptio illius, habuit olim Præpoſituram 268. pugnæ cum Zatecenſibus 267. Wogenus hic caſtra metatur 482. provincia 268.
Slavorum adventus in Bohemiam, qui eis fuerit annorum computus incertum 6. jam ſæculo VI. habitavere Bohemiam 24. religio multiplex 26. Deos deasque colunt, voti tenaces 27. victus tenaciſſimi, cereviſiæ uſum habuere, robuſti 29. laboris patientes, in tuguriis habitant 30. vix habuere communes uxores, leges eorum multæ laudabiles, male rapaces culpantur *ibid.* varia jam habuere arma 31. non caruere laneo & lineo 31. non habuere Duces 33. nec judices 32. eorum ritus ædificandi 37. mortuos num cremaverint? 51. ritus ſepeliendi 52. eorum polygamia 67. 73. eorum pietas erga parentes 79. audax eorum pro libertate oratio 81. plerumque e ligno munimenta ſtruunt, inviſa eis caſtella 84. quæ eorum magia? 85. ei dediti 89. ante SS. Cyrillum & Methodium non habuere proprios characteres 85. 91. 131. cultus, dii illorum 90. 91. perperam Græca & Romana numina illis affinguntur 91. 205. ſparſim habitavere 101. truncant crines & laniant corpora in ſepulturis, convivia inſtruunt, cremant res pretioſas 107. ſortiendi varius ritus 111. eorum mulieres plerumque equo vectæ 112. ſplendida habent fana 117. Romanorum finitimi 127. Bohemiæ habuere citius metalli fodinas Brandeburgicis 128. numos habuere illiteratos 128. non habuere characteres tempore S. Hieronymi 131. derivarunt literas Cyrillicas ad alias regiones 132. non diu retinuere Cyrillicos characteres, ſubſtituerunt latinos 132. hodie Germanicos adhibent 133. alium tamen ſonum habent a Germanicis 133. non habuere comites, primum tantum unum, dein duos gradus nobilitatis 140. non transmiſere dignitates ad filios 141. ſedent humi 148. fanorum ſummam habent reverentiam 203. eorum mulieres generoſæ 213. utuntur crucis ſupplicio 243. vincuntur 308. Februarium habuere luſtrationibus ſacrum, ſub novam lunam ſacrificiis peregere 328. cytharis utebantur, & habuere cantus 340. eorum ritus in deditionibus 409. in juramentis præſtandis difficiles, religioſi 444. hoſpitales 454. orientales & ſeptentrionales qui? 460. eorum pactum de amicitia colenda 479. annualia dona ferunt 501. 502. 512. in Ludovici exercitu 517. tumultus cient 540. juramenti eorum ritus 576.
Slaviena filia Nezamysli 312.
Slavimilus ſe Principem nominat 311. 281. 283.
Slawklaſſius ſtannum reperit 395.
Slawnici ducatus 262.
Slavoſſow conditur 256. 257. accipit nomen Beraunæ 281.
Slavus filius Czaslai 410.
Sliczko 307.
Slup olim Pſary appellatum 96. 97. 98.
Smichow 456.
Smikow Joannes 457.
Smolniki 402. 404.
Smyslibogius naſcitur, moritur 392.
Sobieſs ſeditioſus, Launam prædatur 502. ad dicendam cauſam evocatur *ibid.* & 504. purgat ſe 504.
Solidi 435.
Sorabi *vide Srbi Srbia.*
Sorabici limitis comes 440.
Speculum Julii Olomucium dictum 115. 491. 492.
Spitignei numus 434.
Srbi in Boici ſeu Bojorum terris habitant, etiam Albi ſeu Magni Serbli ſeu Srbi appellati 14. habent ſuos characteres 132. plerumque fœderati Boemorum, eis bellum minatur Carolus 344. impetuntur a Carolo M. capiuntur eorum caſtra 420. 421. ſocii Boemorum 421. 423. bello petuntur 462. eorum pagi 485. cæduntur a Ludovico 587.
Srbia veroſimillime Dagoberto ſubjecta 34. eam invadit Carolus M. 421. 423. 429. non erat habitata a Germanis ante Henricum Aucupem 473. adjudicatur Wratislao 516.
Sſarka vaferrima puella fallit Czthradum 239. 240. 241. interitus 249. ſilva 242. 243.
Stadiziũ vicus 152. 154. etymologia 157. ſitus 158. liberum a regiis gabellis 166. Henrico Lipenſi datum 167. excidit hac immunitate 170.
Stannum reperitur 395. 396.
Staroſtæ 141.
Stebno arx 76. varia appellatio 77.
Stekno arx 76. 77. 467.
Stiaſo diffindit caput Wlaſtæ, accipit ejus torquem in præmium 248.
Stohoslawice 341. 342.

Digitized by Google

Strahow unde dictum? 119.
Stransky 128. Litomericii prognatus 318.
Stratkæ consilium 209. Hynchwogium sibi maritum designat. 210.
Strava funerale convivium Slavorum & Hunnorum 106.
Strazik vicus 446. 447.
Strhovienses campi pugna clari 261. 263.
Stroſſia domus 124. 125.
Strzek condit arcem 472.
Strzekow conditur 472. 473. 481. ejus præfectus capitur *ibid.*
Strzezislava Mnatæ ſponſa 339. impetrat muliebrem judicaturam 360.
Strzih condit arcem 354.
Strzihow conditur 354. 356.
Styba Wogeni filia naſcitur 453. 512.
Sudvodi Slavi 221.
Suillus mons 129. 130. ei inſternitur arx 360. 361.
Sunnia an fuerit Moravorum Epiſcopus? 390.
Supan & Turesk condunt Tursko 62. condit Cheinow, an non rectius nomen appellativum ſit? 63.
Suſſice dives auri ſabuloſi 365. fit urbs 366.
Sutores albi & nigri 303.
Swanteviti idoli poſterior origo, ceremonia 98. equus albus ei ſacer 159.
Swatana Witichindi uxor 352.
Swathen ſeu Swatoſi Moraviæ Rex 143. fuſus in Moraviam tranſit 143.
Swietlo præfectus filiorum ducalium 548. maligne comburitur 552.
Swochow vicus 441. 442.
Sythien condit cognominem locum 185.
Sytienicium conditur 185. 186.

T.

Tabor 325.
Tabulæ quernæ, regni Tabularum initia 273. 274. ignotis literis conſignatæ *ibid.*
Tempeſtates horridæ 469. 470.
Tepiz notarius, chartularius 193.
Tepla 129. ejus curſus 130.
Teplicenſes thermæ detectæ 296. 298. civitas *ibid.*
Terlerus Bulgarorum Dux 333.
Tetinum conditur 115. 196. ejus hiſtoria 117. eruuntur gigantis oſſa 350.
Tetka ſecunda filia Croci 104. Tetitinum ædificat 115. 196. ſacra inſtituit, 116. nubit Slavoſſio 195. 196. conditSlawoſſow 256. morit. 280. tumulat. 281.
Teutobroda 374. 375.
Teyn 528. Eccleſia 508.
Thaculfus Sorabici limitis comes legationem Boemorum vulneratus audit 574. fuit gente Boemus 575. præſtitit Fuld. cœnobio donationem piam *ibid.*
Thaſſilo jurat Pipino fidelitatem 289. a Carentanis victoriam obtinet 321. præſtat Carolo juramentum 341. 359. in monaſterium retruditur 362.
Theodorus Hunnor. Caganus infeſtatur a Boemis 420. 421. quas terras incoluerit? 422. moritur *ibid.*
Thiota annus vatidica 569.
Thudunus *vide Todanus.*
Todanus idem qui Thudun ſeu Thuduntus & Zodanus 384. dedit ſe Pipino 389. 390. muneribus donatur *ibid.* fit Chriſtianus, pertinet ad Moravorum hiſtoriam 383. an Slavus fuerit? 384. rurſum ſe tradit Carolo M. 412. ad eum deducitur 449. ejus in provehendaChriſti relig. opera 469. 486. 492.
Tranſilvania 256.
Trafico Obotritorum Rex 417.
Treiſma Traſmauer 508.
Tributarii Boemi 426.
Tributum Bohemorum quod fuerit 433. 434. a quo impoſitum 436.
Triglaw Slavorum idolum 203.
Trzebanice villa conditur 258. 260.
Trzebuſenſis præfectus 379. 380.
Tugoſt idem? quod Hircanus ſaltus 423.
Tuklak armilegii locus 586.
Tumuli Slavorum 53.
Tunacus Prerovium condit 86.
Tunaitani populi 471.
Tunglo Soraborum Dux 498.
Turbines 525.
Turcia id eſt Ungaria 13.
Tursko vicus condit. 62. de orig. variæ ſentent. 65.
Tursko filius Zalmanini 65.
Tutundus *vide Todanus.*

V.

Ut conſuleremus Lectoris in quærendo facilitati, omnia vocabula per W. ſcribi ſolita hic unica litera V. ſubnectere libuit.

Ubruſ-

Digitized by Google

Ubruſſar *id eſt* archidapifer 216.
Vaag fluminis ripas Slavi occupant 257. dirimit diœceſin Salisburg. & Patav. 533.
S. Valentini forulum 382. 383.
Vandæ Poloniæ Principi procatur Rythogorus 187. in Viſtulam ſe præcipitat 189.
Vandali olim ad Viſtulam 60. perperam pro Venedis *ibid.* 136. habitarunt etiam in hodierna Sileſia, quo tempore emigrarint 70. a Wanda num nomen ſortiti 189.
Veidahaburg 308.
Velehradii ſtatuit ſedem Swaten. 143.
Velelib prædium 335. ab eo fons nomē ſortitus 336.
Veleslaw ſcriptor Boemus 317. 318.
Veleslavin vicus 501.
S. Venceslaus jam pictus cum aquila, jam leone, jam tribus fluviis 162 de eo Libuſſæ vaticinium 174. 176.
Venceslaus Rex ſcriptas leges inducere conat. 173. ejus groſſus Pragenſis, ſcripſit leges montanas 435.
Venzelik fiſcus regius 355.
Verduni partitio regnor. inter filios Ludov. Pii 544.
Vernherus Epiſc. Merſeburg. jubet libros Slavonicos ſcribi literis latinis 132.
Vetvarienſis Eccleſia 493. non diu perſtitit 494. intercidit 506.
Ugezd locus ante Pragam minorem 465.
Vicemil condit Vicemiloviam 335.
Vicemilovia conditur 335. 336.
Vichterbus Epiſc. Ratisbon. 38. moritur 283.
Vidichindus tranſit in Daniam 333. prædabundus cum Saxonibus usque Colonias pervadit 335. dedit ſe Carolo M. 351. an Suatanam uxorem habuerit? 352. Geva ejus uxor 353. ſepulchrum 356.
Vienna non dicebatur Fabiana 490.
Vietruſi caſtrum a Vietruſſia conditum 497. 498.
Vilza Obodritorum Rex interfectus 383.
Vilzi petuntur a Carolo 363. perperam habiti pro Boemis 363.
Vinedi 47.
Viſſehrad ante Libin 237. comitia iſthic 345. 514.
S. Viti reliquiæ in Gallias transferuntur 304. 528.
Vitgenaviæ Luſatiæ urbs 353.
Vitgow caſtrum 407.
Vladarz Croci ſedes 77. 78. conditur 427. 428. oppugnatur, capitur 451. evertitur *ibid.*
Vladiki 139. 269. nobilit. infra equeſtr. ſtatū 143.
Vladislai an ſit numus cum tribus fluviis? 163.
Vlahi ſeu Valahi vicini Polonorum 75.
Vlaſta elati animi mulier, ejus arrogans oratio ad puellas 206. 207. legationem mittit ad Przemyslum 211. capit villam Motol, poſſeſſoremque occidit 214. 215. truncat legatum Przemysli naribus & labris *ibid.* munit ſe in aree Motol 216. ædificat caſtrum Diewin, equeſtribus ludis inſtituit puellas 217. ejus technæ in fallendis viris 222. 225. victoriam & ſpolia conſequitur 230. aliam fraudem ſtruit adoleſcentibus 232. 233. eos perimit 234. legationi Przemysli facile credit 235. pugnat, Samoslaum occidit 229. 232. puellarum legationem mittit Wiſſehradum 235. ſtruit Cztirado inſidias 238. leges dat 245. viriliter pugnat & ſe defendit, perimitur a Stiaſone 248.
Vlaſtak ſeditioſus Launam cum fratre prædatur 502. purgat ſe coram Principe 504.
Vlaſtislava cubicularia Libuſſæ 129.
Vlaſtislaus naſcitur 503. filius Wratislai 581. inauguratur 583. legationem a Krzezomyslo accipit 584.
Vltavæ etymologia, curſus 178. 179.
Vodniany urbs conditur 367.
Vobrziz antiquæ loci memoriæ 279.
Vnyslaw filius Wogeni naſcitur, perperam idem cum Krzezomyslo habitus 428. 500. 503. diſtinctus ab eo, ejus geſta, ætas 511. 512.
Vogen naſcitur 345. æger ex lue convaleſcit 413. 414. Wrſſovecium Wiſſehrado exturbat, fit Dux Boh. 415. ducit uxorem 415. 416. naſcitur ei Wnyslaus 427. Wratislaus 438. comitia celebrat 449. caſtrum condit 458. aliud in Stillo monte 463. 464. transfert cives e minori Praga trans Moldavam 479. contra Germanos cum exercitu progreditur 482. ſubſidia dat ad condendam Auſtam 498. filios deſpondet 499. ſeditioſos cives citat, arguit 502. 504. moritur, ætas, imperium, ſimulacrum 510.
Vogevodas habuere Slavi 47. 191.
Volan vicus 313.
Vonomirus fœderatus Carolo M. 388. 389. *vide Meymarus*
Vottava amnis auri ferax 292.
Vratislaviæ urbis origo, clypeus, monetam cudendi facultas 520. 521. bina urbs in Boh. 522.

Vra-

Digitized by Google

Vratislaus naſcitur 438. minæ. in Krzezomyslum 584. ducit uxorem 500. naſcitur ei filius 503. adjudicatur ei Luzenſis provincia 515. item Srbia 516. inauguratur 517. aſſeritur dux Sileſiæ & conditor Wratislaviæ 520. 522. moritur 581. Balbinus ex uno duos fecit 582.
Vrbæa familia 285.
Urnæ ſepulchrales 52.
Urolphus Archiepiſcopus Laureacenſis 397. 468. 486. ejus mors 506. 531.
Urſini familia 405.
Urſus ſternitur a Biela 264. urſinæ carnes olim inter menſarum cupedias 265.
Vrſs pagum condit 191. de eo Libuſſæ vaticinium 192.
Vrſſovecii unde veroſimilius dicti? 147. 192. ducibus Boh. ſemper infeſti, fiunt comites 193. Teplicium acquirunt 298. eorum odia in Duces a noſtris ſcriptoribus præoccupata 359.
Vrſſovecius condit Poſtoloprt 301. præfecturam Boemiæ obtinet 413. exturbatur Wiſſehrado 415. exercet latrocinationes 438. Zatecium oppugnat capitur, liberatur 444. legato caput amputat 450. capitur, Wiſſehradum ducitur 454. ſenatus conſultum de ſupplicio 453. cogitur ſibi ipſi laqueum nectere 455.
Vrſſowsky princeps duodecimviratus, an Comes fuerit 139. 140.
Vrzeſolt capitur 580. perfidiam aperit 581.
Vrzezow vicus 552. 553.
Vrzezowiz familia 553.
Uſta urbs 322. 499. 501.
Vſſeken pediſſequam Rzepiciæ in uxorem petens vincitur 465. liberatur a ſponſa, condit caſtrum 466.
Vſſemila mittitur a Wlaſta in legatione 211. etymologia 214.
Vulphilas Gothos docet literas 391.

Z.

Zabothus mons Sileſiæ 70.
Zagabria 492.
Zagoſt ſilva verſus Luſatiam 423.
Zatecenſes rebelles Nezamyslo 277. ſalinas Slanenſes vaſtant 266. eas occupant 267. muniunt urbem ſuam 306. exire jubent Rohovicium 418. civitate erumpunt, cæduntur 444. impetuntur a Saxonibus 482. vincunt 484.
Zatecenſis provincia a Pragenſi ſeparata, ejus fines 307. latrocinationibus fœdatur 438. invaditur 482. 483. adjudicatur Wratislao 515.
Zatecium urbs, prima hic mola aquaria 134. oppugnatur 444.
Zbeiſſow exuritur 403. 404.
Zbraslav condit Zbraslaviam 535. 536.
Zbraslavium conditur, datur Benedictinis 535. 536.
Zdechoviz conditur 80. etymologia, ſitus 82. a ferri fabris nominatum 332. 333.
Zdiechi non meminit Hayecius 81.
Zdiarsky a Botako deſcendere aſſeruntur 81. 82.
Zechi & Zechus *vide Czechi, Czechus. De Zechis ſeu Zichis copioſe in præfat. II.*
Zelu idolum aureum funditur, varia religione colitur, ejus etymologia 201. 203. 204.
Zemane 139. 142.
Ziak Libuſſæ ſcriba 121. 129.
Zianda condit caſtrum 578. ſtruit inſidias Krzezomyslo, proditur 579. 582. capitur 580. in quadrifariam ſecatur 581.
Ziandow conditur 579. capitur, exuritur 581.
Zlaubor comes caſtelli Pſſow. 141.
Zliczko olim Kurim appellatum 40.
Zoriguturenſis Epiſcopatus 491. 492.
Zrzip mons 2. ejus etymologia 22. hiſtoria 23.
Zwolice vicus 415. 416.
Zupani 141. 273.
Zupania quid Slavis connotarit 63. etymologia 64. ejus etiam in Boemia memoriæ *ibid.* vilescit nomen 65.
Zwratka uxor Lapaci 136.

A. M. P. I.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google